ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AN. ET VOL. LXXXV

TYPIS VATICANIS
M - DCCCC - LXXXXIII

An. et vol. LXXXV 7 Ianuarii 1993 N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SOROCABANA

Noya constituitur Provincia ecclesiastica Sorocabana eademque ad metropolitanam sedem attollitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Brasilienses fideles ob oculos usque versantur, de quibus haud parum sollicitatam*, ut floridiorem statum consequantur et humanum spiritalemque progressum assequantur. Quandoquidem Fratres Episcopi quorum interest poposcerunt ut, djsiunctis nonnullis territoriis Provinciae ecclesiasticae Sancti Pauli, idem sentiente Conferentia Episcopali Brasiliensi, nova conderetur Provincia, quae locaretur in urbe Sorocaba, eademque ad gradum metropolitanae Ecclesiae attolleretur, his precibus benigne concedendum esse duximus. Idcirco comprobante Venerabili Fratre Carolo Furno, Archiepiscopo titulo Abaritano atque in Brasilia Apostolico Nuntio, Apostolica Nos usi potestate quae sequuntur decernimus.

Sorocabanam dioecesim a Provincia ecclesiastica Sancti Pauli separamus quam pariter ad dignitatem metropolitanae Ecclesiae evehimus omnibus iuribus fruentem quibus ceterae metropolitanae Ecclesiae. Nova Provincia ecclesiastica complectitur Ecclesiam Sorocabanam, veluti sedem

metropolitanam atque suffraganeas dioeceses Iundiaiensem, Itapevensem et Registrensem, quae videlicet a Provincia Sancti Pauli seiunguntur. Ad statum dignitatemque archiepiscopi et metropolitae Venerabilem Fratrem Iosephum Lambert, ad praesens Episcopum Sorocabanum, attollimus, ad iuris canonici normas. Ad haec tandem perficienda Venerabilem Fratrem Carolum Furno, quem supra diximus, legamus, vel eo absente, Sanctae Sedis in Brasilia partes sustinentem, factis opportunis facultatibus etiam subdelegandi quemvis alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Authenticum exemplar demum actae rei ad Congregationem pro Episcopis diligenter mittatur, quibuslibet rebus minime efficientibus.

Datum Romae, apud S. Petrum die undetricesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo altero, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarium Status

83 BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis, Praef.

Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*
Franciscus Cascone, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 304.304

II

PARRALENSIS

Locis nonnullis de archidioecesi Chihuahuensi aliisque de Vicariatu Tarahumarensi detractis nova conditur dioecesis Parralensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui de Ecclesiis particularibus solliciti id maxime curamus, « ut Episcopi munera sua pastoralia in iisdem efficaciter explere valeant » *(CD,* 22), Conferentiae Episcopali Mexicanae obsecundandum censemus, quae, consentientibus sacris Praesulibus quorum interest, modo a Sancta hac Sede petiit ut, significatis quibusdam de archidioecesi Chihuahuensi locis aliisque de Tarahumarensi Vicariatu Apostolico deductis, nova illic dioecesis conda-

tur. Quare, cum ab ipso Venerabili Fratre Hieronymo Prigione, Archiepiscopo titulo Lauriacensi et in Natione Mexicana Delegato Apostolico, eandem rem comprobari constet, de consilio Congregationis pro Episcopis, quod ratum habemus, deque potestate Nostra Apostolica harumque Litterarum virtute haec, quae sequuntur, ad optatum quidem Christifidelium bonum spectantia, decernimus atque iubemus.

Ab archidioecesi Chihuahuensi integras seiungimus plagas quae municipia efficiunt *Allende, Balleza, Coronado, El Tule, Hidalgo del Parral, Huejotitán, Jiménez, López, Matamoros, Rosario, San Francisco del Oro, Santa Barbara, Valle de Zaragoza* vulgo nuncupata; a Vicariatu autem Apostolico Turahumarensi illam municipii, cui « Guadalupe y Calvo » est nomen, portionem separamus, qua binae continentur paroeciae *Guadalupe y Calvo et Atascaderos:* quibus quindecim locis ita distractis coniuncteque sumptis novam Ecclesiam particularem condimus nomine Parralensem, ipsamque iisdem circumscriptam locorum finibus civili lege sancitis atque ecclesiastica. Itemque statuimus ut dioecesis Parralensis nunc constitutae sedes in urbe « Hidalgo del Parral » collocetur, cuius templum paroeciale Deo in honorem B.M.V. « Nuestra Señora de Guadalupe » pie appellatae dicatum ad gradum Ecclesiae Cathedralis evehimus, privilegiis insignibusque traditis eiusmodi templorum ordinis propriis, Episcopum autem Parralensem honoribus privilegiis iuribus quidem fruentem, oneribus etiam et officiis Pastoris dioecesani adstrictum, metropolitico subicimus iuri Chihuahuensis Archiepiscopi, cuius archidioecesi iam nunc dioecesim Parralensem suffraganeam facimus. Utque novae dioecesis Praesuli congruum feratur auxilium in pastorali munere exercendo, Collegium Consultorum illic quam primum ad normam iuris constitui iubemus.

Pastor Parralensis tum Curiae emolumentis ac fidelium stipibus, tum iusta secundum can. 122 C.I.C. portione bonorum, quae hucusque ad Ecclesiam Chihuahuensem necnon ad Vicariatum Tarahumarensem pertinebant, sustentetur. De Seminarii aedificatione, de sacrorum alumnorum formatione communis iuris praescripta serventur, propositis a Congregatione de Institutione Catholica normis etiam retentis. Curetur ut selecti tirones philosophicis et theologicis disciplinis aptius instruendi, sicut et sacerdotes altiora studia completuri, ad Pontificium Collegium Mexicanum in Urbe situm opportune mittantur. De dioecesis regimine, de bonorum ecclesiasticorum gestione, de dioecesano Administratore sede vacante eligendo, de oneribus ac iuribus Christifidelium, deque aliis talibus canonicae adamussim exerceantur normae. Parralensis dioecesis constitutione ad effectum reapse deducta, sacerdotes Ecclesiae adscripti censeantur, cuius in finibus officium

suum habent ecclesiasticum; ceteri autem clerici ipsique tirones Seminarii illi addicantur Ecclesiae, ubi lege domicilium habent. Actorum scripta denique documenta sive de condita dioecesi eiusve clero ac populo, sive de bonis fluxis, omnia a Curiis Chihuahuensi et Tarahumarensi quam primum Curiae Parralensi mittantur. Quae hic iubentes decrevimus, ea exsequenda curet Venerabilis quem diximus Frater Hieronymus Prigione, Delegatus Apostolicus, cui necessarias et opportunas facultates facimus una cum facultate ad id officium alii delegandum viro in ecclesiastica dignitate constituto, addito utcumque onere operae dandae, ut ad Congregationem pro Episcopis certum verumque rei peractae exemplum litterarum prompte transmittatur. Quod reliquum est, Apostolicas has Litteras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

£8 BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis, Praef.

Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*
Franciscus Cascone, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco 6B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 304.676

III

TABUKENSIS

Novus constituitur Vicariatus Apostolicus Tabukensis appellandus.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Philippinarum Insularum fideles ob oculos usque versantur, de quibus haud parum sollicitamur, ut floridiorem statum consequantur et humanum spiritalemque progressum obtineant. Quapropter cum Venerabiles Patres, Congregationi pro Gentium Evangelizatione Praepositi, quorum interest accepto favorabili voto, poposcerunt ut novus Vicariatus Apostolicus in illis locis constitueretur, haec quae sequuntur statuimus et decernimus

Apostolica Nostra suffulti auctoritate. Territorium quod complectitur provincias civiles quas incolae Ralinga-Apayao appellant a Vicariatu Apostolico Montano distrahimus, idque deinde novum Vicariatum Apostolicum constituet Tabukensem positum vero intra Provinciae Ecclesiasticae Tuguegaraoanae terminos atque apostolicis curis Congregationis Immaculati Cordis Mariae sodalium demandatum. Ipsius porro fines iidem erunt ac duarum Provinciarum civilium quas Kalinga-Apayao vocant. Episcopi insuper Vicarii Apostolici Pro-Cathedra in templo ponatur Sancto Villelmo Eremitae dicato, eodemque in urbe Bulanao sito. Ad haec tandem perficienda Venerabilem Fratrem Ioannem Vincentium Moreni, Archiepiscopum titulo Turrensem in Mauretania legamus, factis opportunis facultatibus etiam subdelegandi quemvis alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Authenticum exemplar demum actae rei ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione diligenter mittatur, quibuslibet rebus minime officientibus.

Datum Romae apud S. Petrum die sexto mensis Iulii anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo altero, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco ⊞ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 308.873

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Iosepho Mariae de Yermo y Parres Beatorum honores decernuntur.

« Non nosmetipsos praedicamus sed Iesum Christum Dominum; nos autem servos vestros per Iesum » *(2 Cor* 4, 5).

Quae Paulus de se scripsit, possunt ad Venerabilem Dei Servum Iosephum Mariam de Yermo y Parres traduci, qui magno animo sacerdotali vocationi respondit et, Dei voluntati obsequens, Evangelio se dedidit atque pauperibus serviendo, qui multimodis eius apostolatu et industria caritate fruiti sunt.

Natus is est Ialmolongae, in Mexici civitate, die x mensis Novembris anno MDCCCLI christianis parentibus, nobili genere ortis et locupletibus. Paucis diebus post ortum, matris est mortem passus. A patre diligenter est educatus et ab amita Maria Carmelitide, quae tenelli pueri cor christianis imbuit sensibus.

Iuventute ineunte vocationem animadvertit ad vitam religiosam, vota nuncupavit in Congregatione Missionis (anno MDCCCLXIX) et post aliquot acris discriminis annos, persuasum habens se non esse iustum iter ingressum, illam reliquit Congregationem (anno MDCCCLXXVII), Leonensi dioecesi est incardinatus et die xxiv mensis Augusti anno MDCCCLXXIX ordinatus sacerdos.

Magno cum ardore sacerdotali suum iniit ministerium in omnem persorarum ordinem. Suos nisus posuit in catechesi tradenda inque praedicatione, in qua est semper cum cura auditus et oblectamento.

Muneribus functus magni momenti in episcopali Curia Leonensi, multa humilitate nominationem in cappellanum accepit duarum tenuium aediculарum in suburbio sitarum, quae vocabantur « EI Calvario » et « Santo Niño ».

Continenti suo apostolico studio mutavit « El Calvario » in locum adorationis eucharisticae perpetuae et evangelicae caritatis. Namque, postquam in terribilem scaenam incurrit duorum suum, duos pueros recens natos vorantium secundum flumen relictos, potenter sensit se a Deo vocari ut vitam servitio devoveret pauperum. Condidit mense Decembri anno MDCCCLXXXV, in eodem colle « EI Calvario » dicto, Congregationem religiosam « Servarum a Sacro Corde Iesu et pauperibus », ut derelictis sub veniret in spiritus corporisque necessitatibus.

Exinde continuae et crebrerrimae fuerunt ei difficultates obeundae, sed in fide firmus et in spe fortis, ardentissimam coluit in Deum inque fratres caritatem, praesertim egentiores. Vir fuit impensae deprecationis, altae vitae interioris, mitis erga omnes et humilis. Multis in rebus adversis animosissimus fuit et mira cum tranquillitate fidentique spe exspectavit dum Deus eventus patefaceret, qui iniuste eius vitam excruciaverunt.

Quae vita constans fuit voluntatis Dei inquisitio, ut illi per omnia placeret; Spiritus actioni submisse se aperuit Christumque est imitatus ei se conformans et continenter pro eius regni laborans adventu.

Ecclesiam amavit eique servivit omnibus in casibus et eius doctrinam inter sodales sacerdotes diffudit et fideles. Pietatis erga Sacrum Iesu Cor apostolus fuit necnon erga Virginem Mariam.

Per totam vitam Deo se dedit et fratribus, imprimis pauperioribus, quos « suam familiam » appellavit.

In multis caritatis operibus, quae audacter est aggressus, illud est commemorandum, quod est denominatum « Misericordia Christiana » Angelopoli institutum mulieri renovandae, et simul scholae catholicae constitutio christianae educationi fovendae indigenarum Tarahumarae, Mexici partis septentrionalis etiamnum difficillimae.

Post actam vitam magni laboris, etiam propter continuos morbos qui eius afficiebant valetudinem, die xx mensis Septembris laetanter est mortuus anno MCMIV Angelopoli.

Solida sanctitatis fama, quam vivus sibi conciliaverat moxque post mortem, procedente tempore et per spatium se extendit, sed eius Canonizationis Causa solum inchoari potuit anno MCMXXXXV ob publicas nationis Mexicanae vicissitudines, multos per annos bellis civilibus et persecutionibus religiosis vexatae. Processu canonico celebrato inspectae sunt, prospero cum exitu, virtutes et die VII mensis Septembris anno MCMLXXXIX coram Nobis promulgatum est decretum ad eas pertinens. Deinde a medicis et a theologis mira exquisita est sanatio, quam die xxvi mensis Aprilis anno MCMXC verum esse miraculum agnovimus, deprecante eodem Venerabili Servo Dei obtentum.

Dein statuimus ut Beatificationis ritus die vi mensis Maii insequentis Mexicopoli celebraretur, per Nostrum pastorale iter in illa Natione.

Hodie igitur, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam: « Nos, acogiendo los deseos de nuestros hermanos Luis Munive Escobar, Obispo de Tlaxcala, y Rosendo Huesca Pacheco, Arzobispo de Puebla, así como de otros muchos Hermanos en el episcopado y de numerosos fieles, después de haber escuchado el parecer de la Congregación para las Causas de los Santos, con Nuestra Autoridad Apostólica, concedemos que los Venerables Siervos de Dios: Cristóbal, Antonio y Juan, y José María de Yermos y Parres, de ahora en adelante sean llamados Beatos, y se podrá celebrar su fiesta y en modo establecido por el Derecho, cada año, el 23 de septiembre para Cristóbal, Antonio y Juan, y el 20 de septiembre, para José María

de Yermo y Parres. En el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo ».

Datum Mexicopoli, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Maii, anno MCMXC, Pontificatus Nostri duodecimo.

£8 AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status, tab., n. 263.322

II

Templum in dioecesi Trichuriensi exstans Beataeque Mariae Virgini « Our Lady of Dolours » vulgo appellatae dicatum insignitur titulo Basilicae Minoris.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Templum Beatae Mariae Virginis « Our Lady of Dolours » vulgo appellatae, quod ad Ecclesiam Trichuriensem pertinet, dignum videtur ut quadam honestetur laude. Id enim opinamur tum ad Christianam fidem alendam tum ad Marialem cultum fovendum haud paulum conferre posse. Hac potiore de causa, postquam Venerabilis Frater Iosephus Kundukulam, Episcopus Trichuriensis, sua suique cleri ac populi expromens vota, non dubitavit poscere ab Apostolica Sede, ut nominatum templum exornaretur dignitate Basilicae Minoris, Nos, cum de eadem re iam Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum viderit ob facultates a Nobis factas, eius sententiam ratam facimus, atque simul vi et potestate Nostra Apostolica harumque Litterarum virtute templum quod diximus B.M.V. « Our Lady of Dolours » vulgo appellatae gradu tituloque Basilicae Minoris insignimus, iuribus traditis et privilegiis eiusmodi ordinis Basilicarum propriis, iis probe servatis, quae per Decretum « de titulo Basilicae Minoris » sunt anno MCMLXXXIX statuta, die ix mensis Novembris. Apostolicas Litteras has Nostras nunc et in posterum religiose servatas exerceri volumus suosque etiam habere effectus, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vicesimo quinto mensis Aprilis, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ©Sigilli
In Secret. Status tab., n. 303.307

III

Paroeciale ac praepositurale templum Nativitati Sancti Ioannis Baptistae dicatum, quod in oppido «Melegnano» intra fines Mediolanensis archidioecesis exstat, ad Basilicae Minoris gradum dignitatemque evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — In antiquo et fiorenti oppido « Melegnano », intra archidioecesis Mediolanensis fines posito, probe novimus eminere paroeciale ac praepositurale templum Nativitati Sancti Ioannis Baptistae dicatum, quod expolito structurae genere « Gothico » mirisque simul artis praestans operibus, peculiaris est sedes Christianae vitae ac socialis navitatis in bonum praesertim senum, egenorum, inhabilium et migrantium exterarum gentium. Qua re, cum Venerabilis Frater Noster Carolus Maria S.R.E. Cardinalis Martini, Archiepiscopus Metropolita Mediolanensis, litteris die xin superioris mensis Aprilis datis, etiam cleri populique sui nomine petiverit ut eandem ecclesiam titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaremus, Nos, paternae benevolentiae signum dilectis filiis eius catholicae communitatis cupientes praebere, tam sollertis ac venerabilis Pastoris precibus per quam libenter obsecundandum esse putamus.

De sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, summa Apostolica usi potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum templum, de quo mentionem fecimus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus, cum omnibus quidem iuribus et liturgicis concessionibus, quae sacris aedibus hoc nomine insignitis rite competunt, iis tamen servatis, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris» die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX (Prot. CD 500/89) editum, servanda sunt. Minime vero dubitamus quin concessus honor in spirituale profectum cedat fidelium illius oppidi pariterque fore con-

fidimus ut iidem ad arctam coniunctionem cum hac Apostolica Sede magis magisque incitentur. Denique volumus ut hae Litterae Nostrae sint ratae nunc et in posterum, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Maii anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 304.252

IV

Beata Maria Virgo titulo « Nossa Senhora da Natividade » invocata, Patrona principalis et Sanctus Dominicus « De Gusmao », presbyter, Patronus secundarius apud Deum novi Status Tocantinensis in Brasilia confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Constat catholicos fideles dioecesium Portus Nationalis, Miracemanae Tocantinensis, Tocantinopolitanae et Praelaturae Cristalandiensis, qui novum Statum « Tocantins » nuncupatum in Brasilia incolunt, Beatam Mariam Virginem titulo « Nossa Senhora da Natividade » atque Sanctum Dominicum « De Gusmao », presbyterum, peculiari cultu prosequi tamquam clarissima exempla fidei, spei, caritatis ac sanctitatis vitae. Qua de causa Venerabilis Frater Celsus Pereira de Almeida, Episcopus Portus Nationalis, una cum Praesulibus reliquarum dioecesium et Praelato Cristalandiensi, communia cleri populique vota excipiens, electionem Deiparae Virginis memorato titulo invocatae in Patronam principalem et Sancti Dominici, de quo diximus, in Patronum secundarium apud Deum novi Status Tocantinensis rite probavit atque, litteris die xiv mensis Martii hoc anno datis, petivit ut huiusmodi electio et approbatio iuxta normas de Patronis constituendis et ad normam Instructionis « de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30, ab hac Apostolica Sede confirmarentur. Nos igitur, cupientes audire preces eorundem Pastorum, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute per-

petuumque in modum Beatam Mariam Virginem titulo « Nossa Senhora da Natividade » invocatam Patronam principalem et Sanctum Dominicum « De Gusmao », presbyterum, Patronum secundarium apud Deum novi Status Tocantinensis in Brasilia confirmamus, omnibus datis iuribus ac liturgicis privilegiis iuxta rubricas consequentibus. Has denique Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix mensis Maii, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ffl Sigilli
In Secret. Status tab., n. 304.253

V

Paroeciale templum Sancto Michaeli Arcangelo dicatum, quod in loco « Marijampole » intra fines Vilkaviskensis dioecesis exstat, ad Basilicae Minoris gradum dignitatemque evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter sacras aedes Vilkaviskensis dioecesis praecellit templum paroeciale Sancto Michaeli Archangelo dicatum, quod in loco « Marijampole » exstat et in quo a sodalibus Congregationis Clericorum Marianorum sub titulo Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae pie custodiuntur reliquiae Beati Georgii Matulaitis-Matulewicz, Apostoli nobilis ac electissimae Nobis Lituanae Nationis, quondam eiusdem Congregationis sapientis Moderatoris Generalis et boni quoque Pastoris et amantissimi Patris Vilnensis Ecclesiae. Qua re, cum Venerabilis Frater Iosephus Zemaitis, Episcopus Vilkaviskensis, litteris die vi mensis Martii hoc anno datis, etiam cleri populique sui nomine petiverit ut idem templum titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaremus, Nos, peculiare benevolentiae Nostrae documentum cupientes praebere, illius sollertis Pastoris precibus libenter obsecundandum esse putamus. De sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, summa Apostolica usi potestate, harum Litterarum virtute per-

petuumque in modum paroeciale templum, de quo mentionem fecimus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae sacris aedibus, hoc nomine insignitis rite competunt, iis tamen servatis, quae iuxta Decretum « de titulo Basilicae Minoris » die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX (Prot. CD 500/89) editum, servanda prorsus sunt. Minime vero dubitamus quin concessus honor in catholicae religionis bonum clerique populique in spiritualem profectum cedat pariterque fore confidimus ut iidem, Beati Georgii egregiam fidem atque pietatem aemulati, novis vinculis cum hac Apostolica Sede coniungantur. Has denique Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis Iulii, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 306.936

VI

Paroeciale templum Lausannense Beatae Mariae Virgini dicatum in catalogum Basilicarum Minorum refertur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Praestantiae alicuius propter rationes Beatae Mariae Virginis templum quod Lausonii locatur, scimus et frequentari ab ibidem incolis et celebrari, quandoquidem etiam nunc observari potest antiquum ipsius Virginis signum necnon cuiusdam momenti aedes. Congruentes igitur repperimus causas postulatis satisfaciendi, quae nuper admovit Venerabilis Frater Petrus Mamie, Episcopus Lausannensis-Genevensis et Friburgensis, cum peteret, veluti preces quoque cleri fideliumque colligens ac demonstrans, ut Beatae Mariae Virginis templum ante memoratum in Basilicis Minoribus recenseretur. Itaque rata omnino habentes quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum statuit, Apostolica Nos usi auctoritate, sacrum aedificium de quo supra est facta mentio in numero Basilicarum Minorum adscribimus, omnibus simul con-

cessis iuribus et privilegiis praestitutis et templis his consentaneis. Teneatur deinde Decretum « de titulo Basilicae Minoris », die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX evulgatum, contrariis rebus minime efficientibus quibuslibet.

Ceterum praeteritis quidem temporibus fidei, clara locus iste recensuit documenta atque de re christiana significata est laudabilis sollertia. Nunc novo suscepto vigore animove, aucta istius aedis quoque dignitate, vel maiora speramus fore fideles ut ibidem patrent dentque cultus caelestis Matris eximias testificationes.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Iulii, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 306.103

VII

Simulacrum Beatae Mariae Virginis, quae in dioecesi Onubensi pie sub titulo « Nuestra Señora de la Cinta » excolitur, merito diademate redimitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Satis compertum habetur Christifideles Onubenses iam dudum certo venerationis cultu Beatam Mariam Virginem, vulgo « Nuestra Señora de la Cinta » appellatam, prosequi consuevisse. Quoniamque inter omnes constat ad necessaria desuper auxilia impetranda caelicos quidem Patronos haud parvo usui Populo Dei esse hisce in terris peregrinanti, re vera non sese committere tot filii potuerunt, nisi gratiosissimae Christi Matri, omnium Christianorum auxiliatrici. Publice enim Paulus PP. VI, Decessor Noster ve. me., per Litteras « Praeclara Dei Genetrix » anno MCMLXIIII excelsam apud Deum Civitatis Onubensis Patronam eam constituit, die mensis Iunii xxx. Iuste autem, memoria acti temporis repetita magnaeque laudis, quam ibidem apud veteres amplarum fautores rerum gestarum ipsa sibi comparavit, nunc Venerabilis Frater Raphael González Morale jo, Episcopus Onubensis, sua clerique pariter ac populi expromens vota, petiit a Sancta hac Sede ut simulacrum B.V.M., quod

diximus, pulchre- diademate redimiri liceat. Quare Nos, qui sane cupimus ut tantae Onubensium Patronae vel maiores tribuantur laudes, vi et potestate Nostra Apostolica per has Litteras petenti Venerabili Fratri facultatem facimus, ut Nostro ipse nomine et auctoritate modo dilaudatae Deiparae B.M.V., quae sub titulo « Nuestra Señora de la Cinta » vetusto simulacro est effìcta, venustam imponat coronam, servatis de ritu ac formula lege liturgica praestitutis. Contrariis quibuslibet rebus haud obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Iulii, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 306.774

VIII

Templum paroeciale Sancti Laurentii Ruiz quod Binondi, in Manilae suburbio, exstat, ad Basilicae Minoris gradum dignitatemque evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Binondi, in frequenti Manilae suburbio, clarum quidem novimus exstare templum paroeciale Sancti Laurentii Ruiz, ubi a saeculo XVI pie colitur decore picta imago Beatae Mariae Virginis a Sacratissimo Rosario et in quo idem martyr baptismum suscepit atque aliquot annos officium adiutoris Fratrum Praedicatorum omni diligentia obivit. Praeterea constat ecclesiam istam centrum esse notum spiritualis vitae operumque pastoralium et caritatis. Qua re, cum Venerabilis Frater Noster Iacobus L. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Sin, Archiepiscopus Metropolita Manilensis, litteris die iv mensis Maii hoc anno datis, etiam cleri populique sui nomine, petiverit ut idem templum titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaremus, Nos, paternae benevolentiae signum tam dilectis Philippinis filiis cupientes praebere, eius sollertis Pastoris precibus libenter obsecundandum esse putamus. De sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, Apostolica usi potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum paroeciale templum, de quo mentionem fecimus, titulo ac

dignitate Basilicae Minoris decoramus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae sacris aedibus hoc nomine insignitis rite competunt, iis tamen servatis, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX (Prot. n. CD 500/89) editum, servanda sunt. Quod faustum ac felix sit Manilensi Praesuli atque universis civibus Binondi, Nobis carissimis. Has denique Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxin mensis Iulii, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco £B Sigilli
In Secret. Status tab., n. 306.923

IX

Sacra aedes Sancto Nicolao Barensi dicata et ipsa in urbe quam Pietra Ligure appellant sita ad dignitatem Basilicae Minoris attollitur.

IOANNESPAULUSPP.il

Ad perpetuam rei memoriam. — Templum istud nihil ignoramus ab antiquis iam temporibus repetere memoriam, in quo progrediente aetate complura artificia factitarunt fideles, ut divinus cultus ibidem praestantius celebraretur. Nonnullae quoque Sanctorum reliquiae saeculorum decursu collectae sunt, quae istius Ecclesiae significarent florem et religionem. His igitur spectatis causis, prompta sane voluntate postulata Venerabilis Fratris Marii Oliveri, Albinganensis-Imperiae Sedis Episcopi, exaudienda existimavimus, qui sua vota demonstrans suorumque pariter fidelium efflagitavit ut templum Sancto Nicolao Barensi dicatum et id sua in dioecesi situm, nominatim in urbe quam dicunt Pietra Ligure, in Basilicarum Minorum catalogum referretur. Quapropter ea plane agnoscentes quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum statuit, Apostolica usi Nostra potestate sacrum aedificium quod supra memoravimus inter Basilicas Minores adscribimus, omnibus item tributis privilegiis et iuribus congruentibus. Servetur deinde Decretum « de titulo Basilicae Minoris », die

ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX evulgatum, quibusvis rebus minime efficientibus.

Si quidem antehac locus hic studiose frequentabatur, in posterum tempus exoptamus ut ibidem fideles maiore animi impetu catholicam rem peragant, unde communitati huic ecclesiali permagna eveniant beneficia.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxin mensis Iulii, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 306.935

X

Imago Beatae Mariae Virginis titulo « a Consolatione » invocatae, quae in ecclesia paroeciali pagi vulgo Pasierbiec appellati colitur, pretioso diademate redimiri sinitur nomine et auctoritate Summi Pontificis.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Notum est Christifideles Polonici dioecesis Tarnoviensis ac propinquarum Ecclesiarum multa cum pietate colere imaginem Beatae Virginis Mariae titulo « a Consolatione » invocatae, quae religiose servatur in paroeciali ecclesia pagi sermone patrio appellati Pasierbiec, ad quam iidem Christifideles frequenter accedunt vel auxilium petituri, vel pro acceptis beneficiis gratias acturi. Qua re, ad hanc pietatem in Sanctissimam Dei Matrem servandam et firmandam, agendae sane toti vitae christianae utilissimam, Venerabilis Frater Iosephus Zycinski, Tarnoviensis Episcopus, per litteras die VII mensis Maii anno MCMXCII datas, nomine suo, cleri fideliumque dioecesis suae rogavit ut imaginem, quam supra memoravimus, Nostro nomine Nostraque auctoritate, sibi corona redimire liceret. Nos vero, signum dilectionis ei catholicisque Tarnoviensibus praebere cupientes, precibus concedere statuimus. Hinc, audita sententia Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, Nostrae Apostolicae potestatis et auctoritatis plenitudine usi, postulanti Praesuli permittimus ut gratiosae imagini Beatae Mariae Virginis a Consolatione, in ecclesia paroeciali servatae pagi Pasierbiec, nomine et

auctoritate Nostra pretiosam imponat coronam iuxta probatum liturgicum ritum, Has autem litteras accurate servari volumus suosque legitimos effectus consequi.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Augusti, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 306.561

XI

Templum Beatae Mariae Virginis vulgo « Maria Radna » dictae, in dioecesi Timisoarensi situm, ad gradum ac dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Est in dioecesi Timisoarensi templum in honorem Beatae Mariae Virgini dicatum, quae vulgo appellatur « Maria Radna», arte ac momento historico insigne, ad quod multi concurrunt Christifideles, non solum eius dioecesis, verum etiam locorum ei vicinorum: quod quidem non parum confert ad fidem vitamque christianam confirmandam. Eam ob rem, cum Venerabilis Frater Sebastianus Kräuter, Episcopus Timisoarensis, litteris die xxv mensis Martii anno MCMXCII datis, nomine suo, cleri ac populi catholici petiverit ut idem templum titulo ac dignitate Basilicae Minoris insigniretur, Nos, signum Nostrae dilectionis praebere cupientes supplicibus, libentissimo animo eius postulationi concessimus. De sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, ex Nostrae Apostolicae potestatis et auctoritatis plenitudine, per has Litteras perpetuum in modum sacram aedem, quam supra memoravimus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestamus cum omnibus iuribus ac liturgicis concessionibus, quae ecclesiis hoc nomine exornatis rite competunt, servatis tamen quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX (Prot. CD 500/89) editum, servanda sunt. Quod vero his Litteris decrevi-

mus, volumus nunc et in posterum suam habere vim, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, sub anulo Piscatoris, die xxvin mensis Augusti, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n, 308.723

XII

Imago Beatae Mariae Virginis titulo «Nuestra Señora de Guadalupe de El Carrizal » invocatae, Patronae caelestis Corensis dioecesis, pretioso diademate redimiri sinitur « nomine et auctoritate Summi Pontificis ».

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Novimus clerum populumque Corensis dioecesis singulari colere pietate decoram imaginem Beatae Mariae Virginis titulo « Nuestra Señora de Guadalupe de El Carrizal » invocatae, quae anno MCMXXVIII constituta est Patrona caelestis eiusdem Ecclesiae quoniam habebatur praesertim sollicita et provida Mater atque Magistra clarissima Christianae vitae. Qua re, cum Venerabilis Frater Raimundus Ovidius Pérez Morales, Episcopus Corensis, litteris die xin mensis Maii hoc anno datis, etiam fidelium suorum nomine petiverit ut imaginem, quam diximus, Nostro nomine et auctoritate pretioso diademate posset redimire, Nos, paternae dilectionis documentum tam dilectis Venetiolanis filiis cupientes praebere, eius Pastoris precibus libentes obsecundandum esse putamus. De sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, Apostolica potestate usi petenti Praesuli partes committimus ut imagini Beatae Mariae Virginis titulo « Nuestra Señora de Guadalupe de El Carrizal » invocatae Nostro nomine et auctoritate, quo die velit, pretiosam imponat coronam iuxta probatum liturgicum ritum, contrariis rebus nihil obstantibus. Minime vero dubitamus quin ii omnes, qui eandem venerantur imaginem, tanto conces-

so honore, ad colendam praecelsam Dei Genetricem magis magisque incitentur.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Octobris, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 311.995

ALLOCUTIONES

I

Ad exc.mum virum Gerardum P. O Broin, Hiberniae Legatum.*

Mr Ambassador,

With great pleasure I welcome you to the Vatican for the présentation of the Letters of Credence by which you are appointed Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of Ireland to the Holy See. I am grateful for the greetings which you have conveyed from Her Excellency President Robinson and I gladly reciprocate with good wishes and the assurance of my prayers for the well-being of the Irish people, with whom this Apostolic See has been united by uninterrupted bonds of faith and friendship for over one thousand five hundred years.

You have referred to the profound changes taking place in the world with surprising and even alarming rapidity. It is as if the human family had shaken off a sombre and pervading threat, which for decades overshadowed international relations and caused every forecast for the future to be accompanied by pessimism and fear. The world, in fact, is striving to leave behind the negative aspects of its division into opposing blocs. But as it does so, the international community finds itself faced with a host of underlying problems standing in the way of genuine peace and progress.

*** Die 16 m. Decembris a. 1991.**

There exists a real danger that the vacuum created by the decline of ideological tensions will be filled by new excesses. The most obvious sign of such excess is the résurgence of the nationalistic tendencies which in some cases have already led to tragic violence and confiicts. These situations clearly undermine the processes of economic development and politicai agreement which should have followed from the changed relationship between East and West.

At the same time, the old problems have not gone away. The distress of millions of victims of hunger and poverty, the enormous imbalance between the more developed nations and the less developed ones, situations of radical injustice and violence, the denial of human and civil rights and freedoms—all this demands urgent attention if the legitímate aspirations of the human family are to be met. Fortunately, there are hopeful signs of the international community's détermination to meet the challenges of the présent with more effective structures of dialogue and coopération and an increased sensé of the interdependence between countries.

In this perspective, the core question facing Europe is not one of development and prosperity alone but one which concerns the very significance and the continuing validity of Europe's historical, cultural and religious expérience. What is at stake is the defence and promotion of the positive and permanent values and ideáis of European civilization.

Your own country, Mr Ambassador, has a distinctive contribution to make to the new Europe which is being formed. Ireland can play a significant role in keeping alive a culture firmly based on the centrality of the human person as the subject of inalienable rights and freedoms, and open to the transcendent dimension of human existence. Just as at diffìcult times in the past her monks and missionaries brought faith and learning to many parts of Europe, so today she has a "gift" which she has a duty to défend and to share. Ireland's gift, as I indicated when I received the Letters of Credence of your distinguished predecessor, is "the rich humanism which characterizes her people and which Springs in the first place from her fìdelity to her Christian traditions".[1] Among the values which occupy an important place in your people's outlook and which need to be considered in ali their importance I will mention only thèse: a keen sensé of religious and civic freedom, a demand for equal justice for all, special care for the weaker members of society, a strong and loving family life, and a warmth of hospitality towards others.

[1] ***Speech to the Irish Ambassador,* 22 January 1990.**

This spiritual and moral ethos, to which Irish emigrants and missionarios have borne witness in so many parts of the world, continues to be a basic point of référence and source of direction and energy in meeting the challenges now facing Irish society. Modem societies are ali faced with similar challenges: among others, to défend life, the family and the sacredness of marriage, to ensure high standards of éducation, to create opportunities for employment, to uphold principies of accountability and honesty in private and public life, to counteract the social dégradation that comes from crime and drag and alcohol abuse. The evils obstructing human development are not merely economie and politicai. Their roots are above ali ethical and moral. The building of a more and more human society requires a courageous and generous response to the truth about man and his transcendent destiny. Without a revitalization of essential spiritual resources there cannot be a strong and decisive individuai and collective commitment to the common good and to solidarity.

Against the background of closer union and coopération between the peoples of Europe, efforts to bring about a peaceful and voluntary réconciliation between the two communities of Northern Ireland, to which Your Excellency has referred, take on new significance and urgency. The violence which continues to plague that Province is sinful and unjustifìable. It is also the expression of outmoded politicai and social positions, and those who follow this path pursue an unjust and undemocratic struggle. The only real path to peace is the path of respect for human rights, respect for legitímate différences, respect for the rule of law, on the part of everyone. We must continue to hope that the communities involved will work in practical ways to break down the barriers of mind and heart which divide them.

Mr Ambassador, I wish you well as you take up your new responsibilities as Ireland's Représentative to the Holy See. You may be certain that the various departments of the Roman Curia will be only too Willing to cooperate with you in your task. I assure you of my earnest prayers for the well-being of the belo ved Irish people.

II

Ad quosdam Hispaniae episcopos limina Apostolorum visitantes.*

Amadísimos Hermanos en el episcopado:

1. « La gracia y la paz sean con vosotros de parte de Dios Padre y de nuestro Señor Jesucristo ».[1] Con estas palabras del Apóstol deseo expresar mis sentimientos de afecto y gozosa comunión con vosotros, Pastores de las provincias eclesiásticas de Toledo, Santiago de Compostela y Madrid, que realizáis la visita « ad Limina » siendo portadores hasta la Sede de Pedro de las preocupaciones y alegrías, anhelos y esperanzas que os animan en la edificación de las comunidades que el Señor ha confiado a vuestros cuidados. En estos momentos de cercanía y afecto eclesial, mi pensamiento se dirige también a todas las diócesis que representáis, a vuestros sacerdotes, religiosos, religiosas y fieles.

Agradezco vivamente las palabras que, en nombre de todos, ha tenido a bien dirigirme el Señor Cardenal Marcelo González Martín. Mi profunda gratitud además por esta visita, que habéis preparado con tanto esmero y que viene a reforzar el vínculo interior que nos une en la oración, en la fe y en el amor operante.

En los coloquios personales que hemos mantenido durante estos días he podido apreciar nuevamente la vitalidad de vuestras Iglesias particulares, vuestra solicitud de Pastores, la entrega de vuestros colaboradores en el ministerio y la fidelidad a este centro de unidad, que es la Sede Apostólica.

2. Permanece aún vivo en mi mente el recuerdo de las intensas jornadas vividas con los fieles de no pocas de vuestras diócesis durante mis visitas a España. Con muchos de ellos he tenido el gozo de encontrarme en otras ocasiones; últimamente, con los jóvenes españoles que participaron en la VI Jornada Mundial de la Juventud en Czçstochowa y que aportaron su entusiasmo a aquel memorable encuentro de libertad y amor, como fueron las celebraciones en torno al Santuario de Jasna Gòra. Durante aquellos días de profundas vivencias humanas y cristianas, los jóvenes europeos mostraron que la Iglesia es camino de unión entre las culturas y los pueblos, indicando así las vías por las que las generaciones actuales quieren construir la Europa nueva de las patrias solidarias. Hecho éste para vosotros no insólito, por cuanto no pocas de vuestras Iglesias están marcadas

* Die 16 m. Decembris a. 1991.

[1] *Gal* 1, 3.

por ese camino de Santiago, que ha sido y es como uno de los puntos de referencia que ha construido la peculiar simbiosis de unidad y de diversidad que ha caracterizado la cultura de la Europa cristiana. Hoy esta vieja Europa, necesita encontrar de nuevo en el Evangelio de Jesucristo las raíces vivas y la fuente fecunda de su patrimonio espiritual y moral. Tal es el anhelo pastoral que me ha movido a convocar el Sínodo extraordinario de los Obispos que acaba de celebrarse en Roma y al cual el Episcopado español ha dado su valiosa aportación.

3. En este contexto, ¿cómo no recordar dos acontecimientos singulares del año 1989 para vuestras comunidades diocesanas y para toda la Iglesia en España? En Toledo celebrabais la conmemoración del XIV Centenario del III Concilio de Toledo, tan decisivo en la adhesión de todos vuestros pueblos a la fe católica. En Santiago de Compostela, como respuesta a mi gozosa llamada, se reunían medio millón de jóvenes peregrinos de todo el mundo para « descubrir, en el umbral del año dos mil, las raíces apostólicas de la fe y comprometerse activamente en la evangelización del mundo contemporáneo ».[2] Por otra parte, y para ofrecer una mejor atención pastoral a los fieles, en julio de este año ha sido erigida la Provincia eclesiástica de Madrid y creadas las nuevas diócesis de Alcalá de Henares y Getafe.

Historia, presente y futuro se abrazan en el momento actual de vuestra Iglesia como un signo de la voluntad del Señor, que os pide renovar la fidelidad a la herencia de la fe apostólica que recibisteis con una ilusionada disposición espiritual para llevar a cabo la obra evangelizadora con nuevo ardor, nuevos métodos, nuevas expresiones. Lo venís haciendo ya a través de vuestros programas pastorales, pero sobre todo mediante el testimonio y acción apostólica promoviendo en vuestras diócesis una nueva evangelización.

La nueva evangelización en la que estáis comprometidos ha de tener como primer objetivo el hacer vida entre los fieles el ideal de santidad. Una santidad que se manifieste en el testimonio de la propia fe, en la caridad sin límites, en el amor vivido y ejercido en las actividades de cada día. Una santidad a la que todos los cristianos sin excepción están llamados. A este propósito, quiero compartir con vosotros algunas reflexiones acerca de una preocupación pastoral de vital importancia para el futuro de la Iglesia: la participación del laicado cristiano en la misión redentora de Cristo, en la difusión del evangelio.

[2] *Mensaje,* 27.III.1988.

4. Los laicos, por su condición secular, están llamados a desarrollar en la sociedad la nueva vida que han recibido en el bautismo. A ellos les corresponde « impregnar y perfeccionar todo el orden temporal con el espíritu evangélico »,[3] ejerciendo « su apostolado en el mundo a manera de fermento ».[4] Desde sus actividades diarias han de « testificar cómo la fe cristiana (...) constituye la única respuesta plenamente válida a los problemas y expectativas que la vida plantea a cada hombre y a cada sociedad ».[5] Mas su condición de fieles seguidores de Cristo y, a la vez, miembros de la ciudad terrena no ha de conducirlos al error de llevar como « dos vidas paralelas: por una parte, la denominada vida "espiritual", con sus valores y exigencias; y por otra, la denominada vida "secular", es decir, la vida de familia, del trabajo, de las relaciones sociales, del compromiso político y de la cultura ».[6] Sé muy bien que, como Pastores del Pueblo de Dios, habéis señalado repetidamente este peligro, que priva a la sociedad de la irrenunciable presencia activa de los laicos en los asuntos temporales.

Vuestra última Asamblea de la Conferencia episcopal ha estudiado precisamente el tema de los laicos. Como en ocasiones anteriores, habéis puesto de relieve la necesidad de hacer presentes los valores evangélicos en la sociedad y en los diversos ámbitos donde se configura la identidad de un pueblo. En el seno de la sociedad española los laicos cristianos, movidos por su fe y espíritu apostólico, deben sentirse urgidos a promover alternativas socioculturales de todo tipo, capaces de contrarrestar las que, negando el mundo de la transcendencia, pretenden instaurar una sociedad como si Dios no existiese[7] o fuese sólo algo del pasado.

5. Su propia vocación compromete a los seglares a vivir inmersos en las realidades temporales como constructores de paz y armonía y, al mismo tiempo, sintiendo siempre a la Iglesia como patria espiritual; seglares conscientes de la eclesialidad de la fe, de la que brotarán, como en otras épocas de vuestra historia, obras admirables donde Evangelio y cultura han quedado íntimamente unidos como expresión original y creativa de la fecundidad del amor cristiano. Los seglares, mujeres y hombres, han de sentirse llamados a contribuir generosamente al bien común. Todos deben promover la justicia y la solidaridad, en su vida cotidiana, en el campo de sus responsabilidades sociales concretas, en la actividad económica, en la

[3] *Apostolicam actuositatem,* 5.
[4] *Ibid.,* 2.
[5] *Christifideles laici,* 34.
[6] *Ibid.,* 59.
[7] Cf. *ibid.,* 34.

acción sindical o política, en la actividad educativa y cultural, en las instituciones al servicio de la salud, en las iniciativas al servicio de la familia, en los proyectos de promoción humana integral de sectores de población marginados, en los medios de comunicación social, etc.

8	novembre	»	Al sig. Jacob Lee Fu-hsing (Kaohsiung).
9	»	»	Al sig. Cesare Bartoli (Reggio Emilia-Guastalla)
11	»	»	Al sig. Gildo Tomasini (Belluno-Feltre).
»	»	»	Al sig. Graziano Galanti (Imola).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

8	ottobre	1992.	Al sig. László Gábor Rédey (Köln).
»	»	»	Al sig. Karlheinz Schlör (Würzburg).
26	»	»	Al sig. Angelo Della Bianchina (Massa Carrara-Pontremoli).
»	»	»	Al sig. Louis Johan Terlien (Utrecht).
28	»	»	Al sig. Marco Gemmani (Rimini).
6	novembre	»	Al sig. Sandro Maria Giurlani (Avezzano).
»	»	»	Al sig. Adrianus Knaapen (Utrecht).
10	»	»	Al sig. Atalino Puiakitau Loto'aniu (Tonga).
»	»	»	Al sig. Sione Hamani Kiteau Topui (Tonga).
15	»	»	Al sig. Anne Rauwerba (Groningen).
»	»	»	Al sig. Gian Piero Piscaglia (San Marino-Montefeltro).
»	»	»	Al sig. Adrianus Maria Jozef van der Eerden ('s-Hertogenbosch).

NECROLOGIO

28	novembre	1992.	Mons. Stanley Joseph Ott, Vescovo di Baton Rouge *(Stati Uniti d'America).*
29	»	»	Card. Lawrence Trevor Picachy, del titolo del Cuore Immacolato di Maria.

1	dicembre	1992.	Mons. Carlo Ferrari, Vescovo em. di Mantova *(Italia).*
2	»	»	Mons. Franciszek Musiel, Vescovo tit. di Tamata.
5	»	»	Mons. Tamas Jung, Vescovo tit. di Castello di Numidia.
6	»	»	Mons. Petar Solió, Vescovo tit. di Mauriana.
7	»	»	Mons. Tadeusz Szwagrzyk, Vescovo tit. di Ita.
»	»	»	Mons. Eugène Klein, Vescovo em. di Nouméa *(Oceania).*
8	»	»	Mons. Jean-Baptiste Musty, Vescovo tit. di Botriana.
11	»	»	Mons. William M. Cosgrove, Vescovo em. di Belle ville *(Stati Uniti d'America).*

An. et vol. LXXXV 3 Februarii 1993 N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDI:

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

SACRA CONSISTORIA

CONSISTORIUM ORDINARIUM PUBLICUM

Feria VI, die xvin mensis Decembris, anno MCMXCII, mane, in consueta Aula Palatii Apostolici Vaticani, fuit *Consistorium ordinarium publicum,* cuius acta ex ordine referuntur:

I. INTRODUCTIO

Summus Pontifex, stans, signavit se signo crucis et cantavit versum: *Deus, in adiutorium,* ad horam Sextam inchoandam, adstantibus Patribus Cardinalibus, sacris Praesulibus, Abbatibus *nullius* et Romanae Curiae Praelatis quibus intimari solet, deinde dixit:

Huc convenimus, Venerabiles Fratres, ad consilia conferenda de rebus haud parvi momenti pro Ecclesiae vita: de opportunitate enim disseremus beatae Mariae a Sancto Ignatio et beatae Teresiae a Iesu « de Los Andes » Sanctorum caelitum honores decernendi easque universae Ecclesiae venerationi proponendi. In primis vero Domini laudes psallendo narremus, eius verbum fidenter audiamus, enixas effundamus preces ut

ille sua gratia mentes nostras illuminet nobisque aperiat quod sibi gratum sit, quid ad incrementum Ecclesiae proficiat.

H. RELATIO CAUSARUM CANONIZATIONIS

Post psalmodiam et lectionem brevem horae mediae rev.mus Angelus card. Felici, Diaconus Ss. Blasii et Caroli ad Catinarios, Congregationis de Causis Sanctorum Praefectus, brevem excursum habuit sive de Beatarum vita, sive de Causarum processu apud eandem Congregationem habito.

Relatione expleta Ss.mus ad cardinales, praesules et ordinarios allocutionem ad vota pro canonizatione exquirenda sic habuit:

Cum apud Congregationem de Causis Sanctorum, ut a Fratre nostro Angelo cardinali Felici accepimus, omnia quae opus sunt ut beata Maria a Sancto Ignatio et beata Teresia a Iesu « de Los Andes » in Sanctorum numerum censeantur feliciter sint expleta, videturne vobis, Venerabiles Fratres, attentis praesertim nostrorum temporum adiunctis, ipsas beatas Mariam a Sancto Ignatio et Teresiam a Iesu « de Los Andes » tamquam vitae christianae et sanctitatis exemplares Universae Ecclesiae proponendas esse?

Tunc omnes, servato ordine, sententiam aperuerunt. Exceptis congregatorum patrum suffragiis, Summus Pontifex sequenti formula diem canonizationis indixit et alia quoque verba addidit de Consistorii momento necnon de pertractato negotio:

Gaudeo et laetor, Venerabiles Fratres, quod existimatis totius Ecclesiae venerationi esse proponendas beatam Mariam a Sancto Ignatio et beatam Teresiam a Iesu « de Los Andes » quarum sanctitatem Congregatio de Causis Sanctorum gravibus argumentis iam comprobavit. Itaque, auctoritate Dei Omnipotentis, Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, decernimus ut beata Maria a Sancto Ignatio et beata Teresia a Iesu « de Los Andes » die vigesima prima mensis Martii anno millesimo nongentesimo nonagésimo tertio in Sanctorum albo referantur.

m. CONFECTIO INSTRUMENTI ACTORUM

Statim ac Ss.mus post precationem pro Sancta Ecclesia benedictionem impertivit, Magistro celebrationum domni Papae rogante, adstantibus Protonotariis Apostolicis ut iuridica instrumenta de supra recensitis confluerent, de more mandatum est, et laude omnipotenti Deo reddita, Consistorium est absolutum.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ACCRAËNSIS

In Ganae finibus nova provincia ecclesiastica constituitur Accraënsis nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae maiori Christifidelium spirituali bono proficiunt, ea, pro gravissimo Nostro munere Pastoris et Patris universae catholicae Ecclesiae sedula navitate satagimus praestare. Qua re libentes accipiendam esse remur sententiam Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium atque Praesulum Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositorum, qui, auditis quorum interest votis ac favente eidem rei Venerabili Fratre Abrahamo Kattumana, Archiepiscopo titulo Cebaradesensi atque in Gana Apostolico Pronuntio, censuerunt nuper in eadem Natione, ubi in praesens duae sunt provinciae ecclesiasticae, videlicet Litoris Capitis ac Tamalensis, tertiam constituendam esse Accraënsem nomine, cuius metropolitana Sedes exstabit Accrae, in urbe principe istius Rei publicae. Summa igitur Apostolica potestate usi Accraënsem dioecesim, a Pio PP. XII, Decessore Nostro rec. mem., die xvin mensis Aprilis anno Iubilaei MCML per Apostolicas sub plumbo Litteras « Laeto animo » conditam, metropolitanam facimus archidioecesim eodem servato nomine, omnibus datis iuribus et officiis talium Sedium propriis; qua quidem, uti metropolitana Ecclesia, una cum suffraganeis dioecesibus Ketaënsi-Hoënsi, hucusque ad provinciam ecclesiasticam Litoris Capitis pertinente, et Koforiduana, hoc ipso die per alias

Apostolicas sub plumbo Litteras condita, novam provinciam ecclesiasticam Accraënsem nomine constituimus.

Insuper Venerabilem Fratrem Dominicum Kodwo Andoh, primum Archiepiscopum Metropolitam Accraënsem nominamus, factis iuribus et obligationibus pariter impositis, quae ad Metropolitas pertinent. Haec vero quae praescripsimus adducat ad exitum Venerabilis Frater Abrahamus Kattumana, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, necessariis factis facultatibus. Re autem ad effectum adducta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione rite mittantur. Hanc denique Nostram Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo altero, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 314.682

II

KOFORIDUANA

De dioecesi Accraënsi, cuius ambitus Ganeusi Regione continetur, cui nomen «Eastern», quadam portione deducta, nova dioecesis conditur nomine Koforiduana.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod iusta quidem de causa nuper ii, quorum interest, id petiverunt ab Apostolica hac Sede, ut in Ganensi Regione, cui nomen vulgo est

« Eastern », nova dioecesis institueretur, Nos, qui pro viribus spiritale omnium Christifidelium bonum ubique inquirimus, eiusmodi postulationi libenter concedimus. Quare, cum constet eandem rem etiam a Venerabili Fratre Abrahamo Kattumana, Archiepiscopo titulo Cebaradesensi et in Gana Nuntio Apostolico, comprobari atque foveri, ex sententia Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quam ad Nos hodie relatam omnino confirmamus ratamque facimus, vi et potestate Nostra Apostolica harumque Litterarum virtute, fore sperantes ut aeternae dominici gregis saluti ita faveamus, haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. Exceptis locis « Akwamufie » « Apeguso-Frankadua », « Boso » et « Anuma » vulgo appellatis, quae ipsius civilis Regionis « Eastern » sunt partes, a dioecesi Accraënsi ceteras partes, in eadem quam diximus Regione sitas, distrahimus, iisdemque distractis locis novam Ecclesiam particularem condimus nomine Koforiduanam, Congregationi pro Gentium Evangelizatione obnoxiam. Pariterque statuimus, ut nova Episcopalis Sedes in ipsa urbe Koforidua collocetur ad cathedrale templum D.O.M. in honorem Sancti Georgii ibi exstans, utque dioecesis nunc condita ipsi suffraganea sit dioecesi Accraënsi, quae hodie altero Decreto ad gradum Metropolitanae Ecclesiae evehimus. Quae iubentes hic decrevimus, ea curet exsequenda memoratus Venerabilis Frater Abrahamus Kattumana, in Gana Nuntius Apostolicus, cui necessarias et opportunas facultates facimus, data etiam potestate, si usus veniat, rei delegandae alii viro in ecclesiastica dignitate constituto, addito utcumque onere curandi, ut ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione certum verumque peractae rei litterarum exemplum prompte transmittatur. Quod reliquum est, Apostolicas has Litteras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 314.683

III

CARORENSIS

In Venetiola nova dioecesis conditur Carorensis nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Certiori christifidelium spirituali suorum bono in primis prospiciens Venerabilis Frater Tullius Emmanuel Chirivella Várela, Archiepiscopus ipse Barquisimetensis, audita prius Conferentia Episcopali Venetiolana, propter provinciae amplitudinem et multitudinem incolarum in dicione ecclesiastica sibi credita degentium, ab hac vehementer petivit Sede Apostolica ut, detractis quibusdam eiusdem archidioecesis partibus, nova inde excitaretur ecclesialis communitas. Nos ideo ipsi, excepta sententia precibus memorati Praesulis favente a Venerabili Fratre Oriano Quilici, Archiepiscopo titulo Tablensi et in civitate Venetiolae Apostolico Nuntio susceptisque pariter consiliis Congregationis pro Episcopis, censemus sic propositam rem hominum servandorum utilitati certe profuturam proindeque, ut infra exscribitur, ad effectum deduci iubemus. De plenitudine apostolicae potestatis Nostrae a finibus archidioecesis Barquisimetensis distrahimus integram regionem civilium locorum, vulgo Torres et Urdaneta nuncupatorum, intra fines Status civilis cui nomen Lara, ex quibus ita submotis locis novam dioecesim Carorensem in posterum appellandam constituimus, iisdem nimirum circumscriptam limitibus quibus commemorata civilia loca simul sumpta ex lege civili nunc ipsum terminantur. Episcopalem vero novensilis huius dioecesis sedem in urbe vulgo Carora statuimus ubi sacra aedes a populo « Iglesia Matrix de Carora » dictitata et Deo in honorem Sancti Ioannis Baptistae dicata volumus ad gradum et dignitatem Ecclesiae Cathedralis evehatur, eique insignia privilegia et honores tribuantur quibus reliquae per orbem catholicum cathedrales aedes fruuntur. Carorensi Episcopo honores et insignia iura et privilegia tribuimus quem iisdem tamen oneribus et officiis obstringi censemus quibus ceteri locorum Ordinarii obligentur. Erectam sic ab integro dioecesim hanc novam suffraganeam subdimus Ecclesiae Metropolitanae Barquisimetensi eiusque Pastorem metropolitico iuri Archiepiscopi subicimus ipsius Barquisimetensis. Quo solidius iam ab initio Praesuli Carorensis communitatis adiutorium cotidiano in regimine praestetur, constituatur quam primum Collegium Consultorum ad iuris

communis normam. Congruae sustentationi Episcopi novae dioecesis providebitur dote a civili Gubernio danda, Curiae emolumentis, fidelium oblationibus et portione ei obtingente ex divisione, secundum canonem 122 Codicis Iuris Canonici facienda bonorum quae adhuc ad patrimonium archidioecesis Barquisimetensis pertinuerunt.

De seminarii dioecesani constitutione necnon candidatorum ad sacerdotium institutione servabuntur praescripta iuris communis, ante oculos constitutis normis ac regulis a Congregatione de Institutione Catholica edictis. Cum licebit, electi seminarii dioecesani alumni philosophicis et theologicis disciplinis imbuendi perinde ac sacerdotes ad studia ecclesiastica complenda mittantur Romam, ad Pontificium Collegium Latinum Americanum, vel iudicio Episcopi ad aliam ecclesiasticam domum. Quod spectat dein ad erectae dioecesis regimen, bonorum administrationem, nominationem dioecesani Administratoris sede vacante tum ad fidelium iura et onera aliaque id genus, examussim ea singula serventur quae canones sacri praestituunt. Simul ac Carorensis Ecclesiae particularis constitutio erit ad actum deducta, eo ipso sacerdotes dioecesi illi adscripti habebuntur in cuius finibus ecclesiasticum detinent officium; reliqui vero sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Acta et documenta quae constitutam dioecesim eiusque clericos fideles et temporalia bona respiciunt a Curia Barquisimetensi ad Curiam Carorensem, cum primum licuerit, transvehantur. Quae tandem omnia ut rite perficiantur, superius dictum Venerabilem Fratrem Orianum Quilici destinamus vel gestorem actu Nuntiaturae Apostolicae Caracensis, necessariis et opportunis eis additis facultatibus, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, officio adiuncto ad Congregationem pro Episcopis primo quoque tempore germanum exemplar perferendi actus ipsius peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis rebus nequaquam obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo quinto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

✠ BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 308.869

IV

BONTOCEN.-LAVAGEN.

Ex distracto territorio a Vicariatu Apostolico Montano novus instituitur Vicariatus Apostolicus Bontocensis-Lavagensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad aptius in Insulis Philippinis evangelizationis operi consulendum opportunum duximus novum Vicariatum Apostolicum ibidem constituere. Qua re, Congregationis pro Gentium Evangelizatione audita probataque sententia, re attente considerata, haec quae sequuntur decernimus. A Vicariatu Apostolico Montano territorium distrahimus, quod duas complectitur provincias sermone patrio Mountain Province et Ifugao appellatas illudque Vicariatum Apostolicum constituimus Bontocensem-Lavagensem positum vero intra Provinciae ecclesiasticae Novae Segobiae terminos, iisdem circumscriptum finibus, quibus duae provinciae Mountain Province et Ifugao terminantur. Episcopi Vicarii Apostolici Pro-Cathedram in ecclesia collocamus Deo in honorem Sanctae Ritae a Cassia dicata, quae in urbe est vulgo vocata Bontoc. Ad haec omnia perficienda Venerabilem Fratrem Ioannem Vincentium Moreni, Archiepiscopum titularem Turrensem in Mauretania, in Insulis Philippinis Nuntium Apostolicum, legamus, vel quem ipse legaverit, necessariis factis facultatibus, onere imposito constitutionis Vicariatus ad effectum adductae sincerum exemplar primo quoque tempore ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittendi.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. **ToMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Angelus Lanzoni, *Protonot. Apost.*
Antonius Macculi, *Protonot. Apost s.n.*

Loco EB Plumbi
In Secret. Status tab., n. 308.871

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Paroeciale templum Exaltationis Sanctae Crucis, quod in oppido «Raalte» intra fines archidioecesis Ultraiectensis exstat, ad Basilicae Minoris gradum dignitatemque evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — In fiorenti Nederlandiae oppido « Raalte » nuncupato, intra archidioecesis Ultraiectensis fines posito, novimus eminere templum paroeciale Exaltationis Sanctae Crucis, quod, ornamentis decorum mirisque artis praestans operibus, centrum est notum spiritualis vitae operumque pastoralium et communionis ecclesialis non solum pro fidelibus catholicis eiusdem loci sed etiam pro finitimis. Qua re, cum Venerabilis Frater Noster Adrianus Ioannes S. R. E. Cardinalis Simonis, Archiepiscopus Metropolita Ultraiectensis, litteris die VIII mensis Aprilis superiore anno datis, etiam cleri populique sui nomine petiverit ut eandem sacram aedem titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaremus, Nos, paternae benevolentiae signum dilectis filiis eius catholicae communitatis cupientes praebere, tam sollertis sacrorum Antistitis precibus libenti animo obsecundandum esse putamus. De sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, Apostolica summa usi potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum paroeciale templum, de quo mentionem fecimus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus, cum omnibus iuribus ac liturgicis concessionibus, quae Ecclesiis hoc nomine insignitis rite competunt, iis tamen servatis, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX (Prot. CD 500/89) editum, servanda sunt. Minime vero dubitamus quin concessus honor in religionis bonum populique spiritualem in profectum cedat pariterque maius conferat decus eidem templo, cuius dedicationis primum saeculare festum hoc anno celebratur. Has denique Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Aprilis, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 303.30Ô

II

Paroeciale templum quod est in urbe Nowy Sacz, Tarnoviensis scilicet dioecesis, S. Margaritae dicatum, in catalogum Basilicarum Minorum refertur.

IOANNESPAULUSPP.il

Ad perpetuam rei memoriam. — Antiquitatis artisque propter rationes S. Margaritae templum, quod in urbe Nowy Sacz locatur intra Tarnoviensis Sedis fines, eminere scimus et frequentari inter Poloniae sacras aedes, quandoquidem etiamnunc conspici licet prisci sacrarii vestigia signaque sacra. Quae res tum avorum demonstrant ingenium tum eorundem ipsorum pietatem. Convenientes igitur repperimus causas postulatis satisfaciendi, quae nuper admovit Venerabilis Frater Iosephus Zycinski, Episcopus Tarnoviensis, cum peteret ut S. Margaritae templum ante memoratum in Basilicis Minoribus recenseretur, idem quoque clero fidelibusque poscentibus. Itaque rata omnino habentes quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum statuit, Apostolica Nos usi auctoritate, sacrum aedificium de quo supra est facta mentio in numero Basilicarum Minorum adscribimus, omnibus simul concessis iuribus et privilegiis congruentibus et templis his consentaneis. Teneatur deinde Decretum « de titulo Basilicae Minoris », die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX foras emissum, contrariis rebus minime efficientibus quibuslibet.

Ceterum praeteritis quidem temporibus fidei istis in locis clarum editum est exemplum atque de re christiana significata est laudabilis sollertia. Nunc novo suscepto vigore animove, aucta istius aedis quoque dignitate, vel maiora speramus fore fideles ut ibidem patrent dentque caritatis et religionis eximias testificationes.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Maii, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 303.480

III

In Foederatis Civitatibus Mexicanis conditur Nuntiatura Apostolica.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui pro Nostro munere de universa Ecclesia solliciti sumus, etiam in Nuntiaturas in Gentibus condendas operam quam maximam assidue impendimus, ut per publicas necessitudinis rationes Nationibus cum Sede Apostolica intercedentes commune religionis et civitatis bonum procuretur magisque in dies augeatur quieteque servetur. Quoniamque eiusmodi amicitiae vincula iam nunc inter Apostolicam hanc Sedem et Foederatas Civitates Mexicanas inita sint ac publico iure sancita, hoc ipso die per has Litteras, vi et potestate Nostra Apostolica Nuntiaturam Apostolicam in Republica Foederata Mexicana condimus eiusque sedem Mexicopoli collocari volumus, Pontificio Legato tum officiis et iuribus et privilegiis ecclesiastica lege tributis, tum pacta cum Civitatis Gubernio conventione de eiusmodi munere statutis, ipsique Nuntiaturae honoribus, proprietatibus et indultis factis, quae ad Pontificias eiusdem ordinis Legationes pertinent. Quod denique hic statuimus Brevique Maiore ediximus, id volumus nunc veniensque in aevum effectus habeat suos, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Septembris, anno Domini MCMXCII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 316.631

IV

Sanctuarium Beatae Mariae Virginis Lapurdensis, quod in urbe Sancti Iacobi in Chilia exstat, ad Basilicae Minoris gradum dignitatemque evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — In fiorenti et clarissima quidem urbe Sancti Iacobi in Chilia probe novimus eminere Sanctuarium Beatae Mariae Virginis Lapurdensis, quod egregiis praestans artis operibus centrum est

notum cultus marialis, christianae vitae operumque pastoralium et caritatis. Qua re, cum Venerabilis Frater Carolus Oviedo Cavada, Archiepiscopus Metropolita eiusdem civitatis, litteris die ix mensis Iulii hoc anno datis, etiam cleri populique sui nomine petiverit ut idem templum titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaremus, Nos, peculiare dilectionis Nostrae documentum dilectis Chiliensibus filiis cupientes praebere, eius sollertis sacrorum Antistitis precibus libenter obsecundandum esse existimamus. De sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, summa Apostolica Nostra usi potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum Sanctuarium, de quo mentionem fecimus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus, factis omnibus iuribus ac liturgicis concessionibus, quae ecclesiis hoc nomine insignitis rite competunt, iis tamen servatis, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris» die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX editum, servanda sunt. Quod faustum ac felix sit Iacobopolitano Praesuli eiusque clero ac populo pariterque incitet omnes ad praecelsam Dei Genetricem magis magisque colendam et ad arctius fovendam coniunctionem cum hac Apostolica Sede. Has denique Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Octobris, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 313.066

V

Cathedrale templum Kabgayensis dioecesis, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis Immaculatae dicatum, ad Basilicae Minoris gradum dignitatemque evehitur.

IOANNES PAULUS PP.II

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter sacras Ruandae aedes eminere novimus cathedrale templum Kabgayensis dioecesis, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis Immaculatae dicatum, quod anno MCMVI aedificatum praecipua fuit sedes evangelizationis in eadem Africae regione et hac nostra

quidem aetate notum est centrum Christianae ac liturgicae vitae necnon pastoralium socialiumque operum pro bono spirituali atque civili ipsius Nationis. Qua re, cum Venerabilis Frater Thaddaeus Nsengiyumva, Episcopus Kabgayensis, litteris die i mensis Augusti hoc anno datis, etiam cleri populique sui nomine petiverit ut templum idem titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaremus, Nos, tam sollertis sacrorum Antistis precibus obsecundandum esse putamus. De sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum sacram aedem, de qua mentionem fecimus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus, omnibus factis iuribus et liturgicis concessionibus, quae templis hoc nomine insignitis rite competunt, iis tamen servatis, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX editum servanda sunt. Minime vero dubitamus quin concessus honor haud parum adferat decoris tum isti cathedrali Ecclesiae, quam Nosmet Ipsi libentes invisimus anno MCMXC per Apostolicum Iter in quosdam Africae Civitates, tum sollemni Iubilaeo, quo Kabgayenses fideles, Nobis carissimi, quintum et septuagesimum annum ab incepto Sacerdotio in Ruanda celebrabunt proximo die festo Immaculatae Conceptionis. Has denique Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Octobris, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 313.202

VI

Imago Matris Dei Dolorosae, quae pie servatur in paroeciali templo loci « Halcnów » intra fines Bielscensis-Zyviecensis dioecesis in Polonia, pretioso diademate sinitur redimiri « nomine et auctoritate Summi Pontificis ».

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Probe novimus in dilecta Polonica Natione Christifideles Bielscensis-Zyviecensis dioecesis finitimarumque regionum singulari pietate venerari antiquam et gratiosam imaginem Matris Dei

Dolorosae, quae pie servatur in paroeciali templo loci « Halcnów », ad quod iidem, praesertim die festo Visitationis Beatae Mariae Virginis, frequentes suis cum familiis accedunt a tam provida Matre supernum petituri auxilium. Qua re, cum Venerabilis Frater Thaddaeus Rakoczy, sacer Praesul eiusdem dioecesis, litteris die v mensis Augusti hoc anno datis, etiam Episcopi Auxiliaris clerique populique sui nomine petiverit ut imaginem, quam diximus, Nostro nomine et auctoritate pretioso diademate posset redimire, Nos eius sollertis Pastoris precibus libenti quidem animo obsecundandum esse putamus. De sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, Apostolica potestate usi petenti Praesuli partes committimus ut imagini Matris Dei Dolorosae, in paroeciali templo loci « Halcnów » pie custoditae, Nostro nomine et auctoritate, quo die velit, pretiosam imponat coronam, iuxta probatum liturgicum ritum. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus. Confidimus denique ut, tanto concesso honore, carissimi Nobis fideles Polonici etiamque Germanici, qui eandem venerantur imaginem, exempla sanctitatis vitae Deiparae Virginis aemulati, valeant crescere in fide, spe et caritate pariterque enitantur cotidie vivere sicut filii lucis secundum salutaria praecepta Christi Evangelii, quod clarissima est schola veritatis et amoris, ac libertatis, iustitiae et pacis.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die x VII mensis Novembris, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 314.309

ALLOCUTIONES

I

Ad quosdam Italiae episcopos sacra limina visitantes.*

Venerati Fratelli nell'episcopato!

1. Con grande gioia porgo a ciascuno di voi il mio cordiale benvenuto e sono lieto di accogliervi in quest'incontro familiare, che ci offre l'opportu-

*** Die 16 m. Ianuarii a. 1992.**

nità di sperimentare insieme la realtà consolante delle parole del Salmo: « Ecco quanto è buono e quanto è soave che i fratelli vivano insieme!

In voi saluto le Chiese particolari, affidate alle vostre cure pastorali e, in special modo, coloro che con voi più direttamente condividono la missione dell'evangelizzazione: i preti, i diaconi, i religiosi e le religiose, ed i laici attivamente impegnati nell'apostolato. Assicuro a tutti il mio costante ricordo, e formulo di cuore fervidi voti augurali, all'inizio del Nuovo Anno, che auspico sereno e fruttuoso.

Ringrazio il carissimo Mons. Mariano Magrassi, Arcivescovo di Bari-Bitonto, per essersi fatto interprete dei vostri comuni sentimenti e avermi reso partecipe delle speranze e dei progetti apostolici che, in questo singolare momento storico, ricco di sfide e di attese epocali, animano il vostro servizio al Vangelo.

2. Lo spunto per le riflessioni che vorrei parteciparvi stamani mi è offerto dal tema che ebbi a trattare con voi nel dicembre di cinque anni or sono, in occasione della precedente Visita ad limina. « Riflettere insieme sulla dimensione ecumenica della Chiesa locale — dissi allora —, ed in specie delle diocesi pugliesi che sono un ponte lanciato verso l'Oriente — è essenzialmente "un implorare dallo Spirito Divino la grazia di una sincera abnegazione, dell'umiltà e mansuetudine nel servire e della fraterna generosità d'animo verso gli altri".[2] Infatti, le tradizioni storico-religiose della vostra Terra, così ricche di santità e di testimonianza cristiana, molto devono alla presenza e all'influsso del vicino Oriente cristiano ».[3]

La « consegna ecumenica », che allora vi affidai, è ancor più attuale oggi, ed è con gioia che ve la ripropongo mentre ci apprestiamo a celebrare la Settimana di preghiera per l'Unità dei Cristiani.

Proseguite, Fratelli carissimi, nell'impegno per l'ecumenismo. Alcune iniziative religiose, culturali e sociali organizzate in Puglia nel corso di questi anni, come pure la rispettosa e fraterna collaborazione fra le vostre Chiese e quelle Ortodosse del vicino Oriente, mettono in evidenza il ruolo singolare che la vostra Regione può svolgere nel dialogo ecumenico aperto ad ogni campo della solidarietà umana. Fedeli alla vostra tipica vocazione ecclesiale, voi potete contribuire notevolmente alla crescita dell'intesa e della comunione fra i Cristiani.

[1] *Sed 133, 1.*
[2] *Unitatis redintegratio,* 7.
[3] *Insegnamenti,* IX, 2 (1986) 2006.

3. Il tema della Settimana di preghiera per l'Unità dei Cristiani è tratto quest'anno dalla conclusione del Vangelo di .Matteo: « Io sono con voi... andate dunque e ammaestrate tutte le genti ».* Esso aiuta a meglio comprendere che soltanto la salda consapevolezza della comune appartenenza a Cristo, « capo del corpo, cioè della Chiesa »,[5] rende i credenti perseveranti annunciatori della verità evangelica e collaboratori della riconciliazione fra i discepoli di Cristo. Un serio impegno per l'ecumenismo ha, così, come presupposto essenziale la sincera adesione a Cristo e la generosa apertura ai fratelli nel desiderio dell'unità voluta da Cristo.

Convertirsi a Cristo è la prima esigenza della nostra vita cristiana ed è l'invito che il Vangelo ci rivolge. « Si ricordino tutti i fedeli — osserva il Concilio Vaticano II — che tanto meglio promuoveranno, anzi vivranno in pratica l'unione dei Cristiani, quanto più si studieranno di condurre una vita più conforme al Vangelo. Quanto infatti più stretta sarà la loro comunione col Padre, col Verbo e con lo Spirito Santo, tanto più intima e facile potranno rendere la fraternità reciproca ».[6]

Dalla sincera conversione a Cristo scaturisce il desiderio di crescere insieme nella fede e nella pratica evangelica: crescere come Chiesa.

Voi avvertite l'urgenza di questo itinerario spirituale; si tratta d'un cammino necessario, perché ogni battezzato assuma responsabilmente e con vigore il proprio impegno missionario. L'educazione alla fede concerne tutti: i giovani e gli adulti, i fanciulli e le famiglie. « L'evangelizzazione e la testimonianza della carità — ricordano opportunamente i Vescovi italiani — esigono oggi, come primo passo da compiere, la crescita di una comunità cristiana che manifesti in se stessa, con la vita e le opere, il vangelo della carità ».[7]

4. «Crescere insieme in Puglia»: è questo il tema significativo del prossimo primo Convegno ecclesiale pugliese, da voi promosso per rinsaldare l'indispensabile intesa all'interno di ogni comunità e fra le diocesi della vostra Regione, in vista di una nuova e ardita evangelizzazione.

Tenendo conto della multiforme realtà geografica e sociale delle « cinque terre » di Puglia — dalla Capitanata alla terra di Bari e alle Murge, dallo Jonio al Salento — voi intendete individuare progetti concreti e proposte operative da attuare insieme, congiungendo in un vincolo di carità affettiva ed effettiva le Chiese che vivono nello stesso territorio.

[4] *Mt* 28, 19-20.
[5] *Col* 1, 18.
[6] *Unitatis redintegratio,* 7.
[7] *Evangelizzazione e testimonianza della carità,* 26.

Siete ben consapevoli che i valori e le attese dello sviluppo e della solidarietà rappresentano per i credenti pugliesi delle autentiche sfide da accogliere senza indugi, se si vuole costruire un avvenire illuminato dalle grandi prospettive del rinnovamento morale e religioso. Non si tratta certamente di una impresa facile: s'impone innanzitutto un'opera di riflessione comunitaria e di attento discernimento; occorre, poi, confrontarsi con le variegate espressioni della società civile. Giustamente, pertanto, voi avete invitato a prendere parte ai lavori del Convegno ecclesiale tutte le componenti e gli organismi delle vostre Chiese particolari, dai Consigli presbiterali e pastorali diocesani alle parrocchie, dalle Associazioni ai Movimenti d'apostolato.

Auspico, venerati Fratelli nell'episcopato, che tale provvida iniziativa, grazie all'assistenza dello Spirito Santo, porti i frutti apostolici da voi attesi. Lavorare insieme sarà per voi, Pastori, una provvidenziale spinta a vivere la dimensione della « collegialità » all'interno della vostra Regione ecclesiastica, e la comunione fra voi vi condurrà ad una più forte sollecitudine per tutte le Chiese.

5. La vostra Regione, come del resto l'intera società, vive oggi un momento di trapasso storico in cui emergono domande antiche ed esigenze nuove. La cultura del mare e dell'olivo, tradizionali risorse economiche e lavorative, coesistono e interagiscono con quella dell'acciaio e dell'informatica. Al notevole sviluppo economico, registrato sino ad alcuni anni or sono, è seguito in quest'ultimo periodo un calo degli investimenti nell'industria, un'insufficiente diversificazione produttiva delle manifatture, ed un accrescersi delle difficoltà nell'agricoltura. La disoccupazione e le problematiche connesse con la sicurezza sociale, la carenza di servizi e gli squilibri territoriali e culturali, rischiano di pregiudicare seriamente il progresso faticosamente conseguito. Il clima, poi, di incertezza, che talora pesa sulle attuali complesse situazioni sociali ed economiche, ingenera, o per lo meno favorisce, l'estendersi del disagio, soprattutto giovanile, con pericolosi fenomeni di violenza criminale.

È necessario l'impegno di tutti per promuovere una « cultura della legalità » che argini il dilagare del crimine, e per mettere la società in condizione di rispondere alle incalzanti esigenze del momento presente. Ai responsabili delle varie Istituzioni è richiesto di mostrarsi sempre all'altezza delle attese della gente dando ai problemi risposte adeguate e in spirito di servizio; ad ogni persona di buona volontà è domandato di partecipare attivamente allo svolgimento della vita sociale, non facendo mancare il proprio apporto allo sviluppo globale del bene comune.

6. Poiché il senso della legalità non si improvvisa, si rende necessario un paziente e costante processo educativo, che faccia leva sulle risorse ideali e morali del popolo pugliese, quali, ad esempio, il sentimento religioso, l'attaccamento alla famiglia, il rispetto delle tradizioni ed una spiccata disponibilità al sacrificio.

È gente generosa, la vostra, pronta ad aprire le case ed il cuore a chi è nel bisogno. La dolorosa vicenda dei profughi albanesi, nella quale le vostre comunità non hanno fatto mancare il loro contributo, ha posto in luce la grande disponibilità al sostegno vicendevole che è propria dei Pugliesi.

Dall'Albania vi giunge ora — e di ciò voi stessi avete voluto informarmi — un'ulteriore richiesta di cooperazione: sostenere, come Chiesa cattolica, insieme con altri Gruppi religiosi, la realizzazione di uno sviluppo armonico ed integrale del Paese. Si tratta per voi di una nuova sfida da accogliere generosamente. Essa allargherà gli orizzonti dell'azione missionaria e costituirà, per le vostre comunità avviate in un itinerario di crescita evangelica, un modo concreto per valorizzare, insieme ed al massimo, le molteplici risorse disponibili, materiali e spirituali.

7. Potrete condurre a buon fine ogni vostro progetto, se Cristo guiderà il vostro cammino. Egli dice: « Rimanete in me e io in voi ».[8]

Carissimi e venerati Fratelli! Quali Pastori del gregge di Cristo, non stancatevi mai di alimentare questa certezza anche nei fedeli.

Sia vostra prima e fondamentale cura occuparvi dei,Sacerdoti, diretti vostri collaboratori, chiamati da Dio ad essere in mezzo agli altri uomini come fratelli tra fratelli. Il loro ruolo è insostituibile per l'annuncio del Vangelo e per la guida dei credenti nella crescita verso una fede matura ed una carità operosa.

So, poi, quanto stia a cuore a ciascuno di voi la pastorale giovanile, l'animazione vocazionale e la formazione dei candidati al sacerdozio e alla vita consacrata e come, a tal fine, voi intendiate valorizzare le attuali strutture diocesane e interdiocesane, coordinandole sempre meglio. Penso, in maniera tutta speciale, al Seminario Teologico Regionale, al quale guardate con speranza. Possa esso crescere per numero di seminaristi, per qualità di formazione ed entusiasmo religioso sì da costituire il centro reale del dinamismo spirituale di tutta la Regione.

Una seria preparazione teologica di base, la incessante ricerca di Cristo nella preghiera e nell'abnegazione di sé, una coraggiosa e prudente apertu-

Ov 15, 4.

ra alle realtà del nostro tempo, prepareranno convenientemente i futuri Ministri dell'altare alla loro missione. Per i sacerdoti in cura d'anime, inoltre, s'avvera quanto mai utile una adeguata formazione permanente, a prolungamento e sviluppo di quella impartita nei Seminari, perché possano rispondere alle incalzanti necessità spirituali del popolo di Puglia.

8. Venerati Fratelli nell'episcopato, a conclusione di questo cordiale incontro, invoco dalla Vergine Santissima, venerata nella vostra Regione sotto numerosi titoli — voglio qui ricordare in particolare quello di « Odegitria » — conforto e sostegno per il vostro quotidiano servizio apostolico. Intercedano per voi e per le vostre diocesi i Santi Patroni.

Vi accompagni pure il mio affetto, avvalorato dalla Benedizione Apostolica, che volentieri imparto a voi e a tutto il popolo cristiano di Puglia.

II

Ad quosdam Galliae sacros praesules Apostolorum limina visitantes.*

Chers Frères dans V episcopal,

1. Pasteurs des treize diocèses de la région apostolique du Nord de la France, votre visite *ad limina* vous conduit à nouveau sur le chemin de Pierre et de Paul, pour puiser aux sources vives de votre mission, en communion avec l'Evêque de Rome.

Je suis heureux de vous souhaiter la bienvenue, avec cet *affectus collegialis* dont j'ai souvent dit que la visite *ad limina* manifestait concrètement la réalité. Je remercie Mgr Lucien Bardonne, votre Président, des paroles qu'il vient de m'adresser. J'entends bien les soucis qu'il a exprimés et les questions qu'il a posées. Ces éléments sont importants, ils traduisent avec lucidité les difficultés quotidiennes de la mission ecclésiale, et aussi l'espérance qui vous anime, ainsi que tous vos collaborateurs. Je retiens vos interrogations, même si je ne puis répondre aujourd'hui sur tous les points; je m'efforcerai d'y revenir au cours de mes rencontres successives avec vos confrères de France.

2. Dans le rapport régional, vous insistez sur les « mutations permanentes » qui marquent vos régions. « Choses nouvelles », pour reprendre l'expression de Léon XIII, elles vous inquiètent souvent, mais elles com-

*** Die 18 m. Ianuarii a. 1992.**

portent aussi des côtés positifs et dynamiques. Votre Commission sociale vient d'en présenter un ample exposé et de proposer des pistes de réflexion. Je voudrais m'arrêter un instant à trois aspects des situations humaines nouvelles, créées par des changements sociaux— et économiques — dont l'accélération accroît le poids dans la société en général et l'impact sur la vie ecclésiale. Il faut en prendre acte sans nostalgies vaines, mais, parce que ces situations nouvelles sont maintenant le terreau de l'évangélisation, elles invitent à poursuivre résolument l'annonce de la Bonne Nouvelle à vos compatriotes là où ils vivent.

Dans votre pays, le monde rural évolue profondément. En moins d'une génération, les conditions de production sont toutes différentes, le nombre d'emplois diminue, le peuplement de zones entières se réduit et même le paysage s'altère. Des activités nouvelles sont créées, mais elles ne peuvent suffire à donner du travail à ceux que la terre ne fait plus vivre, spécialement aux jeunes. Par ailleurs, l'arrivée de citadins à la recherche d'un habitat plus sain et plus abordable, ou bien d'un cadre convenant à leurs loisirs, recompose la société rurale sans la rendre toujours homogène.

Je n'ai pas à poursuivre l'analyse, vous la faites avec attention dans vos rapports. Mais je crois utile, par votre intermédiaire, d'encourager les chrétiens à prendre la mesure des problèmes humains que posent ces mutations. L'enseignement social de l'Eglise a maintes fois souligné que l'attention aux besoins des hommes fait partie des exigences évangéliques.[1] Parlant de celui qui se soumet à la loi de charité, le Cardinal de Lubac a justement écrit: « Il lui est impossible de ne pas chercher à établir entre les hommes des rapports plus conformes à la réalité chrétienne ».[2] Il n'est pas hors de propos, pour les chrétiens et leurs pasteurs, fidèles au sens de la solidarité qui a toujours été une qualité des ruraux, de demander que l'on n'en reste pas aux dimensions économiques et financières des problèmes, de montrer les tâches à assumer pour que le tissu social reste vivant. D'un point de vue humain et fraternel, on doit prendre en considération les souffrances de ceux qui se trouvent comme dépossédés, la condition particulière des personnes âgées, des femmes, des jeunes. C'est aussi un devoir de respecter la nature et de préserver la vitalité d'espaces qui risquent une véritable désertification.

3. En même temps que le monde rural s'affaiblit, les ensembles urbains s'agrandissent. Cette évolution traduit de réels dynamismes, une créativité

[1] Cf. Paul VI, encyclique *Populorum progressio,* n. 1.

[2] *Catholicisme,* ch. XII.

économique et culturelle. Cependant, il faut constater qu'une partie importante des habitants des villes n'y trouvent pas des conditions de vie épanouissantes; ils sont même fragilisés et ils ont du mal à retrouver l'appui d'un réseau de relations personnelles. Les écarts de revenu, les grandes différences dans l'habitat, les chances très inégales de trouver du travail, tout cela entraîne des discriminations ou des exclusions. D'autre part, les rythmes de vie sont tendus et laissent moins de place à la vie de famille et aux relations humaines. Un sentiment d'incertitude et l'absence de repères moraux entraînent beaucoup de replis individualistes. La corruption fausse certaines activités économiques. Devant la précarité de leur situation, trop de jeunes cherchent des compensations dans diverses formes de violence ou cèdent à l'attrait de la drogue. On voit se multiplier les tentations de se réfugier dans l'irrationnel ou dans les regroupements de type sectaire.

Certes, le caractère sommaire de ce bilan le rend trop sévère. Il laisse dans l'ombre bien des réussites individuelles et beaucoup d'initiatives, de la part des pouvoirs publics comme des associations privées, pour faire face aux carences de la vie urbaine. Mais, là encore, l'Église ne peut pas ignorer ce qui provoque le plus de souffrances ou ce qui dégrade la personne humaine. Je sais que les communautés chrétiennes, même pauvres, s'efforcent de vivre une solidarité active et chaleureuse avec leurs frères et sœurs les plus démunis, en pratiquant avec eux un partage généreux tant du point de vue matériel que culturel et spirituel. Elles contribuent ainsi de manière appréciable à humaniser ces milieux de vie. En évoquant devant vous les actions qui traduisent concrètement l'amour du prochain, je vous encourage à promouvoir encore ces formes authentiques de témoignage du respect de tout homme dans l'amour qui est la loi évangélique.

4. Vous avez souvent fait état d'un élément actuellement important dans la société de votre pays, comme, ailleurs en Europe, et qui provoque bien des débats et des tensions. Je pense à la présence de nombreuses personnes d'origine étrangère parmi vous. Les uns ont été appelés pour travailler, d'autres sont venus attirés par une prospérité qu'ils croyaient accessible, d'autres encore, ne pouvant plus vivre en sécurité dans leur pays, cherchent refuge dans une nation qui a une tradition d'hospitalité. Depuis quelques années, notamment en raison des difficultés économiques qui retentissent sur l'emploi, on constate ce qu'il faut bien appeler des réactions de rejet, visant surtout les immigrés ou les réfugiés placés dans des situations précaires. Vous avez justement attiré l'attention à maintes reprises sur ce qu'il y a de choquant dans des attitudes discriminatoires.

En effet, on ne peut accepter la méconnaissance des droits humains de certains, le maintien des séparations familiales, la rupture de la solidarité élémentaire avec l'étranger à qui l'on fermerait ainsi la voie de l'espérance.

Certaines craintes se concentrent sur la proportion considérable de fidèles de l'Islam parmi les immigrés en France. Les événements de l'an dernier ont montré, me dites-vous, que des chrétiens peuvent rencontrer leurs frères musulmans dans une même recherche de la paix qui a sa source dans le Dieu unique. Il faut rappeler la position du Concile Vatican II: le respect pour les croyances non chrétiennes et ce qu'elles comportent de positif, la possibilité de défendre avec leurs fidèles des valeurs essentielles, le désir de les rencontrer en vérité. Aussi convient-il de continuer à encourager le dialogue inter-religieux avec les Musulmans, en toute clarté. Il s'agit de mieux connaître leurs valeurs spirituelles et morales, et, en même temps, de leur permettre d'avoir une compréhension juste de la foi et de la vie de l'Église qu'ils côtoient. A cet égard, il est utile que des prêtres et des laïcs soient bien préparés à mener ces dialogues ou à conseiller les communautés les plus impliquées; les éducateurs sont particulièrement concernés dans les lieux où les jeunes de diverses appartenances religieuses doivent apprendre à vivre ensemble amicalement, tout en restant fidèles à leur foi et à ses exigences propres. Les orientations récemment publiées par le Saint-Siège sur le dialogue inter-religieux et l'annonce de l'Évangile aideront à situer avec justesse les relations entre croyants.

5. Chers Frères, les « choses nouvelles » de la société de votre pays que je viens d'évoquer s'accompagnent de ce qui fait votre préoccupation majeure, la réduction du nombre de fidèles actifs dans l'Église, la progression de l'indifférence religieuse ou de l'incroyance, et aussi l'attrait grandissant de certains syncrétismes. Vous en constatez la réalité chaque jour en même temps que la diminution de la pratique religieuse; cela touche les différentes générations, les jeunes en particulier; cela affecte la vie des familles et la vie publique. C'est pourquoi toute l'Église catholique, chez vous comme ailleurs, est invitée à s'engager dans ce que j'ai appelé la « nouvelle évangélisation », ce qui n'implique évidemment pas que l'on méconnaisse l'apostolat courageux et souvent fructueux mené jusqu'ici.

Il s'agit de prendre un nouvel élan sur la route apostolique. Il s'agit de rayonner toute l'ardeur de la foi en Jésus Christ, que nous avons reçue comme un don, et d'annoncer à nos frères et sœurs des villes et des campagnes l'amour de Dieu qui nous offre le salut en son Fils. Nous les appelons à former ensemble la communauté des fils adoptifs du Père infiniment

miséricordieux. Nous agissons ainsi parce que nous aimons nos frères de ce temps, parce que nous connaissons leurs aspirations sincères, et parce que nous savons que Dieu appelle tous les hommes à entrer dans l'Alliance avec lui.

Ab anno 1938 ad annum 1945 industrius fuit, moderator probandatus viculi *Houa-la-pa* appellati, qui non longe ab oppido *Weisi* aberat. De alumnis maternam adhibebat curam, etsi **Severus** erat quod ad disciplinam atque ad studiorum curam pertinebat. Fideli effulsit Regulae observantia, continentiae spiritu et cibi frugalitate. Ad indigenarum genus vitae se accommodare est nisus et navus fuit in proximorum bono spiritali persequendo, inexspectatas assequens conversiones. Misericors fuit erga pauperes et aegrotos, superioribus oboediens, in operibus apostolicis indefatigatus.

Anno 1945 parochus nominatus est oppidi *Yerkalo* in Tibeto libero. Animi cum impetu et pastorali caritate ad servitium se dedit suae Communitatis, quae ex trecentis fere christianis constabat Sed Lamae, parati ad christianam religionem funditus de suo territorio tollendam, statim contra eum asperam et continuam luctationem inierunt, adeo ut missionem invaserint et diripuerint; postridie (die 26 mensis Ianuarii anno 1946) vi illum coegerunt, ut de regione discederet, fisi fieri posse ut ob eius profectionem christiani a sua religione deficerent. Servus Dei domicilium in Sinensis territorii castello *Parné* domicilium collocavit, non longe ab oppido *Yerkalo.* Perrexit illinc gregem suum custodire, cuius fides vere periclitabatur, et graviter quidem, ob inimicorum Christi et catholicae religionis simultatem et insolentias. Ad suam Communitatem est conatus redire, sed Lamae eum depulerunt. Quoniam religiosa oppidi *Yerkalo* condicio difficilior fiebat in dies, intrepidus missionarius Lhassam, Tibeti caput, petere statuit ut ab auctoritatibus supremis ius suum obtineret et in suam paroeciam dux restitueretur. Superioribus certioribus factis et Internuntii Apostolici auxilio obtento, clam est iter ingressus, conscius eiusmodi inceptum posse sibi mortem afferre. Sed ad mortem obeundam iam paratus erat, dummodo populi sui fidem defenderet et suum posset pastoris exsequi officium. Per iter, quod Lamas non latuit, saepius declaravit se ad vitam devovendam esse paratum pro christianis Tibetanis et in periculo versans ne occideretur, nec se occultare voluit nec fugere. Usque in finem, vehementi cum fide

et summa cum caritate, voluit exemplum sequi boni Pastoris, qui animam suam ponit pro ovibus (cf. *Io* 10, 11).

Die mensis Augusti 11 anno 1949 quattuor monasterii Karmdae Lamae insidias ei fecerunt apud collem *Choula* eumque plumbo interfecerunt, inclinatum ut famulo Doci assiderei, qui prior ceciderat sicariorum ictibus transfossus. Gloriosi Christi testis corpus aliquot post dies sollemniter sepultura in missione loci *Atuntze.* Dei Servi mors ilico verum martyrium habita est, et haec fama aucta et confirmata est sequentibus annis; quam ob rem Episcopus Sedunensis Canonizationis Causae initium fecit per processus ordinarii informativi celebrationem (annis 1953-1963), cui additi sunt quattuor processus rogatoriales, in totidem numero dioecesibus celebratis. Decreto prodito de horum processuum auctoritate (die 27 mensis Aprilis anno 1990) et apparata Positione, consuetae factae sunt recognitiones. Exitu cum secundo die 28 mensis Februarii anno 1992 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum est actus, cui praefuit Fidei Promotor Generalis, Rev.mus D.nus Antonius Petti. Patres Cardinales porro et Episcopi, qui die 16 mensis Iunii eodem anno in Congregationem Ordinariam convenerant, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Gagnon, professi sunt Servum Dei Mauritium Tornay verum esse martyrem habendum, utpote in odium fidei necatum.

Facta postmodum de hisce omnibus rebus per subscriptum Cardinalem Praefectum Summo Pontifici Ioanni Paulo II accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum super Servi Dei martyrio rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater, sollemniter declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servi Dei Mauritii Tornay, Sacerdotis professi e Confoederatione Canonicorum Regularium S. Augustini, Congregationis S. Nicolai et S. Bernardi Montis Iovis, in odium fidei interfecti anno 1949, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 11 mensis Iulii A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

83 Eduardus Novak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

II

CRACOVIEN.

DECRETUM

Canonizationis ven. servae Dei Mariae Angelae Truszkowska (in saec.: Sophiae Camillae), fundatricis congregationis sororum a S. Felice a Cantalice (1825-1899).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Maria Angela Truszkowska die 16 mensis Maii orta est anno 1825 in Poloniae Palatinatu Calissiensi. In Tertium Ordinem Sancti Francisci Asisinatis nomen professa est incubuitque in adsiduitatem praebendam pueris derelictis ac deinde senibus, aegris, pauperibus. Congregationem a Sancto Felice a Cantalice condidit, quam summa cum cura rexit in multis gravibusque difficultatibus et aerumnis. Anno 1869, cum aegrotaret, Antistitae Generalis munus deposuit et reliquos annos clam vixit, in deprecatione inque sacrificio, suam Deo consecrationem colens cum alacritate et perseveranter in Christi imitatione progrediens. Post longum et acerbum morbum Cracoviae de vita decessit die 10 mensis Octobris anno 1899, sanctitatis fama exornata.

Canonizationis Causae initio facto, apud Curiam archiepiscopalem Cracoviensem instructus est processus ordinarius informativus annis 1949-1951. Promulgato decreto super Causae introductione nonis Iuliis anno 1966, est processus apostolicus celebratus annis 1961-1969. Consuetis peractis theologicis pervestigationibus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, postridie calendas Apriles anno 1982, edixit Servam Dei Mariam Angelam Truszkowska virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in modum exercuisse.

Paucos post annos Dunkirkae, in Buffalensi dioecesi, in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis mira patrata est coniecta sanatio, intercessione Venerabilis Servae Dei Mariae Angelae Truszkowska imputata. Sanatio pertinet ad dominam Lilianam E. Olewski, natam anno 1913, cum Barnaba Halasinski nuptam, quae iampridem diabeta affecta mellito, anno 1983, post lapsum, coepit ex lumborum rhachide acriter laborare exque artu inferiore sinistro femoris usque ad pedem. Symptomatologia dolorem

afferens, quamvis varie curaretur et medicaretur, est in deterius mutata, et hyposthenia atque inertia ad eiusdem artus perfunctionem attinens apparuerunt. Cum videret omnem medicam curationem inanem esse, eadem aegrota, cum nonnullis familiaribus nonnullisque Religiosis a Sancto Felice a Cantalice, cum fiducia ad auxilium divinum devenit, sanationem postulans per deprecationem Venerabilis Servae Dei Mariae Angelae Truszkowska. Preces crebriores factae sunt primis anni 1986 diebus. Multo vespere diei 4 mensis Ianuarii eiusdem anni aegra effecit ut sibi pannus aceto imbutus in crus sinistram dolens imponeretur; simul autem sensit quodammodo Servam Dei illic esse, apud se; animadvertit insuper dolorem ilico defecisse seque ex toto bene valere. Post ferme triginta minuta eiusmodi iucundi sensus, panno abstracto, una cum filia repperit crus esse perfecte sanatum. Rosario recitato expedite surrexit, scalas scandit ivitque cubitum. Subsequenti mane baculi non indigebat nec opus fuit a familiaribus sustineretur, et solute se movebat.

De sanatione, statim tributa deprecationi Matris Mariae Angelae Truszkowska, apud Curiam episcopalem Buffalensem anno 1986 est processus canonicus celebratus, cuius auctoritas et vis est per decretum, die 6 mensis Decembris proditum, eodem anno, probata. Congregationis de Causis Sanctorum Medicorum Consilium casum hunc inspexit pluribus in sessionibus et in ultima, quae acta est die 5 mensis Martii anno 1992, hanc dixit sententiam: *Diagnosis:* Multarum radicum nervorum plexus lumbaris sacralis infirmitas, cum symptomatologia hyperalgesica et motoria asthenica in persona cum articulorum vertebrarum morbo atque stenosi canalis medullosi, diabeta 2ⁱ generis affecta a duodetriginta annis; *Prognosis:* Suspensa quoad valetudinem; *Therapia:* apta ad diabetam cohibendum; symptomatologiae dolorem afferenti ac motoriae impar; *Sanationis ratio:* subitanea quoad dolorem et symptomatologiam motoriam, perfecta et mansura; pro scientiae cognitionibus inexplicabilis. Facta est dein casus inquisitio theologica. Die 19 mensis Iunii anno 1992 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, cui praefuit Rev.mus Fidei Promotor Generalis Antonius Petti; subsequentis mensis Iulii die 7, habita est Patrum Cardinalium et Episcoporum Congregatio Ordinaria, Causae Ponente Exc.mo Antonio Mauro, Archiepiscopo titulari Thagastensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua,

vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Maria Angela Truszkowska, Fundatrice Congregationis Sororum a S. Felice a Cantalice, videlicet de subitanea, perfecta et mansura sanatione quoad dolorem et symptomatologiam motoriam dominae Lilianae E. Olewski, nuptae Halasinski, laborantis « Polineuroradicolopatia del plesso lombo sacrale con sintomatologia iperalgica e motoria astenica in paziente con artrosi vertebrale e stenosi del canale midollare, affetta da diabete di 2° tipo da 28 anni ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 11 mensis Iulii A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ® S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

III
INDIANAPOLITANA

DECRETUM

Canonizationis servae Dei Theodorae Guérin (in saec.: Annae Teresiae), fundatricis sororum a providentia S. Mariae ad Nemus (1798-1856).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Christus *haud celabat* auditores suos hoc: *necesse est pati.* Apertis enim verbis dixit: "Si quis vult post me venire... tollat crucem suam cotidie", et

discipulis suis moralia dabat praecepta, quorum exsecutio tantummodo fieri potest "semetipsum abnegando". Via, quae ducit ad Regnum caelorum, est "angusta et arta", eamque Christus contraponit "latae et spatiosae" viae, quae tamen "ducit ad perditionem" » (Ioannes Paulus II, Litt. Apost. *Salvifici doloris,* 25: *AAS,* 76 [1984] 236).

Exemplum et praecepta sequendo Divini Magistri, Dei Serva Theodora Guérin, cum humilitate, amore ac laetitia arctam sacrificii viam atque doloris emensa est et, cum Salvatoris Christi cruce coniuncta, altum est perfectionis gradum adepta efficaciterque ad animarum bonum et ad Christi regni auctum in terris contulit.

Orta est Serva Dei in Gallia, in oppido *Etable-sur-Mer,* intra Briocensis dioecesis fines posito, postridie calendas Octobres anno 1798 a Laurentio Guérin, copiarum navalium praefecto, et Isabella Léfèvre, legitimis coniugibus, qui fide ac probitate eminebant. Mater, quae eam a primo natali die Virgini Mariae consecraverat, initiali eius prospexit educationi, eam legere et scribere docendo eique christianam tradendo doctrinam. Decem annorum primum ad eucharisticam mensam accessit et exinde se Deo in aliquo religioso Instituto consecrare exoptavit. Anno 1814 est patre orbata, a sicariis interfecto. Mater autem, gravi hac afflicta amissione, ad interitum addita duorum filiorum, qui erant puerili aetate defuncti, aliorumque propinquorum, morbum contraxit, quam ob rem domus onus in iuvenem, magnam partem, incubuit Servam Dei. Idcirco suam non potuit vocationem sequi, donec soror minor natu eius potuit in familiaribus muniis vicem praestare.

Quinque et viginti annos nata in castello *Ruille-sur-Loire* ingressa est Congregationem Sororum a Providentia, puellarum educationi deditarum atque adsiduitati praebendae aegrotis tum in ipsorum domibus, tum in valetudinariis, tum in carceribus. Annae Teresiae nomine in Theodoram mutato novitiatu que peracto, die 8 mensis Septembris anno 1825 temporaneam fecit professionem et, nonis Septembribus anno 1831, perpetuam. Etiam tum novitia erat, cum est ad domum missa loci *Preuilly-sur-Claise.* Anno 1826 Antistita est nominata communitatis Redonensis, quae suam explicabat operam in difficili suburbio a Sancto Albino denominato. Serva Dei ardenti suo apostolatu et sacrificio vici illius mutationem fecit sibique omnium aestimationem ei admirationem conciliavit. Cum quoddam ortum esset discidium inter Antistitam Generalem Congregationis et eiusdem Conditorem, sacerdotem Iacobum Franciscum Dujarié, Soror Theodora falso insimulata est, quod pro Conditore stetisset. Idcirco est tamquam Antistita ad parvam domum oppidi *Soulaines* translata, ubi notabiles fecit progressus spiritales utilisque proximis fuit.

Anno 1840 in magno et decretorio fuit discrimine, quandoquidem, nonnullis Sororibus sodalibus praefecta, est missa ad Vincennapolitanam dioecesim, quae hodie Indianapolitana appellatur, in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis sitam, ut ibi missionalem navitatem explicaret. Cum eo pervenerunt, quo tendebant, laborioso itinere confecto, Sorores ad regionem impeditam ac pauperrimam missae sunt, Sanctam Mariam ad Nemus. Illic, quamvis tenues essent opes, Serva Dei consueto cum apostolico fervore educationi iuventutis se tradidit, aegrotorum auxilio atque operis sui confirmationi. Cum esset in Gallia, ut stipem cogeret et praesertim a suis Antistitis claras acciperet normas, Congregatio Sororum a Providentia necopinatum graveque consilium cepit (anno 1843) discedendi prorsus a communitate quae in Vincennapolitana dioecesi operabatur. Ita Soror Theodora, praeter exspectationem omnium, ob id ipsum Conditrix evasit et Antistita Generalis novi Instituti religiosi, quod denominatum est Congregatio Sororum a Providentia Sanctae Mariae ad Nemus (v. *Sisters of Providence of Saint-Mary-of-the-Woods).* Difficultatibus, cuiuslibet instituti novi propriis, aliae adiunctae sunt graviores et acerbiores. Etenim iis annis (1842-1847) non paucae fuerunt Servae Dei acerbitates et indignitates subeundae, ex aliquibus Superioribus ecclesiasticis profectae, qui, ac si domini essent, se in communitatis Sororum vitam internam interponebant. Eo res processit, ut ipsa Dei Serva sit de Antistitae munere deiecta, impedita quominus cum Sororibus sodalibus necessitudinem haberet et votis exsoluta. Sed dura haec et iniusta condicio est ex toto mutata, cum in dioecesis regimen alius successit Pastor (anno 1847). In pristinum officium restituta, ad mortem usque in sui Instituti administrationem incubuit inque Sororum formationem, quae celeriter numero auctae sunt et fructuose multiplicibus se dediderunt operibus, gentibus Civitatis Indianae sane utilissimis.

Primis anni 1856 mensibus, eius valetudo, quae numquam bona integraque fuerat, deficere coepit. Conscia terrestrem suam peregrinationem iam in exitu esse, Dei Serva animo forti, tranquillo ac deprecabundo se ad supremum praeparavit occursum in Domino, qui eam pridie idus Maias anno 1856 ad se vocavit.

Notis suis memoriam reliquit excellentium christianarum virtutum, quas a iuventute coluerat cum alacritate, perseverantia et spiritali gaudio. Re vera eius vita fidei perspicuitate refulsit, spei firmitate atque caritatis fervore erga Deum, Ecclesiam, auctoritates ecclesiasticas, Sorores sodales, pueros, pauperes, aegrotos eosque, qui non paucos ei attulerunt dolores. Cum humilitate ac docilítate Domini manibus concredita, sivit se eius duci praeceptis ac voluntate et, mulier sapiens prudensque, quae caelitus acce-

perat talenta multiplieavit, gratiae divinae respondendo, quodlibet peccati genus vitando atque indefatigato cum ardore multum fructuosumque apostolatum explicando. In sua consecratione mansit, vota religiosa regulamque observavit et munus sibi creditum explevit egregie, etiam in difficilibus acerbisque condicionibus, omnibus mirum praebens exemplum patientiae in aerumnis, tranquillitatis in rebus afflictis, veri crucis Christi amoris. A nugis mundi aliena et a se ipsa, solam Dei gloriam quaesivit et animarum bonum, quibus lumen tulit evangelii et fraternae caritatis solacium. Ut in cognitione cresceret et in imitatione Christi et quo suum redderet apostolatum efficaciorem, non suis est fisa viribus sed divino auxilio, quod per perfectam impetrabat legis Dei observantiam itemque Ecclesiae, per assiduam deprecationem, per aeternarum veritatum contemplationem, per fervidam erga Eucharistiam et Virginem Mariam pietatem, per cotidianorum munium exsecutionem, per castigationem et sacrificium.

Magnam perfectionem christianam consecuta, cum in vita tum post mortem fama est fruita sanctitatis; quam ob rem Episcopus Indianapolitanus anno 1909 Causae canonizationis initium fecit per processus ordinarii informativi celebrationem, qui est anno 1913 conclusus. Illum secuti sunt (anno 1937) duo processus rogatoriales apud Curias Briocensem et Cenomanensem. Anno 1956 decretum promulgatum est super Causae introductione, et deinde est processus apostolicus instructus (annis 1956-1958). Decretum de horum processuum auctoritate et vi anno 1962 proditum est. Postea Causa Sectioni Historicae Sacrae id temporis Congregationis Rituum est commissa. Instrumentorum historica inquisitione ad finem adducta, die mensis Maii 12, anno 1988, Consultorum Historicorum est habita sessio. Deinceps, secundo cum exitu, die 25 mensis Februarii anno 1992, Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus, Rev.mo D.no Antonio Petti, Fidei Promotore Generali, praesidente. Patres Cardinales denique et Episcopi in Congregatione Ordinaria diei 16 subsequenti mensis Iunii, Em.mo D.no Cardinali Villelmo Wakefield Baum Causae Ponente, Servam Dei Theodoram Guérin virtutes théologales, cardinales eisque adnexas heroum in modum exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissi-

mus Pater sollemniter declaravit: Constare *de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Theodorae Quirin, Fundatricis Sororum a Providentia S. Mariae ad Nemus, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 11 mensis Iulii A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

ÊB Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

IV

LUGDUNEN.

DECRETUM

Canonizationis Beatae Mariae a Sancto Ignatio (in saec.: Claudinae Thévenet), fundatricis congregationis sororum a Iesu et Maria (1774-1837).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Beata Maria a Sancto Ignatio (in saeculo Claudina Thévenet), Lugduni orta est mensis Martii die 30 anno 1774. Post cruentam Gallicam rerum mutationem, per quam duos amisit fratres, pro iuventutis educatione Congregationem Sororum a Iesu et Maria instituit, quam cum prudentia ac sedulitate tamquam Antistita Generalis administravit.

Magna eminuit caritate, apostolico fervore, cura de pauperibus, divinae Providentiae fiducia, erga evangelica consilia fidelitate atque in acerbitatibus patientia. Cum alacritate, magnanimitate altaque perfectione suam Deo consecrationem coluit, mirum virtutum relinquens exemplum, praesertim filiabus suis spiritalibus.

Sancta existimata Lugduni de vita decessit die mensis Februarii 3, anno 1837.

Canonizationis Causa anno 1926 initium habuit. Rebus peractis praescriptis, die 6 mensis Februarii anno 1978 Summus Pontifex Paulus VI declaravit Matrem Mariam a Sancto Ignatio heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse. Post promulgatum decretum super miro, Sua Sanctitas Ioannes Paulus II, die 4 mensis Octobris anno 1981, eam in Beatorum numerum rettulit.

Ad canonizationem obtinendam Causae Actores iudicio Congregationis de Causis Sanctorum coniectam miram sanationem permiserunt dominae Elidae Esther Mesa de Rodríguez, Cardonae patratam, in dioecesi Mercedania (intra fines posita Uruquariae), ac Beatae Mariae a Sancto Ignatio intercessioni tributam. Ea domina, Sororum a Iesu et Maria ephebeo serviens, calendis Aprilibus anni 1986 nisa est, etsi imperita, principium motionis dare veteri motori, electride concitato. Sed motor, e sua delapsus sede, in dominam Elidam incurrit quae, imbre madefacta et cuiuslibet expers tutamenti proprii, icta est vi electrica alterna. Magno edito clamore, humi procubuit exanimata cum sibi imposito motore. Medicus, qui paulo post intervenit, nullum vitae indicium animadvertit, sed tamen intellegere potuit intermissionem cordis et systematis circulatorii cum abnormi pupillarum amplificatione: quam ob rem prognosim fecit infaustam, putans percussam esse iam vita defunctam. Sacerdos illi absolutae Unctionem Infirmorum « sub condicione » ministravit. Interea Soror Aloisia Maria Barnadas, cum apud adverso casu afflictatam, tum postea in sacello instanter divinum poposcit auxilium per Beatae Mariae a Sancto Ignatio intercessionem. Fere 20-25 minutis post casum, nulla efficaci adhibita therapia, domina infortunio correpta, coram medico aliisque personis, inexplicabiliter resumptae cordis actionis signa dare coepit ac post duo triave minuta sponte animam reciprocare renovavit. Deinde est in valetudinarium Montis Visivi deducta, ubi repertum est sanationem illam fuisse perfectam.

De casu, apud Curiam episcopalem Mercedaniam, anno 1988 est processus canonicus celebratus, cuius validitas est decreto probata die edito 15 mensis Martii anno 1991. Congregationis de Causis Sanctorum Consilium Medicorum in sessione diei 30 mensis Ianuarii anno 1992 una voce illam sanationem subitaneam fuisse, perfectam, mansuram ei pro huius aetatis scientia inexplicabilem professum est. Die 22 mensis Maii eiusdem anni actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, cui praefuit Rev.mus D.nus Antonius Petti, Fidei Promotor Generalis; et die 7 insequentis mensis Iulii habita est Congregatio Ordinaria Patrum Cardinalium

et Episcoporum, Causae Ponente Em.mo D.no Cardinali Eduardo Gagnon. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Beata Maria a Sancto Ignatio (in saec.: Claudina Thévenet), Fundatrice Congregationis Sororum a Iesu et Maria,* **videlicet** *de subitanea, perfecta ac mansura sanatione dominae Elidae Esther Mesa de Rodríguez ab « arresto cardiocircolatorio e respiratorio da folgorazione della durata di oltre 20 minuti ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 11 mensis Iulii A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. & S.

6B Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

V

MEDIOLANEN.

DECRETUM

Canonizationis servi Dei Aloisii Talamom sacerdotis fundatoris congregationis sororum v.d. « Misericordia di San Gerardo » (1848-1926).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

«Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo... et proximum tuum sicut teipsum » *(Mt* 22, 37-39). Hanc dominicam doctrinam secutus, Servus Dei Aloisius Talamoni — sacerdos Dei et pater pauperum — caritatem in Deum et proximum pari diligentia et studio instantissime curavit, illud saepius dicens: « Omnia sine caritate nihil ». Et certo caritas totius eius vitae nota singularis apparuit, fructus integerrimae fidei et spei inconcussae.

Aloisius Talamoni die 3 mensis Octobris anno 1848 Modiciae natus est, in archidioecesi Mediolanensi. Humili familia ortus, a parentibus Iosepho et Maria Sala eodem die baptismo est donatus. Adulescens maxima diligentia et assiduitate « oratorium ». pro pueris — « Carrobiolum » vocatum et adhuc in urbe florens — frequentavit, sub ductu praeclari sacerdotis Aloisii Mariae Villoresi, sodalis Congregationis Clericorum Regularium Sancti Pauli (Barnabitarum) qui, simul magister et curator, sacerdotalis vocationis mox in eo germina detexit et anno 1862 in Seminario pro clericis egentibus, a se condito, festinanter recepit.

Sacerdotio insignitus die 4 mensis Martii anno 1871 ab Archiepiscopo Mediolanensi Aloisio Nazari de Calabiana, statim Academiae Historicae et Litterariae adscriptus est. Licentiam docendi consecutus, primum Mediolani in schola catholica Sancto Carolo Borromeo dicata magister fuit ubi, in plurimis alumnis, etiam futurum Pontificem Achillem Ratti adnumeravit. Mense Septembri anni 1875 a superioribus Modiciam translatus est, magister clericorum Seminarii dioecesani. Educationis clericorum munus assumpsit idemque maxima gravitate et suavitate explevit, difficili momento quo clerici ipsi necnon sacerdotes de duplici libertate Ecclesiae et Reipublicae disceptabant, in Regno Italico recenter constituto. Servus Dei in munere suo semper sacerdos fuit et non magister tantum: prudentia simul ac doctrina praeditus, clericos docuit et exemplar se praebuit sacerdotalis officii et animarum curae.

Ad munera quae sacerdotis sunt diligenter implenda, post matutinas scholas in Seminario, quotidie per plurimas horas in cathedrali ecclesia Modiciae fidelium confessionibus audiendis semetipsum dedebat, omnes benigne excipiens, suaviter regens, patienter exhortans: quod munus per quinquaginta fere annos laetus sustinuit, vere « martyr confessionum ministerii » a canonicis cathedralis praedicatus.

Saluti animarum deditus, etiam corporis salutem curavit praesertim pauperum et infirmorum. Quotidie, post diuturnum Poenitentiae ministerium, infirmos visitabat sive domi degentes sive in publicis nosocomiis, pacem et serenitatem semper secumferens. Verecundiae pauperum conscius, secreto eorum necessitatibus pecunia et cibo providebat, quasi divinae

misericordiae dispensator. Immo, ne Dei misericordia pauperes deficeret, una cum piissima vidua Maria Biffi Levati, religiosae familiae fundamenta iecit, cui nomen imposuit Sorores Misericordiae. Hac Sororum institutione Servus Dei — eodem anno quo Summus Pontifex Leo XIII litteras encyclicas *Berum novarum* promulgavit — pontificio praecepto adhaesit subveniendi necessitatibus populi infimi ordinis socialis. Ad quod perfecte perficiendum, ipse verbo et exemplo Sorores « Misericordinas » edocuit ut pauperibus servirent in humilitate, simplicitate et benignitate: tale enim charisma in Sorores transfudit.

Terrenae civitatis de sorte sollicitus, dum magnae contentiones in Italica societate catholicos et socialistas disiungebant, Servus Dei per publica suffragia Consiliarius Urbis Modiciae electus est anno 1893. Hoc novum officium — certe pro sacerdote inconsuetum — officiis sacerdotalibus non obstitit: munus enim Consiliarii quasi servitium populo et communitati exercebat, omnibus — etiam adversae partis — gratus et acceptus.

Vere totam vitam in Deum et proximum contulit, servus servorum et maxime pauperum. Et certe ut fidelis servus et prudens a Domino suo vocatus est ad praemium die 31 mensis Ianuarii anno 1926. Post continentem quatriduanam peregrinationem populi cuiusvis ordinis ad eius tumulum, Missa exequialis vere triumphus evasit: vox enim populi sanctum eum appellabat et deprecatorem in caelis.

Sanctitatis fama perdurante, Archiepiscopus Mediolanensis D.nus Ioannes Baptista Montini, postea Summus Pontifex Paulus VI, Causae canonizationis initium fecit. Annis 1957-1958 celebratus est processus ordinarius informativus, quem secutus est processus additicius (1965-1966). Die 13 mensis Ianuarii anno 1989 promulgatum est decretum de horum processuum auctoritate et vi. Secundo cum exitu die 14 mensis Ianuarii anno 1992 Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus, cui praefuit Rev.mus D.nus Antonius Petti, Fidei Promotor Generalis. Patres Cardinales et Episcopi in Congregatione Ordinaria diei 2 mensis Iunii eiusdem anni, Causae Ponente Exc.mo Angelo Palmas, Archiepiscopo titulari Vibianensi, agnoverunt Servum Dei heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberet^.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Con-

gregationis ceterisque de more convocandos, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Aloisii Talamoni, Sacerdotis, Fundatoris Congregationis Sororum v. d. « Misericordine di San Gerardo », in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 11 mensis Iulii A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

© Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

VI

MATRITEN.

DECRETUM

Canonizationis servae Dei Mariae Perdolentis Rodríguez Sopeña y Ortega, fundatricis sororum instituti catecheseos tradendae Dolores Sopeña (olim dominarum catechistarum) (1848-1918).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

«Tempus futurum aspicite in *Nova Evangelizatione* laborantes: novam quoad fervorem, methodos et eam exprimendi rationem» (Ioannes Paulus II, *Allocutio ad Episcopos Sancti Dominici habita,* anno 1984: *Insegnamenti,* VII, 2 [1984] 887).

«Evangelizationis ministerium in evangelizatore fraternum et in dies crescentem amorem erga eos, quos evangelizat, requirit... Signum amoris

est eos, qui evangelizantur, vereri nec aspere tractare, quod ad religionem, ad animum, ad vitae modum, iure non intemperanter celerandum, ad conscientiam et ad sententiam pertinet » (Paulus VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 79: *AAS,* 68 [1976] 71-72).

In eminentibus personis Ecclesiae Hispanicae, quae altera dimidia parte saeculi XIX et priore parte saeculi XX floruerunt, iServa Dei est Maria Perdolens Rodríguez Sopeña y Ortega, quae tempora praecucurrit et antecessum ministerii evangelizationis operariorum, praesertim in suburbiis. Nota eius moralis magnitudinis propria in eius inest vocatione ad apostolatum apud operarios, quem in verum mandatum caritatis supernaturalis convertit ad progressionem persequendam humanam christianamque a vita sociali exclusorum, quaecumque species est, qua apparent. Hoc in munere explendo omnes suas profudit vires corporis et animi, singularem alacritatem ostendens atque non communes virtutes.

Serva Dei orta est in Hispanico castello patrio sermone denominato *Vêlez Rubio,* intra fines posito dioecesis Almeriensis, die 30 mensis Decembris anno 1848, a Thoma Rodríguez Sopeña et Nicolaide Ortega Salomón, qui eam accurata morali atque christiana imbuerant educatione, per exemplum imprimis. Puella fuit ad pietatem propensa, moribus integra, parentibus oboediens. Mox est animi mollitia affecta quoad egenorum aerumnas, quos praematura, pro sua aetate, audacia, quaerebat. Annos nata septemdecim incitationem animadvertit ad se Deo consecrandam et cum amica visitandis aegrotis et indigentibus se dedidit in pauperibus Almeriae vicis, comparans eis auxilia corporea et fidei christianae solacium.

Anno 1870 migravit cum familia Portum Divitem ac deinde Sanctum Iacobum in Cuba. His in urbibus cum cura ac sedulitate fidei veritates docere perrexit ordines demissos. « Quantum me delectabat Deum patefacere! ». Ex acri sensu christiano cognovit magnam culturae et progessionis necessitatem potissimum apud Nigritas, pro quibus scholas diebus dominicis frequentandas instruxit, ab aliis puellis adiuta, in quibus socialem excitaverat sollicitudinem, quae ab Evangelio proficiscitur, per Consociationem Piliarum Mariae, quam ipsa condiderat.

Anno 1876, matre mortua, Matritum rediit cum familia. Ibi, consueto cum dynamismo perrexit carceres visitare et suburbana, non tamen desistens de patre, grandi natu, curas adhibere, quibus indigebat.

Secundum Ecclesiae sensum socialem Serva Dei mota est « opificum condicione» (cf. Leo XIII, Litt. Encycl. *Rerum novarum,* 1891). Penetrabat loca suspiciosa et adversa vicorum suburbanorum et semper adultos alloquebatur, in ignorantia viventes in familiis ad extremam societatem

detrusis et a Deo atque ab Ecclesia disiunctis. Christiani sui amoris testimonio, observantia et morum simplicitate, illos alliciebat et ad accipiendum Evangelii nuntium atque christianam institutionem praeparabat.

Fortiter etiam mota est « divisione societatis in duos ordines profunda separatos abysso » (cf. Ioannes Paulus II, Litt. Encycl. *Centesimus annus,* 5; cf. *Rerum novarum)* et Deus suscitavit in ea studium Iaborandi « ad omnes homines reddendos unam in Christo familiam ». Operis socias habuit, quibus sua proposita iniecit, et ab Episcopo Matritensi confirmata Consociationem instituit, vulgo « Doctrinarum » denominatam, quae celeriter crevit copiososque edidit fructus. Cum fama diffunderetur boni quod ea Consociatio Matriti faciebat, Dei Serva invitata est ut eundem explicaret Hispali apostolatum. Magistro spiritus suadente aliisque prudentibus sacerdotibus in illam se contulit urbem, ubi suum condidit opus. Sed hoc non est a Consociatione Matritensi probatum; hincque est acriter reprehensa officiumque Praesidis fuit ei deponendum. Hunc casum adversum forti animo tulit et humilitate: quo quidem eius apostolicus ardor non solum non est imminutus, sed, quasi peropportuna occasione, inducta est ad suum opus dilatandum ad alias Vandaliciae et Hispaniae urbes. Crebra sunt itinera secuta, ad id spectantia, ut domus sustineret, quas constituebat et, praesertim, ad dominas formandas, quibus eas curandas credebat.

Anno 1900, die quodam sacrae exercitationis apud sepulcrum Sancti Petri Romae, Dominus ei clare significavit necesse esse Opus continuaretur et Institutum perpetuum conderetur, quod illi se dederet. Subsequenti anno 1901 Toleti in Hispania Institutum condidit Dominarum Catechistarum (hodie autem appellatur Institutum Catecheseos Tradendae Dolores Sopeña), quod hereditate quodammodo accipit Servae Dei experientiam, procedentibus annis adeptam. Singularis haec est compositio, et pro eius aetate nova, plenae Deo consecrationis cum praesentia, saeculari veste servata, in civili societate, per quam strenue laboratur pro familiarum progressu et evangelizatione, quae in provincia laboris versantur quaeque indigentes sunt et a Deo remotae, ac fraternitas inter homines efficitur, « ad omnes homines reddendos unam in Christo familiam ». Sanctus Pius X ipse Institutum semel approbavit (die 21 mensis Novembris anno 1907), illud definiens « Opus Providentiae » et est Servam Dei adhortatus ut suum prosequeretur munus. Ea Institutum ad mortem usque rexit, quod ad plura protulit loca Hispaniae, Romam, Iacobopolim Chiliae. Perrexit praeterea coetus laicorum formare, quos alta instruebat educatione religiosa et suorum apostolicorum negotiorum communicatione.

Quo melius familiae operariae servitium exsequeretur et omnes adiret personarum circulos, atheorum comprehensis et clericis infestorum eius aetatis, Serva Dei Consociationem quoque civilem instituit, quae multos attraxit opifices propter indolem suam apertam et erga omnes opiniones reverentem atque religiosas doctrinas. Hae personae in « Sedibus Operariis instituendis » dignitatem invenerunt, quam alii illis denegabant, culturam et fidem. Magna haec erat novitas; ideoque Serva Dei multas cum patientia et fortitudine obtrectationes et dissensiones toleravit et, fiducia Providentiae plena praeceptisque et consiliis obsequens ecclesiasticarum auctoritatum, impavida suum est iter prosecuta, persuasum habens ad evangelium ferendum in operariorum regionem inque suburbana, saepe opinionibus praeiudicatis ducta, peculiarem rationem esse necessariam et gradum. Et hoc exitus confirmaverunt, siquidem eiusmodi methodis eas valuit terras subigere, quae minus aptae videbantur ad Evangelii semen accipiendum.

Dei Serva ardenti eminuit amore in Christum, quo ducta est ad indefatigabilem navitatem pro hominum salute, et magna Dei fiducia, in cuius manibus animadvertimus nos esse « contractum invalidumque instrumentum ». Eius industria incredibilis apparet, sed numquam tempori, dulcedini, primis vitae interioris partibus detrimento fuit.

Sollicitudinem de Dei regno deque proximorum spiritali bono cum constanti Christi imitationis adsiduitate virtutumque exercitio temperavit, quas prompte, perseveranter et laetanter coluit, eminentem perfectionis gradum assequens. Solida enim ac sincera refulsit fide, quae totam eius vitam illuminavit et apostolicas operas. Naviter.atque humiliter Ecclesiae munus communicans, supremam suae agendi rationis normam esse voluit Dei gloriam et animarum salutem; qua re, consiliorum perspicuitate, voluntatis firmitudine et maxima alacritate fidei lumen ac redemptionis bona illuc est nisa portare, ubi Dominus Iesus erat ignotus, neglectus, non amatus. Vivo ardentique Dei flagravit amore, qui omnium eius affectionum caput fuit eiusque actionum ultimus finis. Quocirca ad Dei voluntatem quam optime faciendam erat attenta, ad divinis gratiis respondendum, ad quodlibet peccati genus vitandum.

Coniunctionem excoluit cum Domino assidua deprecatione ac in Passionem, Sacrum Cor Iesu, Virginem Perdolentem religione. Caritati erga Deum proximi iunxit caritatem, praesertim in Sorores sodales, in pauperes, in opifices, in derelictos, in aegros, in peccatores, in eos qui eam vexaverunt. Vero mota missionali spiritu in loca ivit difficillima fideique incuriosa, eo uno consilio, ut animis serviret iisque experiendam praeberet

maternam Ecclesiae curam. Divino semper confisa est auxilio, et vel in difficilioribus acerbioribusque casibus interiorem servavit pacem. A bonis terrestribus aliena fuit, sed caeli bona et vitam aeternam cupivit ardenter, quam maerere conabatur cum sedulitate suam exsequendo vocationem officiumque suum diligenter explendo atque studiose. Virtutes cardinales, vota religiosa explicavit eximie et sui Instituti regulam observavit egregie.

Vitae eius anni postremi gravibus animi et corporis doloribus affecti sunt, quos tamen solita cum fortitudine ac tranquillitate tulit spiritus. Diabeta correpta pie exstincta est Matriti die 10 mensis Ianuarii anno 1918 in domo Generalitia.

Quam sibi pepererat in vita sanctitatis fama, annis mansit qui sunt mortem secuti; quam ob rem Episcopus Matritensis anno 1928 canonizationis Causae initium fecit celebrato processu ordinario informativo, qui est post longam intermissionem resumptus anno 1948 et anno 1956 ad finem adductus. Decretum super scriptis Servae Dei calendis Iuliis promulgatum est anno 1964 et decretum super Causae introductione die 19 mensis Iunii anno 1980. Celebratus deinde est processus apostolicus apud eandem Matritensem Curiam (annis 1981-1982), cuius auctoritas est die 18 mensis Februarii anno 1983 probata. Apparata Positione sunt inspectae virtutes. Die 17 mensis Decembris anno 1991, felici cum exitu, est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris actus, cui praefuit Fidei Promotor Generalis, Rev.mus D.nus Antonius Petti. Postea Patres Cardinales atque Episcopi, qui in Congregationem Ordinariam die 19 mensis Maii anno 1992 convenerant, Causae Ponente Exc.mo Paulino Limongi, archiepiscopo titulari Nicaeensi in Haemimonto, fassi sunt Servam Dei Mariam Perdolentem Rodríguez Sopeña y Ortega, heroum more virtutes théologales, cardinales atque adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Perdolentis Rodríguez Sopeña y Ortega, Fundatricis Sororum In-*

stituti Catecheseos tradendae Dolores Sopeña, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 11 mensis Iulii A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. £8 S.

ES Eduardus Novak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

VII

NEAPOLITANA

DECRETUM

Canonizationis ven. Servi Dei Ludovici a Casaurea (in saec.: Archangeli Palmentieri), sacerdotis professi ex ordine Fratrum Minorum, fundatoris congregationis Fratrum a caritate e tertio ordine S. Francisci, vulgo « Bigi », et congregationis sororum a sancta Elisabetha ex eodem tertio ordine, vulgo « Bigie » (1814-1885).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo -agitur.

Venerabilis Servus Dei Ludovicus a Casaurea, in saeculo Archangelus Palmentieri denominatus, Casaureae natus est in archidioecesi Neapolitana, die 11 mensis Martii anno 1814. Fratrum Minorum Ordinem ingressus et sacerdos ordinatus, multo cum fervore, spiritu sacrificii ac immensa Divinae Providentiae fiducia in magnam, multiplicem et apostolicam industriam incubuit. Plura instituit opera pro orphanis, caecis, surdis mutisque, rhachiticis, senibus et pauperibus. Pro certo habens « Africae esse Africam convertendam », Superiorum permissu Neapoli opus condidit pro redemptione et formatione christiana ac missionali nigrorum puerorum puellarum - que ad evangelium in sua patria nuntiandum destinatorum. Duas etiam constituit Congregationes religiosas, alteram Fratrum a Caritate e Tertio

Ordine Sancti Francisci appellatam, alteram Sororum a S. Elisabetha e Tertio Ordine Sancti Francisci. Meritis locuples et sanctus existimatus obiit die 30 mensis Martii anno 1885.

Eodem anno archiepiscopus Neapolitanus Causam iniit canonizationis per processus ordinarii informativi celebrationem. Mensis Martii die 13 anno 1907 est Causa introducta; postid est processus apostolicus celebratus, qui anno 1916 est conclusus. Idibus Februariis anno 1964 Summus Pontifex Paulus VI professus est Dei Servum heroum in modum théologales, cardinales eisque adnexas virtutes exercuisse.

Ad beatificationem consequendam Causae Actores Congregationis de Causis Sanctorum iudicio permiserunt coniectam miram sanationem, Venerabilis Servi Dei intercessioni adiudicatam et Salerni patratam, postridie calendas Apriles anno 1885, pro Sorore Aloisia Capecelatro, Societatis Filiarum a Caritate sodali. Haec religiosa anno 1881, propter vehementem terrorem, syndromem haemorrhagicam experta est, quam medici haemofiliam esse declaraverunt. Quattuor subsequentibus annis aegrota nullam ostendit salubrem mutationem, immo copiosis semper haemorrhagiis addita sunt hemiplegia sinistra, oculi sinistri sensus videndi amissio et spasmi contractionesque dimidiae partis dexterae corporis. Therapia, inefficax omnino, fuit ea, quam tempora patiebantur. Cum patuit aegrae stomachum nullam prorsus posse medicinam assumere, therapia est ex toto interrupta. Res eo pervenit, ut religiosa amplius se alere non posset. Curantes prognosim fecerunt infaustam quoad vitam. Mane diei 2 mensis Aprilis anno 1885 Soror Aloisia iam ad exitum erat. Eodem mane effectum est ut vestis Venerabilis Ludovici a Casaurea reliquiae ferrentur, qui ante tres dies sanctus habitus mortuus erat. Aegrota eas sibi in caput imposuit et statim se bene habuit atque, omnibus obstupescentibus, e lectulo surrexit et edere postulavit; perfecte enim sanata erat.

De hoc casu apud archiepiscopalem Curiam Salernitanam annis 1885-1886 est processus canonicus instructus, cuius auctoritas et vis per decretum, die 4 mensis Maii promulgatum, anno 1931, est probata. Congregationis de Causis Sanctorum Consilium Medicorum in sessione habita nonis Decembribus anno 1991 edixit sanationem illam celerrimam fuisse, perfectam et mansuram atque pro huius aetatis scientia inexplicabilem. Die 10 mensis Aprilis anno 1992 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, cui praefuit Rev.mus D.nus Antonius Petti, Fidei Promotor Generalis; Causae Ponente Em.mo D.no Cardinali Iosepho Caprio, Patrum Cardinalium et Episcoporum Congregatio Ordinaria in Vaticanum convenit, die 2 mensis Iunii eodem anno. Et in utroque Coetu, sive Consultorum

sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Servo Dei Ludovico a Casaurea (in saec.: Archangelo Palmentieri), Sacerdote professo ex Ordine Fratrum Minorum, Fundatorem Congregationis Fratrum a Caritate e Tertio Ordine S. Francisci et Congregationis Sororum a S. Elisabetha ex eodem Tertio Ordine, videlicet de celérrima, perfecta et mansura sanatione Sororis Aloisiae Capecelatro, Societatis Filiarum a Caritate sodalis, a « grave sindrome emorragica cronica con focolai multipli cerebrali ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 11 mensis Iulii A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Eduardus Novak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

VIII
SANCTI PHILIPPI

DECRETUM

Canonizationis Beatae Teresiae a Iesu (de Los Andes) (in saec.: Ioannae Fernández Solar), novitiae monialium ordinis Carmelitarum discalceatorum (1900-1920).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Beata Teresia a Iesu, in saeculo vocata Ioanna Fernández Solar, Iacobopoli Chiliae orta est mensis Iulii die 13, anno 1900. Ardentem ab infante in Deum et in Virginem Mariam coluit amorem atque, corde cum puro et alacri, christianae perfectionis sedulo iter confecit. Tredecim annorum, cum non posset Carmelum ingredi, sicut flagranter exoptabat, pro eiusdem Carmen" spiritu in saeculo vivere coepit. Castitatis votum privatim nuncupavit et, deinde, votum nullum voluntarium committendi peccatum. Victimam se obtulit ad peccata expianda necnon ad sacerdotum sanctificationem obtinendam. Catechesis tradendae et operum caritatis apostolatui se tradidit. Nonis Maiis anno 1919 intravit tandem iri pauperem Carmelum Spiritus Sancti, in civitate *Los Andes* situm, ubi deprecationis, sacrificii, humilitatis spiritu refulsit. Paucos iam menses novitiatum inceperat cum, typho correpta, pie est vita defuncta die 12 mensis Aprilis anno 1920, post factam « in articulo mortis » professionem religiosam.

Canonizationis Causae initium factum est in dioecesi Sancti Philippi. Rebus peractis iure statutis, die 22 mensis Martii anno 1986 decretum promulgatum est super virtutibus et postridie idus Martias anno 1987 decretum super miro. Iacobopoli Chiliae est in Beatorum numerum relata a Summo Pontifice Ioanne Paulo II, die 3 mensis Aprilis eodem anno. Paulo post in eadem urbe Iacobopoli Chiliae mirum eventum coniectum quidem factum est, Beatae Teresiae a Iesu deprecationi tributum; quod Causae Actores Congregationi de Causis Sanctorum proposuerunt. Casus pertinet ad Marcellam Antúnez Riveros, undecim annos natam. Haec, die 7 mensis Decembris anno 1988, semihora post prandium confectum, in piscinam descendit ut cum nonnullis puellis condiscipulis balneo uteretur. Ad culcitulam annisa in imam se demisit partem eiusdem piscinae (duo metra fere altam et octoginta centimetra), quamvis imperita natandi. Fortibus stomachi doloribus comprehensa, coepit aquam sorberé et, cum inclamare non posset nec conspici, submersa est ac non minus quinque minuta mansit in fundo. Ab amica visa, quae in margine deambulabat eiusdem piscinae, statim recepta est et in ora collocata: frigida erat, cyanotica, cum pupillarum mydriasi, animo relicta et cordis atque respiratus actionis expers. Effectae sunt ei respiratio ex ore in os et cordis externa fricatio, post quas vomitio alimentaria facta est ac prima tenuia vitae restaurationis indicia notata sunt. Interea duae dominae, quae casui aderant, una cum puellis adstantibus invocare coeperunt divinum auxilium per Beatae Teresiae a Iesu deprecationem. Etiam tum animo deiecta in valetudinarium deducta, puellula post duas ferme horas perfectam valetudinem recuperavit, ex quo casus acciderat, sine ullo nervorum incommodo.

De eventu apud Curiam Iacobopolitanam Chiliae processus est instructus canonicus (annis 1990-1991), cuius auctoritas et vis probata est decreto die 18 mensis Octobris anno 1991 prodito. Congregationis de Causis Sanctorum Consilium Medicorum in sessione habita postridie calendas Iunias anno 1992 affirmavit sanationem illam celerrimam habendam esse, perfectam et mansuram, et sanationis modum, effectum absque ullo nervorum et psychico defectu maxima brevitate, pro huius aetatis scientia inexplicabilem putandum. Die 19 mensis Iunii anno 1992 actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, praesidente Fidei Promotore Generali Rev.mo D.no Antonio Petti; postea, die 7 mensis Iulii eiusdem anni, habita est Cardinalium et Episcoporum Congregatio Ordinaria, Causae Ponente Em.mo Cardinali Agnelo Rossi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Beata Teresia a Iesu (in saeculo: Ioanna Fernández Solar), Novitia Monialium Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, videlicet de celérrima, perfecta et mansura sanatione puellae Marcellae Antúnez River os ab « asfissia per annegamento con sommersione in acqua per almeno 5 minuti ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 11 mensis Iulii A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

© Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

i

INTERAMNENSIS-NARNIENSIS-AMERINAE et CIVITATIS CASTELLANAE

DECRETUM

de finium mutatione

Quo aptius Christiani gregis fidelibus consuleretur fieretque sacrorum Antistitum fructuosior pastoralis actio, visum est Concilii Oecumenici Vaticani II votis de aptiore dioecesium territoriorum compositione consentaneum, si fines dioecesium Interamnensis-Narniensis-Amerinae et Civitatis Castellanae aliquantulum immutarentur, ita ut iurisdictionis unitas in municipio vulgo « Narni » efficeretur.

Auditis ideo locorum Ordinariis quorum interest et praehabito favorabili voto Conferentiae Episcoporum Italiae necnon Exc.mi P. D. Aloisii Poggi, Archiepiscopi titularis Forontonianensis et tunc in Italia Apostolici Nuntii, Congregatio pro Episcopis, rata huiusmodi immutationem in bonum animarum cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent statuit ac decernit, ut integrum territorium paroeciae vulgo « San Liberato Abate e Martire », sitae in 05020 *San Liberato di Narni,* a dioecesi Civitatis Castellanae seiungatur et dioecesi Interamnensi-Narniensi-Amerinae aggregetur, ita quidem ut ecclesiastici fines cum civilibus municipii « Narni » appellati limitibus conveniant.

Statuit quoque eadem Congregatio, ut, una cum territorio paroeciae, ecclesiae, oratoria, domus et coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona et iura, quomodocumque ad praefatam paroeciam spectantia, adnectantur.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum P. D. Franciscum Gualdrini, Episcopum Interamnensem-Narniensem-Ameiinum, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad

effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 29 mensis Iunii anno 1992.

© BERNARDINUS card. GANTIN, *Praefectus*

© Iustinus Rigali, *a Secretis*

L. © S.

In Congr. pro Episc, tab., n. 720¡91

II

LUCENSIS et MASSENSIS -APUANAE

DECRETUM

de dioecesium finium mutatione

Pastoralis collocatio, hodie animarum bono magis congrua, regionis vulgo « Garfagnana » appellatae, hisce annis Congregationis pro Episcopis sollicitam curam ad se convertit, quae eo spectabat, ut rei solutio maxime idonea ac definitiva dari posset, ita quidem ut ecclesiastici fines cum civilibus provinciae Lucensis limitibus melius convenirent.

Quam ad rem, praeter indicia ex hodierna pastorali experientia praehabita, eadem Congregatio — socia opera utens Apostolicae Nuntiaturae in Italia — Praesidentiae Conferentiae Episcoporum Italiae necnon singulorum Episcoporum, quorum magis interest, sententias audivit; atque eodem tempore considerationes prae oculis habuit a Clero et a Christifidelibus illius pastoralis regionis magno sensu ecclesiali expositas.

Auxilio sententiarum collectarum necnon magnae auctoritatis collata opera tum Apostolicae Nuntiaturae in Italia, tum Conferentiae Episcoporum Italiae, Congregatio pro Episcopis Beatissimo Patri Ioanni Paulo II

conclusiones subiecit, quae sunt approbatae; atque igitur eadem Congregatio, facultatibus fruens ab eodem Summo Pontifice collatis, ea quae sequuntur statuit ac decernit: omnes paroeciae, in Indice hic adnexo nominatae, a dioecesi Massensi-Apuana separantur et archidioecesi Lucensi aggregantur.

Statuit quoque eadem Congregatio, ut una cum territorio paroeciarum, ecclesiae, oratoria, domus et coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona et iura, etiam illa olim beneficialia, quomodocumque ad paroecias illas spectantia adnectantur, firmo praescripto can. 122 C.I.C.

Mandat insuper ut documenta et acta praefatorum territoriorum clericos, fideles et bona temporalia forte respicientia, a Curia Massensi-Apuana ad Curiam archidioecesis Lucensis tradantur.

Ad clerum vero quod attinet statuit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum officium legitime detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones Ecclesiae illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Uniuscuiusque tamen circumscriptionis Ordinariis fas est, iusta de causa, rationibus perpensis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter de eorum incardinatione disponere.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum P. D. Carolum Furno, Archiepiscopum tit. Abaritanum et in Italia Apostolicum Nuntium, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 5 mensis Septembris anno 1992.

83 BERNARDINUS card. GANTIN, *Praefectus*

S. Padoin, *Subsecr.*

L. 83 S.

In Congr. pro Episc, tab., n. 214/86

ADNEXUM

Elenco delle parrocchie che vengono trasferite dalla diocesi di Massa Carrara-Pontremoli alParcidiocesi di Lucca.

Comune di Camporgiano, parrocchia di S. Giacomo Apostolo, sita in: 55030 Camporgiano;

Comune di Camporgiano, parrocchia di S. Tommaso Apostolo, sita in: 55031 Casciana;

Comune di Camporgiano, parrocchia dei Santi Pellegrino e Felicita, sita in: 55031 Cascianella;

Comune di Camporgiano, parrocchia di S. Rocco, sita in: 55030 Filicaia;

Comune di Camporgiano, parrocchia di S. Maria Assunta, sita in: 55037 Poggio;

Comune di Camporgiano, parrocchia di S. Maria Assunta, sita in: 55031 Puglianella;

Comune di Camporgiano, parrocchia di S. Stefano Martire, sita in: 55031 Roccalberti;

Comune di Camporgiano, parrocchia di S. Nicolao, sita in: 55031 Sillicano;

Comune di Camporgiano, parrocchia di S. Maria Assunta, sita in: 55031 Vitoio;

Comune di Careggine, parrocchia di S. Giacomo Maggiore Apostolo, sita in: 55030 Capanne di Careggine;

Comune di Careggine, parrocchia di S. Antonio Abate, sita in: 55030 Capricchia;

Comune di Careggine, parrocchia dei Santi Pietro e Paolo, sita in: 55030 Careggine;

Comune di Careggine, parrocchia di S. Giacomo Maggiore Apostolo, sita in: 55030 Isola Santa;

Comune di Castelnuovo Garfagnana, parrocchia dei Santi Pietro, Prospero e Caterina, sita in: 55030 Antisciana;

Comune di Castelnuovo Garfagnana, parrocchia dei Santi Pietro e Paolo, sita in: 55032 Castelnuovo Garfagnana;

Comune di Castelnuovo Garfagnana, parrocchia di S. Andrea Apostolo, sita in: 55032 Cerretoli; ;

Comune di Castelnuovo Garfagnana, parrocchia di S. Michele Arcangelo, sita in: 55032 Colle;

Comune di Castelnuovo Garfagnana, parrocchia di S. Bartolomeo Apostolo, sita in: 55030 Gragnanella;

Comune di Castelnuovo Garfagnana, parrocchia dei Santi Martino Vescovo e Rocco, sita in: 55032 Palleroso;

Comune di Castelnuovo Garfagnana, parrocchia di S. Francesco d'Assisi, sita in: 55032 Piano della Pieve;

Comune di Castelnuovo Garfagnana, parrocchia di S. Donato Vescovo e Martire, sita in: 55032 Rontano;

Comune di Castelnuovo Garfagnana, parrocchia della SS. Trinità, e dei Santi Pietro e Paolo, sita in: 55032 Torrite;

Comune di Castiglione Garfagnana, parrocchia dei Santi Michele e Pietro Apostolo, sita in: 55033 Castiglione Garfagnana;

Comune di Castiglione Garfagnana, parrocchia di S. Martino Vescovo, sita in: 55030 Cerageto;

Comune di Castiglione Garfagnana, parrocchia di S. Bartolomeo Apostolo, sita in: 55030 Chiozza;

Comune di Castiglione Garfagnana, parrocchia del SS. Salvatore e di S. Antonio da Padova, sita in: 55033 Mozzanella;

Comune di Castiglione Garfagnana, parrocchia dei Santi Pellegrino e Bianco, sita in: 55030 San Pellegrino in Alpe;

Comune di Castiglione Garfagnana, parrocchia dei Santi Paolino e Barbara, sita in: 55030 Valbona;

Comune di Fabbriche di Vallico, parrocchia di S. Giacomo Apostolo, sita in: 55020 Fabbriche di Vallico;

Comune di Fabbriche di Vallico, parrocchia dei Santi Marco e Leonardo, sita in: 55020 Gragliana;

Comune di Fabbriche di Vallico, parrocchia di S. Michele Arcangelo, sita in: 55030 Vallico Sopra;

Comune di Fabbriche di Vallico, parrocchia di S. Giacomo Apostolo, sita in: 55030 Vallico Sotto;

Comune di Fosciandora, parrocchia di S. Martino Vescovo, sita in: 55020 Fosciandora, località Treppignana;

Comune di Fosciandora, parrocchia di S. Pietro Apostolo, sita in: 55020 Lupinaia;

Comune di Fosciandora, parrocchia di S. Michele Arcangelo, sita in: 55020 Migliano;

Comune di Fosciandora, parrocchia di S. Silvestro, sita in: 55020 Riana;

Comune di Gallicano, parrocchia di S. Margherita Martire, sita in: 55020 Bolognana;

Comune di Gallicano, parrocchia di S. Giuliano Martire, sita in: 55027 Campo;

Comune di Gallicano, parrocchia di S. Genesio Martire, sita in: 55027 Cardoso;

Comune di Gallicano, parrocchia dei Santi Pietro e Paolo, sita in: 55020 Fiattone;

Comune di Gallicano, parrocchia di S. Jacopo, sita in: 55027 Gallicano;

Comune di Gallicano, parrocchia di S. Michele Arcangelo, sita in: 55027 Perpoli;

Comune di Gallicano, parrocchia dei Santi Pietro e Paolo, sita in: 55020 Trassilico;

Comune di Gallicano, parrocchia di S. Martino Vescovo, sita in: 55027 Verni;

Comune di Giuncugnano, parrocchia di S. Antonino martire, sita in: 55030 Giuncugnano;

Comune di Giuncugnano, parrocchia di S. Andrea Apostolo, sita in: 55030 Magliano;

Comune di Giuncugnano, parrocchia di S. Antonio Abate, sita in: 55030 Ponteccio;

Comune di Minucciano, parrocchia di S. Maria Assunta, sita in: 55030 Agliano;

Comune di Minucciano, parrocchia di Nostra Signora della Guardia, sita in: 55030 Argegna;

Comune di Minucciano, parrocchia dei Santi Simone e Giuda, sita in: 55030 Castagnola di Garfagnana;

Comune di Minucciano, parrocchia dei Santi Giusto e Clemente, sita in: 55030 Gorfigliano;

Comune di Minucciano, parrocchia di S. Bartolomeo Apostolo e S. Rocco, sita in: 55030 Gramolazzo;

Comune di Minucciano, parrocchia di S. Nicolao, sita in: 55030 Metra;

Comune di Minucciano, parrocchia di S. Michele Arcangelo, sita in: 55034 Minucciano;

Comune di Minucciano, parrocchia di S. Lorenzo Martire,,sita in: 55030 Pieve San Lorenzo;

Comune di Minucciano, parrocchia di S. Giacomo Maggiore Apostolo, sita in: 55030 Pugliano;

Comune di Minucciano, parrocchia di S. Maria Assunta, sita in: 55030 Sermezzana;

Comune di Minucciano, parrocchia della SS. Annunziata, sita in: 55030 Verrucolette;

Comune di Molazzana, parrocchia di S. Sisto II Papa e Martire, sita in: 55020 Bracciano;

Comune di Molazzana,.parrocchia di S. Lorenzo Martire, sita in: 55020 Cascio;

Comune di Molazzana, parrocchia di S. Maria e S. Rocco, sita in: 55020 Eglio;

Comune di Molazzana, parrocchia di S. Bartolomeo Apostolo, sita in: 55020 Molazzana;

Comune di Molazzana, parrocchia di S. Martino, sita in: 55020 S. Antonio in Alpe;

Comune di Molazzana, parrocchia di S. Frediano Vescovo, sita in: 55020 Sassi;

Comune di Piazza al Serchio, parrocchia di S. Maria Assunta, sita in: 55035 Borsigliana;

Comune di Piazza al Serchio, parrocchia di S. Leonardo, sita in: 55035 Cogna;

Comune di Piazza al Serchio, parrocchia dei Santi Martiri Margherita e Giorgio, sita in: 55035 Gragnana di Garfagnana;

Comune di Piazza al Serchio, parrocchia di S. Giovanni Battista, sita in: 55035 Livignano;

Comune di Piazza al Serchio, parrocchia di S. Matteo Apostolo ed Evangelista, sita in: 55035 Nicciano;

Comune di Piazza al Serchio, parrocchia di S. Pietro Apostolo, sita in: 55035 Piazza al Serchio;

Comune di Piazza al Serchio, parrocchia dei Santi Anastasio e Vincenzo, sita in: 55035 S. Anastasio;

Comune di Piazza al Serchio, parrocchia dei Santi Donnino e Biagio, sita in: 55035 S. Donnino;

Comune di Piazza al Serchio, parrocchia di S. Michele Arcangelo, sita in: 55035 S. Michele;

Comune di Pieve Fosciana, parrocchia di S. Regolo vescovo e martire, sita in: 55036 Bargecchia;

Comune di Pieve Fosciana, parrocchia di S. Giovanni Battista, sita in: 55036 Pieve Fosciana;

Comune di Pieve Fosciana, parrocchia di S. Magno, sita in: 55036 Pontecosi;

Comune di Pieve Fosciana, parrocchia di S. Lorenzo Martire, sita in: 55036 Sillico;

Comune di S. Romano Garfagnana, parrocchia di S. Giovanni Battista, sita in: 55038 Caprignana;

Comune di S. Romano Garfagnana, parrocchia di S. Giovanni Battista, sita in: 55038 Orzaglia;

Comune di S. Romano Garfagnana, parrocchia di S. Romano Martire, sita in: 55038 San Romano Garfagnana;

Comune di S. Romano Garfagnana, parrocchia di S. Martino Vescovo, sita in: 55038 Sillicagnana;

Comune di S. Romano Garfagnana, parrocchia di S. Lorenzo Martire, sita in: 55038 Verrucole;

Comune di S. Romano Garfagnana, parrocchia di S. Rocco, sita in: 55038 Vibbiana;

Comune di S. Romano Garfagnana, parrocchia dei Santi Giuseppe e Pantaleone, sita in: 55038 Villetta;

Comune di Sillano, parrocchia della Beata Maria Vergine del Buon Consiglio, sita in: 55030 Capanne di Sillano;

Comune di Sillano, parrocchia dei Santi Ippolito e Cassiano, sita in: 55030 Dalli Sopra;

Comune di Sillano, parrocchia di S. Michele, sita in: 55030 Dalli Sotto;

Comune di Sillano, parrocchia di S. Bartolomeo Apostolo, sita in: 55030 Metello Soraggio;

Comune di Sillano, parrocchia di S. Bartolomeo Apostolo, sita in: 55030 Sillano;

Comune di Sillano, parrocchia di S. Martino Vescovo, sita in: 55030 Villa Soraggio;

Comune di Stazzema, parrocchia di S. Agostino Vescovo, sita in: 55040 Arni;

Comune di Vagli Sotto, parrocchia di S. Bartolomeo Apostolo, sita in: 55030 Roggio;

Comune di Vagli Sotto, parrocchia di S. Lorenzo Martire, sita in: 55030 Vagli Sopra;

Comune di Vagli Sotto, parrocchia di S. Regolo Vescovo, sita in: 55030 Vagli Sotto;

Comune di Vergemoli, parrocchia di S. Tommaso Apostolo, sita in: 55020 Calomini;

Comune di Vergemoli, parrocchia di S. Maria della Neve, sita in: 55020 Campolemisi;

Comune di Vergemoli, parrocchia di S. Francesco dAssisi, sita in: 55020 Fornovolasco;

Comune di Vergemoli, parrocchia di S. Pellegrino, sita in: 55020 S. Pellegrinetto;

Comune di Vergemoli, parrocchia dei Santi Quirico e Giulitta, sita in: 55020 Vergemoli;

Comune di Villa Collemandina, parrocchia di S. Leonardo Abate, sita in: 55010 Canigiano;

Comune di Villa Collemandina, parrocchia di S. Lorenzo Martire, sita in: 55030 Corfmo;

Comune di Villa Collemandina, parrocchia di S. Maria Assunta, sita in: 55030 Magnano;

Comune di Villa Collemandina, parrocchia di S. Michele Arcangelo, sita in: 55030 Massa Sassorosso;

Comune di Villa Collemandina, parrocchia della Beata Maria Vergine di Caravaggio, sita in: 55030 Pianacci;

Comune di Villa Collemandina, parrocchia di S. Michele Arcangelo, sita in: 55030 Sassorosso;

Comune di Villa Collemandina, parrocchia dei Santi Sisto e Margherita, sita in: 55030 Villa Collemandina.

III

SANCTI ROCHI

DECRETUM

de vulgaris nominis dioecesis mutatione

Ad earum politicam ac geographicam definitionem facilius reddendam, Sanctae Sedis est consuetudo ut dioeceses noviter erectae, praeter sic dictam Curiae denominationem, eo vulgari nomine appellentur quo episcopalis sedis locus designatur.

Cum dioecesis Sancti Rochi episcopalis Cathedra in urbe vulgo nominata « Presidencia Roque Sáenz Peña » exstet, eo ipso vulgato nomine designatur.

Ad maiorem tamen populi christiani spiritualem profectum promovendum et ad eius pium sensum colendum, Exc.mus P. D. Abelardus Franciscus Silva, Episcopus praedictae dioecesis, praeces enixe porrexit ut hispanicum nomen dioecesis in « San Roque de Presidencia Roque Sáenz Peña - Chaco » immutaretur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Ubaldi Calabresi, Archiepiscopi titularis Fundani et in Argentina Apostolici Nuntii, porrectis praecibus benigne annuendum censuit.

Quapropter eadem Congregatio, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontificio Ioanne Paulo, divina Providentia Pp. II, tributarum, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit ut dioecesis Santi Rochi, omissione facta civilis regionis mentione, novo vulgato nomine « San Roque de Presidencia Roque Sáenz Peña » designetur.

Ad haec perficienda, Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Argentina gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, eum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 28 mensis Februarii anno 1992.

£B BERNARDINUS card. GANTIN, *Praefectus*

S Iustinus Rigali, *a Secretis*

L. 68 S.

In Congr. pro Episc, tab., n. 104/92

IV

SANCTAE FIDEI IN ARGENTINA

DECRETUM

de nominis archidioecesis mutatione

Ad earum politicam ac geographicam definitionem facilius reddendam, Sanctae Sedis est consuetudo ut dioeceses noviter erectae, praeter sic dictam « de Curia » denominationem, eo vulgari nomine appellentur quo episcopalis sedis locus designatur.

Cum archidioecesis Sanctae Fidei in Argentina Cathedra ea in urbe exstet quae vulgari nomine «Santa Fe de la Vera Cruz » publice designatur, Exc.mus P. D. Edgardus Gabriel Storni, Episcopus praedictae archidioecesis, ad eius christianas origenes ac nobilissimas traditiones illustrandas preces enixe porrexit ut nomen circumscriptionis in «Sanctae Fidei Verae Crucis » immutaretur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Ubaldi Calabresi, Archiepiscopi titularis Fundani et in Argentina Apostolici Nuntii, porrectis praecibus benigne annuendum censuit.

Quapropter eadem Congregatio, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia Pp. II, tributarum, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit ut archidioecesis Sanctae Fidei in Argentina novo nomine « Sanctae Fidei Verae Crucis », vulgo « Santa Fe de la Vera Cruz », designetur.

Ad haec perficienda, Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Argentina gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 19 mensis septembris anno 1992.

SB BERNARDINUS card. GANTIN, *Praefectus*

68 Iustinus Rigali, *a Secretis*

L. & S.

In Congr. pro Episc, tab., n. 634J92

V

ILLERDENSIS

DECRETUM

de nominis dioecesis mutatione

Ad earum politicam ac geographicam definitionem facilius reddendam, Sanctae Sedis est consuetudo ut dioeceses noviter erectae, praeter sic dictam Curiae denominationem, eo vulgari nomine appellentur quo episcopalis sedis locus designatur.

Cum dioecesis Illerdensis Episcopalis Cathedra ea in urbe exstet quae novo vulgari nomine « Lleida » publice appellatur, Exc.mus P. D. Raimundus Malla Call praeces enixe porrexit ut vernaculum illius ecclesiasticae circumscriptionis nomen, videlicet « Lérida », in « Lleida » immutaretur.

Idem Exc.mus Praesul etiam postulavit ut denominatio « de Curia » eiusdem dioecesis « Illerdensis » in « Ilerdensis » commutaretur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Marii Tagliaferri, Archiepiscopi titularis Formiani et in Hispania Apostolici Nuntii, porrectis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter eadem Congregatio, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia Pp. II, tributarum, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit ut dioecesis Illerdensis novo nomine « Ilerdensis », vulgo « Lleida », designetur.

Ad haec perficienda, Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Hispania gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 31 mensis Octobris anno 1992.

68 BERNARDINUS card. GANTIN, *Praefectus*

68 Iustinus Rigali, *a Secretis*

L. © S.

In Congr. pro Episc, tab., n. 879/92

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 3 Novembris 1992. — Cathedrali Ecclesiae Medioburgensi Exc.mum P. D. Ioannem Crowley, hactenus Episcopum titularem Thalensem et Auxiliarem archidioecesis Vestmonasteriensis.

die 21 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Kalibensi Exc.mum P. D. Gabrielem Reyes, hactenus Episcopum titularem Saelesiensem et Auxiliarem archidioecesis Manilensis.

die 28 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Tagbilaranae Exc.mum P. D. Leopoldum Tumulak, hactenus Episcopum titularem Lesvitanum et Auxiliarem archidioecesis Nominis Iesu.

die 4 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Cemerinianensi R. D. Ioannem Kopiec, Seminarii maioris Opoliensis Historiae Ecclesiae professorem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 16 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Ablensi R. D. Aloisium Uran, curionem et Vicarium foraneum in urbe Ljubljana, quem deputavit Auxiliarem Labacensis archidioecesis.

die 24 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Eminentianensi R. D. Csaba Ternyák, a secretis Conferentiae Episcoporum Hungariae, quem deputavit Auxiliarem Strigoniensis archidioecesis.

die 28 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Vissalensi R. D. Bernardum Bober, Vicarium generalem dioecesis Cassoviensis, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 29 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Humensi-Thibodensi R. D. Carolum Michaelem Jarrell, e clero dioecesis Lafayettensis, et curionem paroeciae Sacri Cordis in oppido vulgo Ville Platte.

die 30 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Lipensi Exc.mum P. D. Gaudencium Rosales, hactenus Episcopum Malaibalaiensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Murthlacensi, R. D. Hilton Forrest Deakin, e clero archidioecesis Melburnensis, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Melburnensis.

— Cathedrali Ecclesiae Rioiensi Exc.mum P. D. Fabricium Sigampa, hactenus Episcopum Reconquistensem.

die 31 Decembris. —- Titulari episcopali Ecclesiae Sasabensi, R. D. Iulianum Barrio Barrio, hactenus rectorem Seminarii Asturicensis, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Compostellanae.

die 8 Ianuarii 1993. — Metropolitanae Ecclesiae Tegucigalpensi Exc.mum P. D. Ansgarium Andream Rodríguez Maradiaga, hactenus Episcopum titularem Pudentianensem et Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 19 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Potentinae-Muranae-Marsicensi Exc.mum P. D. Ennium Appignanesi, hactenus Archiepiscopum Materanensem-Montis Pelusii.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 21 Decembris 1991. — Titulari Ecclesiae Asuoremixtensi R. D. Woldetensae Ghebreghiorghis, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum Hararemsem.

die 6 Iulii 1992. — Metropolitanae Ecclesiae Accraënsi, noviter erectae in Gana, Exc.mum P. D. Dominicum Andoh, hactenus Episcopum Accraënsem.

— Cathedrali Ecclesiae Koforiduanae, noviter erectae in Gana, R. D. Gabrielem Carolum Palmer-Buckle, e clero dioecesano Accraënsi.

die 28 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Kaohsiungensi R. D. Bosco Lin Chi-Nan, in praesens Vicarium generalem Kaohsiungensem.

die 6 Octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Litoris Capitis R. D. Petrum Kodwo Appiah Turkson, e clero eiusdem archidioecesis.

— Titulari Ecclesiae Enachdunensi R. D. Ioannem Hieronymum Cunneen, e clero Christopolitano, quem deputavit Auxiliarem Christopolitanum.

— Titulari Ecclesiae Cincaritanae R. D. Frumencio Escudero Arenas, in praesens Pro-Vicarium Puyoënsem, quem constituit Vicarium Apostolicum Puyoënsem.

— Cathedrali Ecclesiae Bellaryensi R. D. Iosephum D'Silva, in praesens Vicarium generalem Bangalorensem.

— Cathedrali Ecclesiae Kilvaënsi-Kasengaënsi R. D. Ioannem Petrum Tafunga, Societatis S. Francisci Salesii sodalem, hactenus Provincialem pro Africa Centrali eiusdem Societatis.

— Titulari Ecclesiae Moxoritanae R. D. Daniëlem Adwok, e clero Malakalensi, quem deputavit Auxiliarem Khartumensem.

— Cathedrali Ecclesiae Principis Georgensi R. D. Geraldum Wiesner, Congregationis Missionariorum Oblatorum B.V.M, sodalem.

die 21 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Nakhanensi, noviter erectae in Myanmar, Exc.mum- P. D. Nicolaum Mang Thang, hactenus Episcopum titularem Flenucletensem ac Episcopum Auxiliarem Mandalayensem.

— Cathedrali Ecclesiae Iringaënsi Exc.mum P. D. Tharcisium Ngalalekumtwa, hactenus Episcopum Coadiutorem Sumbavangensem.

— Cathedrali Ecclesiae Lucknovensi R. D. Albertum D'Souza e clero dioecesano eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Raipurensi R. D. Iosephum Augustinum Charakunnel, hactenus Administratorem dioecesanum eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Gibutensi R. P. Georgium Perron, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem.

die 17 Decembris. — Titulari Ecclesiae Gadiaufalensi R. D. Elmum N.J. Perera, quem deputavit Auxiliarem Gallensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Lomensi Exc.mum P. D. Philippum Fanoko Lossi Kpodzro, hactenus Episcopum Atakpmanensem.

— Cathedrali Ecclesiae Manensi R. D. Iosephum Teky, in praesens secundum Vicarium generalem Abidianensem.

Cathedrali Ecclesiae Yaguanae R. D. Emmanuelem Bushu, hactenus rectorem Seminarii regionalis apud Bambui,

NOMINATIO

Peculiari dato decreto, Congregatio pro Gentium Evangelizatione ad suum beneplacitum renuntiavit:

die 12 Decembris 1992. — Exc.mum P. D. Emmanuelem Vieira Pinto, Archiepiscopum Nampulensem, Administratorem Apostolicum « sede plena et ad nutum Sanctae Sedis » Pembanae dioecesis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Visita Ufficiale:

Giovedì, 21 Gennaio 1993, S. E. l'On. **GIULIANO AMATO**, Presidente del Consiglio dei Ministri della Repubblica Italiana.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Lunedì, 4 Gennaio 1993, S. E. il Signor **GUIDO DI TELLA**, Ministro degli Affari Esteri e del Culto della Repubblica Argentina.

Lunedì, 4 Gennaio 1993, S. E. il Signor **KRZYSZTOF SKUBISZEWSKI**, Ministro degli Affari Esteri della Polonia.

Sabato, **16** Gennaio **1993**, l'Ecc.mo Corpo Diplomatico accreditato presso la Santa Sede.

Lunedì, 18 Gennaio 1993, S. E. il Signor **FAROUK AL-SHARA**, Ministro degli Affari Esteri della Siria.

Lunedì, 21 Dicembre 1992, si è riunita alla presenza del Santo Padre, la Congregazione delle Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

5 dicembre 1992. Mons. Joseph Huber, *Prelato Uditore del Tribunale della Rota Romana.*

22 » » Mons. Giacomo Drago, *Protonotarii Apostolico « de numero participantium ».*

2 gennaio 1993. Mons. Ramiro Moliner Inglés, Arcivescovo tit. eletto di Sarda, *Nunzio Apostolico in Papua Nuova Guinea e nelle Isole Salomone.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

3 dicembre 1992. Gli Em.mi Signori Cardinali Simon D. Lourdusamy ed Edouard Gagnon, *Giudici della Corte di Cassazione dello Stato della Città del Vaticano «in aliud quinquennium».*

7 » » P. Donald Kos, O.F.M. Conv., *Giudice del Tribunale ecclesiastico di prima istanza dello Stato della Città del Vaticano.*

» » » Il sac. Bernard A. Prince; P. Patrick Harrington, S.M.A.; Suor Pierre Elise Gafah, *Consultori del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali.*

14 » » Mons. Elio Sgreccia, Segretario del Pontificio Consiglio per la Famiglia, *Membro del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti.*

15 » » Mons. Sandro Corradini, *Promotore Generale della Fede presso la Congregazione delle Cause dei Santi.*

21 » » I monsignori Oscar Buttinelli, Albano Milioni, Pio Vito Pinto ed i Padri Valentino Ferrari, O.P., Agostino Giordano, O.P., Giuseppe Di Mattia, O.F.M. Conv., Clarence Gallagher, S.I., *Giudici esterni «ad quinquennium» del Tribunale d'Appello del Vicariato di Roma.*

29 » » L'Em.mo Signor Cardinale Camillo Ruini, Suo Vicario generale, *Presidente della «Peregrinatio ad Petri Sedem».*

5 gennaio 1993. S. E. mons. Francesco Gioia, O.F.M. Cap., Arcivescovo em. di Camerino-San Severino Marche, *Delegato presso il Pontificio Consiglio per il Dialogo Inter-Religioso.*

7 » » Mons. Antonio Petti; Mons. Helmut Joseph Moli; il sac. José Escudero Imbert, *Consultori della Congregazione delle Cause dei Santi.*

» » » Le LL.EE. i monsignori Gregory Kpiebaya, Vescovo di Wa e Stanislaw Stefanek, Vescovo tit. di Forlimpopoli, *Membri del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per la Famiglia.*

NECROLOGIO

27 dicembre 1992. Mons. James Patterson Lyke, Arcivescovo di Atlanta *(Stati Uniti d'America).*

» » » Mons. José Maritano, Vescovo em. di Macapá *(Brasile).*

2 gennaio 1993. Mons. Michel Bernard, Arcivescovo-Vescovo em. di Nouakchott *(Mauritania).*

4 » » Mons. Ernest Leo Unterkoefler, Vescovo em. di Charleston *(Stati Uniti d America).*

18 » » Mons. Herberto Celso Angelo, Vescovo tit. di Celiana.

Recens nuntiatum est Iosephum Albertum Llaguno Farias episcopum titulo Mozotcoritanum die 26 m. Februarii a. 1992 de vita decessisse.

An. et vol. LXXXV 5 Martii 1993 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Raphaeli a Sancto Ioseph Kalinowski Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« In vita eorum qui, humanitatis nostrae consortes, ad imaginem tamen Christi perfectius transformantur (cf. *2 Cor.* 3, 18), Deus praesentiam vultumque suum hominibus vivide manifestat » (CONC. OECUM. VAT. II, Const. Dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* 50).

Dei praesentiae in ipsius populo admodum nitens signum fuit beatus Raphael a S. Ioseph (qui saeculari nomine Ioseph Kalinowski vocabatur), qui humiliter et fideliter divini Magistri semitas est persecutus, quique cum eodem in caritate coniunctus, gloriam caelesti Patri reddidit atque Ecclesiae mirabiliter per vitae sanctitatem inserviit, regulas normasque sectans Ordinis Carmelitarum Discalceatorum.

Hic Christi discipulus clarus Vilnae ortus est die i mensis Septembris anno MDCCCXXXV ex Polonica familia, a qua christianam disciplinam solide doctus est. In urbe sua natali tiro fuit Nobilium Collegii; in oppido quod Hory-Horki vocant agronomiae scholam frequentavit et deinde Militarem

Scholam doctrinae machinalis Sancti Petroburgi, machinarii subcenturionis consequens gradum pariter ac adiutoris ipsius Academiae. Postquam autem illam urbem reliquit, ubi amiserat simul fidei firmitatem interioremque pacem, in ferriviam delineandam quae est Kursk-Kiev-Odessa operam contulit. Anno MDCCCLXII Brivatibus in summorum ducum coetum exercitus Russici est ascitus. Interea eius assidua de veritate inquisitio compensata est: religiosas angustias evicit atque Dei amore in homines pellectus, fidem posuit veluti suae vitae fundamentum et vitam proximi bono dedere decrevit. Parvo igitur contentus, reliqua pauperibus destinabat. Illo tempore scholam condidit iuvenibus nullo dato pretio diebus dominicis erudiendis quam per se ipse curavit.

Polonica exorta secessione anno MDCCCLXIII adversus dominum Russorum imperatorum, Beatus ne contra populum suum bellum gereret, ab exercitu Russorum decessit atque, petentibus secessionis fautoribus, in Lituania praefecti rei bellicae officium suscepit patriae affectu permotus, hac tamen condicione ne ullum capitis damnaret. Cum inceptum irritum fuisset, in vincula ipse est coniectus die xxv mensis Martii, anno MDCCCLXIV. Pro capitali supplicio quo erat damnatus in ergastulum decem annis in Siberia est datus. Omnia aequo animo pertulit, quin immo iuvit concaptivos eosque est solatus, qui eundem habentes sanctum diligebant. His obvenientibus difficultatibus multum in spiritali vita est progressus, et claustrum quoddam ingredi decrevit, Deum solum culturus eiusdemque laudes. Libertate repetita anno MDCCCLXXIV, adiit Varsaviam, deinde Lutetiam Parisiorum, Venerabilem Dei Servum persequens Augustum Czartoryski, quem tres annos docuit. Dum hic de Societate S. Francisci Salesii cogitabat, Beatus Raphael, Dei amore pervictus rerumque terrestrium vinculis solutus, Ordinem Carmelitarum Discalceatorum ingressus est. In Austria novitiatum peregit; anno MDCCCLXXXI, in Hungaria vota sollemnia nuncupavit et anno insequenti Czernae apud Cracoviam, presbyteratus ordine est auctus. Domini populique permotus studio, vitam exemplo et verbo in presbyterale ministerium explendum impendit, omnes ad sanctitatem concitans. Suo quoque Ordini complura beneficia praestitit, in quo a superioribus ac fratribus sodalibus magni existimatus nonnulla officia sustinuit. Compluries fuit Czernae prior. Iterum claustrum Wesolae composuit, quo frequentes advenerant religiosae monasteriorum deletorum. Ipso auctore claustra Premisliae et Leopoli orta sunt. Veluti inspector et Vicarius provincialis, maxime de monialibus sui Ordinis curavit, ut excubiae essent in Ecclesia precantes pro bono totius populi Dei. Ut suae provinciae vocationes praestaret, in oppido quod Wadowice appellant undeque olim feliciter sumus

orti ephebeum condidit illis iuvenibus qui se Deo consecrare cupiebant. Quod institutum paucis annis adolevit et effloruit.

Hic novissimus annos partes prioris prudenter sustinens duxit. Silens nempe ac deprecans, omnino a rebus extrariis seiunctus ac plene hilariterque vocationi respondens, cum Deo ambulavit cuius voluntati omnimodis paruit. Sincera fide sustentatus aeque ac ferventi caritate firmaque spe, in vinea Domini prompta voluntate adlaboravit, contemplativam vitam commiscens cum apostolica actione, recessum assidua frugiferaque cum industria in hominum salutem versa, qui eius pellecti virtutibus ad ipsius ministerium decurrebant. Exquisitus fuit confessarius ac spirituum moderator. Ex eo novum vigorem cepit Carmelitarum Discalceatorum Ordo in Polonia. Cunctis qui eundem offendebant consilio vitaque ipsa magister fuit, qui claram Dei amoris, Eucharistiae, Virginis Mariae, Ecclesiae et proximi disciplinam docuit. Peculiari dilectione fratres Ecclesiarun non catholicarum prosequens, precatus est et operatus pro Christi gregis unitate, spectata praesertim Russia Orthodoxa. Laboribus absumptus et aerumnis, a populo cultus et fratribus sodalibus, pie de vita die xv mensis Novembris anno MCMXXXIV in oppido Wadowice discessit.

Sanctitatis fama manente, Cracoviae Archiepiscopus anno MCMXXXIV canonizationis causam incohavit. Celebratis deinde ad iuris normam canonicis processibus et inquisitis primum virtutibus deinde miraculo vestigato quod eius deprecationi evenisse dicebatur, die xxii mensis Iunii anno MCMLXXXIII Nos Ipsi, Cracoviae eum renuntiavimus Beatum una cum Dei Servo Venerabili Alberto Chimielowski.

Processus porro ad canonizationem obtinendam constitutus est ad Craconviensem Curiam de mira quadam sanatione Beato adscripta. Eventu hoc inquisito et comprobato Nobis coram decretum super miro die x mensis Iulii anno MCMXC emissum est.

Consentientibus Fratribus Cardinalibus et Episcopis, in Consistorio coadunatis in urbe Vaticana die xxvi mensis Novembris anno MCMXC, decrevimus canonizationis ritus ut die xvn mensis Novembris anno MCMXCI celebraretur, obveniente scilicet IV saeculari memoria S. Ioannis a Cruce ab obitu, Carmelitarum una cum S. Teresia a Iesu reformatore.

Hodie igitur hanc inter sacra ediximus formulam:

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exarationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum fratrum Nostrorum consilio, beatum Raphaelem a Sancto Ioseph Kalinow-

ski Sanctum esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eum in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim sortiri, contrariis rebus minime efficientibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die decimo septimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*



Loco 68 Plumbi
In Secret. Status tab. n. 300.409

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servae Dei Iosephae Bakhita Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Dominus pascit me, et nihil mihi deerit: in pascuis virentibus me collocavit, super aquas quietis eduxit me, animam meam reiecit *(Ps* 23, 1-3). Etiam Venerabilis Serva Dei Iosepha Bakhita paternam curam experta est divini Pastoris, qui eam custodivit,

eius munimentum fuit ac securitas in asperis servitutis aerumnis eamque per vias, quas humana natura providere non potest ad libertatem duxit, ad fidem et ad aquae fontes eandemque tamquam sponsam sibi delegit atque in domo sua habitare fecit per longissimos annos, concredito ei munere amorem ac misericordiam Dei mundo nuntiandi simulque operam navandi in humilitate et in simplicitate Christi regno in terra aedificando.

Orta ea est in Sudania anno MDCCCLXIX, in regione Darfur appellata, luce evangelica ad id tempus non illuminata. Puellula erat felix cum a Nigritarum emptoribus rapta est ac pluries in Africanis mercatibus veniit. Indignitates passa est atque dolores corporis et animi servitutis proprios et etiam crudeles saevitias. In eiusmodi acerbitatibus mite dulceque servavit cor integramque innocentiam et spem vivam. Posterius dixit: « Serva numquam animum demisi, quoniam arcanam in me vim animadvertebam, quae me sustinebat ». Providentia eam Venetias adduxit apud Filias Caritatis (Sorores Canossianas vocatas) Instituti Catechumenorum. Ibi requisivit cognovit que illum Deum, quem puera sibi adesse sensit, nescia quis esset. Anima eius, naturaliter christiana, statim magno ac tenero amore incensa est Domini factaque est fertile solum, quod multos edidit fructus. Immenso cum gaudio die ix mensis Ianuarii anno MDCCCXC sacramenta accepit baptismi, Eucharistiae et Confirmationis. Empta margarita pretii, de qua evangelium loquitur (cf. *Mt* 13, 46), non solum est thesaurum suum bene tutata, sed illum auxit Deum laudando illique continenter omni ope serviendo. Prompte igitur vocationi ad vitam consecratam respondit et anno MDCCCXCIII est novitiatum ingressa Filiarum Caritatis; anno MDCCCXCVI est vota temporanea professa et anno MCMXXVII perpetua. Omnino Deo obsequens, quem « dominum » vocabat, et superioribus, strenua cum constantia fidelis fuit erga suam consecrationem, regulam, vota religiosa, et accurate atque alacriter coquae, templi custodis et ostiariae munia explevit et aliquamdiu animationi missionali interfuit in variis Italiae locis. In Dei amorem firmiter credidit et humiliter grata fuit in Providentiam, quae eam manu duxerat ad Christum cognoscendum et sequendum. Affirmabat: « Si per totam vitam genibus nixa essem, numquam satis gratiam meam bono Deo dicerem ».

In ipsos raptores grata erat, qui eam tantum vexaverant: « Si illis Nigritarum emptoribus obviam fierem, qui me rapuerunt. et vel illis qui me excruciaverunt, genibus niterer, ut eorum oscularer manus, quia, nisi hoc factum esset, nec christiana essem nec religiosa ». A se ipsa aliena et ab inanibus mundi rebus, solum cupivit quam optime Dei facere voluntatem et in Christi imitatione progredi per deprecationem, sacrificium, pietatem

erga Virginem Mariam, diligentem munerum cotidianorum exsecutionem. Vera Domini discipula, fidem limpidam suam circumfudit, ardentem suam caritatem, spem suam firmam ac laetam et mira cum simplicitate beatitudines evangélicas coluit et testata est. Fama exornata sanctitatis praesertim apud suas sodales Sorores et incolas oppidi Schio, ubi totum ferme tempus vitae consecratae habitavit, pie obiit die VIII mensis Februarii anno MCMXXXXVII.

Eiusmodi fama perdurante, apud Curiam Vicentinam initium factum est canonizationis Causae. Praescriptis canonicis processibus celebratis et prospero cum exitu consuetis peractis inquisitionibus apud Congregationem de Causis Sanctorum, Calendis Decembribus anno MCMLXXVIII declaravimus Sororem Iosepham Bakhita heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse. Anno MCMXC, apud Curiam Veronensem instructus est processus canonicus de coniecta mira sanatione, patrata die xii mensis Octobris anno MCMXXXXVII et deprecationi Venerabilis Servae Dei tributa. Post solitas inspectiones coram Nobis die vi mensis Iulii anno MCMXCI promulgatum est decretum super miro.

Statuimus deinde ut beatificationis ritus die xvn mensis Maii subsequentis anni fieret.

Hodie igitur, in foro Basilicam Sancti Petri prospiciente, inter Missarum sollemnia hanc sumus formulam elocuti: « Nos, vota fratrum nostrorum Camilli Ruini, Vicarii Nostri in Urbe, et Petri Iacobi Nonis, Episcopi Vicentini, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Ioseph Maria Escrivá de Balaguer, et Iosepha Bakhita, virgo, filia Caritatis, Canossiana, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali: Iosephi Mariae Escrivá de Balaguer die vicesima sexta mensis Iunii, Iosephae Bakhita die octava mensis Februarii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum firma esse volumus et rata.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvn mensis Maii, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 308,721

II

Venerabili Servo Dei Francisco Spinelli, presbytero et fundatori Congregationis Adoratricum SS. Sacramenti, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos » *(Io* 13, 1).

Eucharistia, a Domino Iesu discipulis suis concredita sicut synthesis et manifestatio ipsius erga mundum caritatis, Venerabilis Servi Dei Francisci Spinelli dilectio erat maxima ac inflatus magnanimi eius ministerii apostolici. Divini Magistri exemplum et doctrinam insequens, ipse vitam suam sine recusatione Deo donavit ac fratribus, suaque cum Christi oblatione in Eucharistia coniuncta, ita vivebat, patiens praestans opus, ut in Eucharistia praesens Christus ameretur. Inde praeterea, velut ex fonte immenso, suum flagrantem amorem in animos, in pauperes inque aegrotos hausit.

Natus est Mediolani die xiv mensis Aprilis anno MDCCCLIII ac postridie in basilica S. Ambrosii sacramentum baptismatis accepit. A piis parentibus Bartholomaeo Spinelli et Catharina Aemilia Cagliaroli institutus, iam in infantia maxime pronum se ad sacra ostendit necnon sedulus erat praesertim ad pauperes aegrosque adiuvandos. Die xix mensis Maii anno MDCCCLXI roboratus est dono Spiritus Sancti per sacramentum confirmationis. Admissus in Seminarium Bergomense tamquam alumnus externus, ordinatus est presbyter die xvn mensis Octobris anno MDCCCLXXV. Demum functus est officio vicarii paroecialis apud avunculum suum dominum Petrum Cagliaroli, curionem paroeciae S. Alexandri in Colonna, in urbe Bergomensi. Cum laudabili studio ac uberrimis spiritalibus fructibus christianam doctrinam docuit in Bergomensi lyceo S. Alexandri ac fuit popularis Verbi Dei praeco.

Eadem in urbe anno MDCCCLXXXII una cum beata Catharina Comensoli initium fecit Congregationis Sororum SS. Sacramenti, eo consilio ut Iesum in Eucharistia ardenti cum amore adorarent et caritatem ex eo haurirent in exheredes omnesque a publica cura neglectus exercitandam. Aeque Hörens et fortunatum fuit initium novae Congregationis religiosae ac turbulentae fuerunt vexationes, quibus nonnullos post annos ipsa in discrimen adduci videbatur. Illis vexationibus difficultatibusque coactus, ut suas Sorores ac dioecesim derelinqueret, Venerabilis Servus Dei, omnino oboediens suo episcopo, veram « viam crucis » emensus est, quam passus est

patienter, tamquam servus bonus et fidelis qui praesto semper est Domino suo.

Anno MDCCCLXxxix in locum vulgo dictum « Rivolta d'Adda », qui est in dioecesi Cremonensi, se contulit, ubi domum Sororum Adoratricum SS. Sacramenti invenit, ibidemque episcopus, rev.mus dominus Ieremias Bonomelli, eius humilitate commotus atque certior factus eum adversorum actorum insontem esse, animum ei fecit ad operam prosequendam et in omnibus ei auxilio fuit. Cum Sorores quae eum acceperant, ab illis seiunctae essent quae Bergomi erant, anno MDCCCXCVII episcopus Bonomelli Decretum edidit de erectione canonica novae Congregationis Adoratricum SS. Sacramenti, quae Venerabilem Servum Dei suum agnovit fundatorem. Usque ad mortem ipse novae Congregationi praefuit, diligenter prudenterque eam regens ministerio spirituali et materiali erga egenos. Enituit ipse fidelitate erga vocationem sacerdotalem, fervore pietatis Eucharisticae, amore Dei et proximi, maxima humilitate, oblatione sui ipsius necnon patientia multis in tribulationibus in quas in via sua incidit.

Circumdatus sanctitatis gloria obdormivit in pace iustorum die vi mensis Februarii anno MCMXIII, mandans Sororibus, ut Eucharistiam amarent, pauperibus servirent et omnibus ignoscerent. Perdurante fama sanctitatis, episcopus Cremonensis anno MCMXXVIII instituit Causam Canonizationis per celebrationem Processus Ordinarii, qui « informativus » nuncupatur. Anno autem MCMLII prodiit decretum Introductionis Causae, exinde suscepta est celebratio Processus Apostolici.

Servatis de iure servandis, Nobis praesentibus die III mensis Martii, anno MCMXC, promulgatum est decretum, quo sacerdotem Franciscum Spinelli virtutes théologales, cardinales et adnexas heroum in modum coluisse agnovimus. Insuper, apud eandem Curiam Cremonensem inter Processum Apostolicum de virtutibus, percepta sunt testimonia de mira sanatione, quae die xxi mensis Iunii anno MCMXLVII, intercedente Venerabili Servo Dei, a Deo est patrata. Cum autem suetae inquisitiones felicem habuissent exitum, die II mensis Iunii anno MCMXCII NOS de eodem miro per Decretum constare statuimus.

Constituimus denique ut Beatificationis ritus die xxi eiusdem mensis apud sacram Beatae Virginis Mariae a Fonte Caravagii aedem ageretur, occasione Nostrae in Cremonensi dioecesi pastoralis visitationis.

Hodie igitur inter sacra hanc diximus formulam:

« Noi accogliendo il desiderio dei nostro fratello Enrico Assi, vescovo di Cremona, di molti altri Fratelli nell'episcopato, e di molti fedeli, dopo aver avuto il parere della Congregazione delle Cause dei Santi, con la nostra

autorità apostolica concediamo che il Venerabile Servo di Dio Francesco Spinelli d'ora in poi sia chiamato Beato, e che si può celebrare la sua festa nei luoghi e secondo le regole stabilite dal diritto, ogni anno il 6 febbraio.

Nel nome del Padre e del Figlio e dello Spirito Santo ».

Quae autem statuta hic sunt, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibusvis nihil obstantibus.

Datum apud aedem sacram Beatae Virginis a Fonte Caravagii, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Iunii, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status, tab., n. 308.264

III

Venerabili Servae Dei Nazariae Ignatiae a Sancta Teresia a Iesu March Mesa Beatorum honores tribuuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturae » *(Me* 16, 15). Verba Christi apostolos mittentis in universum mundum aculeus quidam fuerunt, perenniter in corde fixus Venerabilis Servae Dei Nazariae Ignatia a Sancta Teresia a Iesu March Mesa, eam exstimulans ut suas ageret partes in missione totius populi Dei in Ecclesia et in mundo (cf. CONC. OECUM VAT. II, *Apostolicam actuositatem,* 2). Spiritus Sanctus interioribus consiliis eam adduxit ut Religiosam conderet mulierum Congregationem, quae evangelicum nuntium inter omnes, at praesertim inter pauperiores et indoctos divulgaret, secundum Christi Iesu sententiam: «Spiritus Domini super me, propter. quod unxit me evangelizare pauperibus, misit me praedicare captivis remissionem..., praedicare annum Domini acceptum » *(Lc* 4, 18-19).

Hoc gloriae Domini zelo concitata, voluit ipsa Venerabilis Serva Dei his verbis mentem suam colligere: « pro Christo, pro Ecclesia, pro animarum salute ».

Nazaria Ignatia March Mesa die x mensis Ianuarii anno MDCCCLXXXIX Matriti in Hispania nata est, atque christianae regenerationis lavacro in

paroeciali templo sancto Ioseph dicato die xi mensis Aprilis eodem anno est aspersa. Hispalim translata, a monialibus Sancti Spiritus eiusdem urbis christiane est educata, pane Eucharistico novem annos nata est refecta.

Inde ab hac tenella aetate Iesu invitationem est experta — semperque meminit — ut Ipsum crucem baiulantem sequeretur Eique totam se dederet. Generosum dedit illa responsum, quod his verbis recolebat: « sequar Te prout humanae licet creaturae », atque castitatis suae promissum fecit.

In dies vero interiores invitationes atque desideria praedicandi Deum Nazariae cor ita inflammabant, ut optaret, inde a pueritia, societatem cum puellis inire ad missiones orationibus et sacrificiis sustinendas.

Cum autem, ob rerum eventus, familia March in Mexicum migrare cogeretur, Nazaria ibi, vicesimum aetatis suae annum agens, quo melius desiderium suum sese Christo immolandi expleret, ut Religiosam Sororum pro Senibus Derelictis Congregationem ingredi sibi liceret petiit obtinuitque. Novitiato in Hispania peracto, iterum Americam petiit, novemque cum aliis sororibus ad religiosam Congregationis domum Oruri in Bolivia aperiendam est missa.

Mox autochthonum rerum religiosarum humanique cultus inscientia Venerabilis Servae Dei apostolicum zelum ita adauxit, ut iteratis oblationibus vitam suam Deo pro Ecclesia Boliviana dicaret. Ibi demum, auditis Ecclesiae auctoritatibus atque Apostolico in Bolivia Internuntio suadente, novam condidit religiosam Congregationem, quae prima sane exstitit in Boliviana terra constituta, quam *Cruciatavi Pontificiam* voluit appellare, quamque sub titulo Cruciatarum Ecclesiae Missionariarum Sancta Sedes probavit.

Nazaria Ignatia fundatrix suum voluit Institutum speciali voto oboedientiae Summo Pontifici consecrari, omnino — etiam vitae sacrificio si necesse fuerit — Ecclesiae unitati atque regni Christi propagationi dicari, Sancti Ignatii a Loyola spiritu imbui. Adsiduis curis maternaque quadam oblationis ratione Sororum suarum interioris vitae institutionem zelumque apostolicum continenter fovit. Minas mortisque periculum fortiter obiit; domus religiosas in Bolivia, Argentina, Uruquaria et Hispania exstruendas curavit. Laboribus tandem confecta, Venerabilis Serva Dei spiritum piissime Deo reddidit in Bonaerensi nosocomio die vi mensis Iulii anno MCMXLiii, eademque in urbe est sepulta.

Religiosi ipsius Instituti iure pontificio honestati decretoria comprobatio habita est die ix mensis Iunii anno MCMXLVII. Servae Dei corpus inde translatum ab anno MCMLXXII Oruri in Bolivia quiescit.

Dominus autem ab ea aliquid amplius petebat: conditionem scilicet cuiusdam Instituti pro missionibus, quod ad opus apostolicum peragendum

mulieres impellerei, sicut serius ipsa Venerabilis Serva Dei affirmavit: « In amando atque in socia opera navanda cum Ecclesia ad Evangelium Dei cunctis gentibus nuntiandum stat vita nostra nostraque exsistendi ratio ».

Fama sanctitatis huius praeclarae Venerabilis Servae Dei, qua iam antea gaudebat, in dies magis magisque accrevit. Multi sacerdotes, at praesertim ipse Bolivianus populus, petierunt ut beatorum laude ornaretur. Canonizationis causa inita est apud Bonaëropolitanam Curiam, iisque omnibus peractis, quae canonicae normae statuebant, Calendis Septembribus anno MCMLXXXVIII Nobis coram decretum evulgatum est quo agnoscebatur Dei famulam heroico gradu exercuisse virtutes théologales, cardinales iisque adnexas. Apud eandem Curiam instructus est processus canonicus de coniecta mira sanatione quae accidit Bonaëropoli in urbe anno MCMLXIV intercessioni Venerabilis Servae Dei tributa. Casus statuto more perpensus, comprobatus est a theologis, a S.R.E. Cardinalibus atque Episcopis apud Congregationem de Causis Sanctorum. Decreto super miro prodito coram Nobis die VII mensis Martii, anno MCMXCII, statuimus ut beatificationis ritus fieret die xxvn mensis Septembris, hoc anno.

Hodie igitur, in Foro Petriano, hanc formulam inter sacra sumus elocuti: Nos, vota Fratrum Nostrorum Desmondi Connell, Archiepiscopi Dublinensis, Richardi Blazquez Perez, Episcopi Palentini, Ennii Antonelli, Archiepiscopi Perusini-Civitatis Plebis, Antonii Quarracino, Archiepiscopi Bonaërensis, Aloisii Mariae de Larrea y Legarreta, Episcopi Flaviobrigensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Dermitius O' Hurley, Margarita Bermingham vidua Ball, Franciscus Taylor et quattuordecim Socii, Raphaël Arnáiz Barón, Leonia Francisca Salesia Aviat, Nazaria Ignatia a Sancta Teresia a Iesu March Mesa et Maria Iosepha a Corde Iesu Sancho de Guerra, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali: Dermitii O Hurley, Margaritae Bermimgham viduae Ball, Francisci Taylor et quattuordecim Sociorum die vicesimo mensis Iunii; **Raphaelis** Arnáiz Barón die vicesimo sexto mensis Aprilis; Leoniae Franciscae Salesiae Aviat die decimo mensis Ianuarii; Nazariae Ignatiae a Sancta Teresia a Iesu March Mesa die sexto mensis Iulii; et Mariae Iosephae a Corde Iesu, Sancho de Guerra die vicesimo mensis Martii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Consueta denique habita oratione de ipsius vita deque singulis virtutibus, novensilem Beatam primi Ipsi sumus venerati summaque pietate

invocavimus. Litteras autem has Apostolicas volumus tam nunc quam in posterum tempus firmas esse suosque plane sortiri effectus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vicesimo septimo mensis Septembris, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco SS Sigilli
In Secret. Status tab., n. 313.622

IV

Venerabili Servae Dei Mariae Iosephae a Corde Iesu Sancho de Guerra, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Infirmus eram et visitastis me » *(Mt* 25, 36).

Dominus Iesus, summa divinae caritatis revelatio, suos discipulos multiplici ratione edocuit, ut aliis inservirent atque se misericordes praeberent in corporis animique doloribus oppressos, cum diceret: « Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis » *(Mt* 25, 40).

Venerabilis Serva Dei Maria Iosepha a Corde Iesu Sancho de Guerra peculiari quidem animi gaudio, patientia summaque diligentia Christi exemplum et verba est prosecuta. Ab ineunte aetate dilectioni laudique Domini se devovit et operam infirmis pauperibusque navavit, qui in ea imaginem quandam ipsius Domini misericordiae perspexerunt.

Venerabilis Serva Dei Victoriae in Hispania die septimo mensis Septembris anno MDCCCXLII nata est a Barnaba Sancho et Petra de Guerra, et ab iisdem deinde secundum Evangelium est educata. Dei gratiae docilis, mox propositum iniit se Domino totam tradendi, sed tantum anno MDCCCLXIV, Matriti, ingredi potuit Religiosam Sororum Servarum Mariae pro Infirmis Congregationem, nuper conditam a Sancta Maria Desolata Torres Acosta. Vota simplicia nuncupavit, atque munera ab iis qui praepositi erant sibi imposita ardenti animo explevit. Dei invitationem ad maiorem cum eo

familiaritatem rigidioremque vitae austeritatem praesentiens, ecclesiastica approbante auctoritate, Flaviobrigae, anno MDCCCLXXI, Religiosam Sororum Iesu Servarum Congregationem condidit cuius Constitutiones, post triennium, ab Episcopo Victoriensi canonice sunt comprobatae.

Usque ad mortem praefuit religioso sororum novensili Instituto, conditricis cura prudentiaque firmiter consolidato, rerum inopia difficultatibusque neglectis. Materna quadam oblatione sororum spiritalem ac apostolicam institutionem curavit, quibus praesertim caritatem inculcavit mutuam atque in infirmos et pauperes, in Ecclesiae Pastores oboedientiam, Regulae observantiam apostolicumque zelum. Docuit eas ut caritatem erga proximos ponerent in dilectione Dei utque operam demisse et pro viribus sociarent ad aedificandum regnum Christi atque bonum animorum in tuto ponendum.

Quae alios docebat ipsa ad praxim adducebat contentione e fidelitate tum in rerum solitarum contextu tum in rerum asperitate. Clara exstitit fidei constantia caritatisque ardore, spei robore altaque interiore vita, et pietate qua particeps fuit mysteriorum divinorum celebrationis, praesertim Eucharistiae, Cordis Iesu et Redemptoris Matris cultu. Prudentiam coluit rectissime in ingenio a Deo recepto amplificando inque Instituti sui procuratione, in fortiter sacrificii angustiarumque cruce portanda et in omni vitiorum genere de vitando, iustitiam in reddendis Deo quae sunt Dei et proximo quae sunt proximi, moderationem in bonorum usu. Post longum et gravem morbum, animam Deo reddidit die vicesimo mensis Martii anno MCMXii, sanctitatis fama circumdata.

Canonizationis causa inita est in dioecesi Flaviobrigensi celebratione ordinarii processi informativi annis MCMLI-MCMLIV. Omnibus deinceps rite expletis, quae iure postulabantur, die septimo mensis Septembris anno MCMLXXXix Nobis coram decretum evulgatum est super virtutibus heroicis. Apud Curiam episcopalem Ovetensem processus canonicus est celebratus anno MCMLXXVI de asserta Dei Servae deprecationi tributa mira sanatione, quae anno MCMLXX evenit adulescenti cuidam graviter laeso in autoraedae casu.

Causa a peritis proin Congregationis de Causis Sanctorum ponderata, die tricesimo mensis Iunii anno MCMXCII decretum super miro coram Nobis est promulgatum. Ritus autem beatificationis ut proximi mensis Septembris vicesimo septimo die Romae celebraretur statuimus.

Hodie igitur, Romae, in area Petriana, inter sacra sollemnia, hanc formulam sumus elocuti:

«Nos, vota Fratrum Nostrorum Desmondi Connell, Archiepiscopi Dublinensis, Richardi Blazquez Perez, Episcopi Palentini, Ennii Antonelli,

Archiepiscopi Perusini-Civitatis Plebis, Antonii Quarracino, Archiepiscopi Bonaërensis, Aloisii Mariae de Larrea y Legarreta, Episcopi Flaviobrigensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Dermitius 0'Hurley, Margarita Bermingham vidua Ball, Franciscus Taylor et quattuordecim Socii, Raphaël Arnáiz Barón, Leonia Francisca Salesia Aviat, Nazaria Ignatia a Sancta Teresia a Iesu March Mesa et Maria Iosepha a Corde Iesu Sancho de Guerra Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali: Dermitii 0'Hurley, Margaritae Bermingham viduae Ball, Francisci Taylor et quattuordecim Sociorum die vicesima mensis Iunii; Raphaelis Arnáiz Barón die vicesima sexta mensis Aprilis; Leoniae Franciscae Salesiae Aviat die decima mensis Ianuarii; Nazariae Ignatiae a Sancta Teresia a Iesu March Mesa die sexta mensis Iulii; et Mariae Iosephae a Corde Iesu Sancho de Guerra die vicesima mensis Martii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae autem per has Litteras decrevimus, ea firma et nunc et in posterum esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vicesimo septimo mensis Septembris, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco SB Sigilli
In Secret. Statua tab., n. 313.789

V

Venerabili Servae Dei Leoniae Franciscae Salesiae Aviat Beatorum honores tribuuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Beatius est magis dare quam accipere » *(Act* 20, 35).

Qui bona sua aliis dono dant, immo et vitam effundunt ut pauperibus debilibusque subveniant, Christum Iesum imitantur, qui cum esset dives

factus est pauper (cf. *2 Cor* 8, 9), atque animam suam dedit redemptionem pro multis (cf. *Mt* 20, 28); eodem tempore ipsi beatitudinem experiuntur iis sepositam qui verbum Dei audiunt exsequuunturque, atque candido generosoque animo caritatis praeceptum perficiunt. Inter has personas profecto seponenda est etiam Francisca Salesia Aviat (in saeculo Leonia) quae felicitatem suam invenit Christi exemplum et doctrinam sequendo atque ad gloriam Dei bonumque spirituale proximi, potissimum iuvenum operariarum necnon sororum Congregationis, cuius ipsa conditionis socia sapiensque generalis fuit Antistita, maxima cum deditione operando.

Haec digna Domini discipula in loco vulgo dicto « Sézanne », in dioecesi Catalaunensi, die xvi mensis Septembris anno MDCCCXLIV orta est, ex Theodoro Aviat et Aemilia Caillot, honestis mercatoribus. Nonnullos annos collegii Monasterio Visitationis Augustobonae Tricassii in urbe adiuncti alumna fuit, ubi Venerabilis Servae Dei Mariae Franciscae Salesiae Chappuis auxilium et Servi Dei Aloisii Brisson multum ei profuit. Eo tempore ad vitam consecratam vocationem animadvertit, quam ob rem, familiam repetens, matrimonium inire noluit, sed exspectavit ut Dominus clarius suam ei manifestaret voluntatem. Quam illuminationem quadam in perspicillorum officina Sézanne in urbe accepit, illic fortuito ingressa: de improviso ardentem in se animadvertit exsurgentem voluntatem se tradendi omnino apostolatui atque humano christianoque provectui iuvenum operariarum, quae tunc temporis difficilioribus in condicionibus vivebant. Quapropter anno MDCCCLXVI domum suam reliquit et cum sacerdote Aloisio Brisson operam sociavit, qui Augustobonae Tricassii curam de puellis iam agebat operantibus in officinis et non pauca incommoda et pericula obeuntibus. Ut huiusmodi benefici apostolatus socialis continuationi et firmitati caveret, idem industrius sacerdos Congregationem Sororum Oblatarum a Sancto Francisco Salesio condidit, pretioso et docili auxilio utens Venerabilis Servae Dei, quae anno MDCCCLXVIII vestem religiosam induit, anno autem MDCCCLXXi religiosa vota emisit. Materna cum industria iuvenum famulatui se dedit, cavendo earum necessitatibus earumque fovendo humanam, religiosam eruditamque institutionem, officii sensum in eis promovendo mutuaeque necessitudinis animum, praesertim operam navando consciam in officina. Ut generalis Antistita novum Institutum vera prudentia, eximia caritate sinceraque humilitate gubernavit, atque reverentiam et benevolentiam superiorum et sororum sibi facile captavit. Admodum profecto gavisa est de prolatata opera sua etiam ultra Galliae fines. Molestiae sane et adversationes ei non defuerunt, tam intus quam foris suam familiam religiosam; toleranda ei fuerunt gravia incommoda atque magnae humiliatio-

nes: quae omnia patienter fortiterque passa est, laetitiam et pacem in perfecta Dei voluntate quaerendo ac fidem integerrimam alendo divinae Providentiae auxilio fisa. Anno MCMIII perardua vexatio eam oppressit, cum Galliae leges civiles omnia bona Congregationisque suae domus alienaverunt atque sorores dispersae sunt. Ipsa Venerabilis Serva Dei in exsilium pulsa est. Refugium Perusiae invenit, indeque indefatigabili cum sollicitudine Institutum suum gubernare perrexit. Anno MCMXI eximio solacio recreata est, cum Summus Pontifex Sanctus Pius X Constitutiones Instituti approbavit. Usque ad extremum vitae suae diem firmo animo viam christianae perfectionis percurrit, semetipsam contemptui habendo, communionem cum Deo colendo atque prompte simpliciterque auctoritatis ecclesiasticae praecepta et Regulam, quam est amplexa, observando. Fortis in fide, ardens et impigra in caritate, constans in spe, separata a terrestribus vanitatibus, vitam suam hymnum laudis Domino constituit ac continuum proximi famulatum. Ideo, viribus suis minime parcendo, aedificationi regni Christi in societate sui temporis operam dedit, praecipue inter adulescentulas et operarías. Atque, Deo adiuvante, fructus abundantes et stabiles est adepta. Ita, die x mensis Ianuarii anno MCMXIV meritis onusta in vitam aeternam est ingressa, sanctitatis fama circumdata.

Causa Canonizationis anno MCMXXIX in Curia Perusina initiata est, secundum normas illius temporis pro celebratione processuum ordinariorum qui « informativi » nuncupantur, et post introductionem Causae processuum apostolicorum iter sequendo. Cum autem consuetae inquisitiones felicem habuissent exitum, die primo mensis Decembris anno MCMLXXVIII coram Nobis promulgatum est Decretum de virtutibus theologalibus, cardinalibus et adnexis a Venerabili Serva Dei in gradu heroico usurpatis. Interea, annis MCMLXXVII-MCMLXXIX Civitatis Capitis in urbe initus est processus canonicus de mira sanatione Venerabilis Servae Dei intercessioni attributa. Servatis de iure servandis, die xxi mensis Decembris anno MCMXCI promulgatum est Decretum super miro. Demum statuimus ut Beatificationis ritus die xxvii mensis Septembris anni sequentis in Urbe ageretur.

Hodie igitur inter sacra hanc ediximus formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Desmondi Connell, Archiepiscopi Dublinensis; Richardi Blazquez Perez, Episcopi Palentini; Ennii Antonelli, Archiepiscopi Perusini-Civitatis Plebis; Antonii Quarracino, Archiepiscopi Bonaërensis; Aloisii Mariae de Larrea y Legarreta, Episcopi Flaviobrigensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei

Dermitius O'Hurley, Margarita Bermingham vidua Ball, Franciscus Taylor et quattuordecim Socii, Raphaël Arnáiz Barón, Leonia Francisca Salesia Aviat, Nazaria Ignatia a Sancta Teresia a Iesu March Mesa et Maria Iosepha a Corde Iesu Sancho de Guerra Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali: Dermitii O'Hurley, Margaritae Bermingham viduae Ball, Francisci Taylor et quattuordecim Sociorum die vicesima mensis Iunii; Raphaelis Arnáiz Barón die vicesima sexta mensis Aprilis; Leoniae Franciscae Salesiae Aviat die decima mensis Ianuarii; Nazariae Ignatiae a Sancta Teresia a Iesu March Mesa die sexta mensis Iulii; et Mariae Iosephae a Corde Iesu Sancho de Guerra die vicesima mensis Martii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae autem statuta hic sunt, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvn mensis Septembris, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 313.790

VI

Templum Deo dicatum in honorem Sanctae Magdalenae, in archidioecesis Ovetensis urbe vulgo «Cangas dei Narcea» appellata, ad Basilicae minoris gradum evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Sacra illa paroecialis aedes quae, Sanctae Mariae Magdalenae dicata, in Ovetensis archidioecesis urbe vulgo «Cangas del Narcea» exstat, ob structurae genus et momentum historicum, at potissimum ob religionis cultum praeclara est in tota Asturiae regione. Christifideles illius provinciae sacram Sanctae Mariae Magdalenae imaginem hac in ecclesia collocatam per saeculorum decursum peculiari veneratione prosecuti sunt, caelestium gratiarum copiam precantes sibi suisque. Qua animarum utilitate permotus, Venerabilis Frater Gabinus

Díaz Merchán, Archiepiscopus Ovetensis, cleri populique vota et preces interpretatus, petiit ut templum supra memoratum ad dignitatem Basilicae Minoris eveheretur. Cui petitioni libenti animo obsecundantes, Nos, e Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum consultu deque Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, harum Litterarum vi, statuimus, ut sacra aedes quam diximus, Deo consecrata in honorem Sanctae Mariae Magdalenae, ad titulum ac dignitatem Basilicae minoris evehatur, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis hoc nomine insignibus rite competunt. Mandamus praeterea ut ea serventur quae, secundum Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die ix mensis Novembris, anno MCMLXXXIX datum, servanda sunt. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvni mensis Novembris, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco & Sigilli
In Secret. Status tab., n. 314.893

DECLARATIO

a Summo Pontifice et a Patriarcha Antiocheno Syrorum Orthodoxorum die XXIII m. Iunii a. MCMLXXXIV in Vaticanis Aedibus subsignata.

His Holiness John Paul II, Bishop of Rome and Pope of the Catholic Church, and His Holiness Moran Mor Ignatius Zakka I Iwas, Patriarch of Antioch and Ali the East and Supreme Head of the Universal Syrian Orthodox Church, kneel down with full humility in front of the exalted and extolled Heavenly Throne of our Lord Jesus Christ, giving thanks for this glorious opportunity which has been granted them to meet together in His love in order to strengthen further the relationship between their two sister Churches, the Church of Rome and the Syrian Orthodox Church of Antioch—the relationship already excellent through the joint initiative of Their Holinèsses of blessed memory Pope Paul VI and Patriarch Moran Mor Ignatius Jacoub III.

Their Holinèsses Pope John Paul II and Patriarch Zakka I wish solemnly to widen the horizon of their brotherhood and affirm herewith the terms of the deep spiritual communion which already unités them and the

prelates, elergy and faithful of both their Churches, to consolidate these ties of Faith, Hope and Love, and to advance in finding a wholly common ecclesial life.

First of all, Their Holinèsses confess the faith of their two Churches, formulated by the Nicene Council of 325 A.D. and generally known as "the Nicene Creed". The confusions and schisms that occurred between their Churches in the later centuries, they realize today, in no way affect or touch the substance of their faith, since these arose only because of différences in terminology and culture and in the various formulae adopted by différent theological schools to express the same matter. Accordingly, we find today no real basis for the sad divisions and schisms that subsequently arose between us concerning the doctrine of Incarnation. In words and life we confess the true doctrine concerning Christ our Lord, notwithstanding the différences in interprétation of such a doctrine which arose at the time of the Council of Chalcedon.

Henee we wish to reaffirm solemnly our profession of common faith in the Incarnation of our Lord Jesus Christ, as Pope Paul VI and Patriarch Moran Mor Ignatius Jacoub III did in 1971. They denied that there was any différence in the faith they confessed in the mystery of the Word of God made flesh and become truly man. In our turn we confess that He became incarnate for us, taking to himself a real body with a rational soul. He shared our humanity in all things except sin. We confess that our Lord and our God, our Saviour and the King of all, Jesus Christ, is perfect God as to His divinity and perfect man as to His humanity. In Him His divinity is united to His humanity. This union is real, perfect, without blending or mingling, without confusion, without altération, without division, without the least séparation. He who is God eternai and indivisible, became visible in the flesh and took the form of servant. In him are united, in a real, perfect indivisible and inseparable way, divinity and humanity, and in Him all their properties are présent and active.

Having the same conception of Christ, we confess also the same conception of His mystery. Incarnate, dead and risen again, our Lord, God and Saviour has conquered sin and death. Through him during the time between Pentecost and the Second Coming, the period which is also the last phase of time, it is given to man to expérience the new création, the kingdom of God, the transforming ferment (cf. *Mt* 13:33) already présent in our midst. For this God has chosen a new people, His holy Church which is the body of Christ. Through the Word and through the Sacraments the Holy Spirit acts in the Church to call everybody and make

them members of this Body of Christ. Those who believe are baptized in the Holy Spirit in the name of the Holy Trinity to form one body and through the Holy Sacrament of the anointing of Confirmation their faith is perfected and strengthened by the same Spirit.

Sacramental life finds in the Holy Eucharist its fulfilment and its summit, in such a way that it is through the Eucharist that the Church most profoundly realizes and reveáis its nature. Through the Holy Eucharist the event of Christ's Pasch expands throughout the Church. Through Holy Baptism and Confirmation, indeed, the members of Christ are anointed by the Holy Spirit, grafted on to Christ; and through the Holy Eucharist the Church becomes what she is destined to be through Baptism and Confirmation. By communion with the body and blood of Christ the faithful grow in that mysterious divinization which by the Holy Spirit makes them dwell in the Son as children of the Father.

The other Sacraments, which the Catholic Church and the Syrian Orthodox Church of Antioch hold together in one and the same succession of Apostolic ministry, i.e. Holy Orders, Matrimony, Reconciliation of Pénitents and Anointing of the Sick, are ordered to that célébration of the Holy Eucharist which is the centre of sacramental life and the chief visible expression of ecclesial communion. This communion of Christians with each other and of local Churches united around their lawful bishops is realized in the gathered community which confesses the same faith, which reaches forward in hope of the world to come and in expectation of the Saviour's return and is anointed by the Holy Spirit, who dwells in it with charity that never fails.

Since it is the chief expression of Christian unity between the faithful and between Bishops and priests, the Holy Eucharist cannot yet be concelebrated by us. Such célébration supposes a complete identity of faith such as does not yet exist between us. Certam questions, in fact, still need to be resolved touching the Lord's will for His Church, as also the doctrinal implications and canonical détails of the traditions proper to our communities which have been too long separated.

Our identity in faith, though not yet complete, entitles us to envisage collaboration between our Churches in pastoral care, in situations which nowadays are fréquent both because of the dispersion of our faithful throughout the world and because of the precarious conditions of these difficult times. It is not rare, in fact, for our faithful to find access to a priest of their own Church materially or morally impossible. Anxious to meet their needs and with their spiritual benefit in mind, we authorize them in

such cases to ask for the Sacraments of Penance, Eucharist and Anointing of the Sick from lawful priests of either of our two sister Churches, when they need them. It would be a logicai corollary of collaboration in pastoral care to cooperate in priestly formation and theological éducation. Bishops are encouraged to promote sharing of facilities for theological éducation where they judge it to be advisable. While doing this we do not forget that we must still do all in our power to achieve the full visible communion between the Catholic Church and the Syrian Orthodox Church of Antioch and ceaselessly implore our Lord to grant us that unity which alone will enable us to give to the world a fully unanimous Gospel witness.

Thanking the Lord who has allowed us to meet and enjoy the consolation of the faith we hold in common (cf. *Rom* 1:12) and to proclaim before the world the mystery of the Person of the Word incarnate and of His saving work, the unshakeable foundation of that common faith, we pledge ourselves solemnly to do all that in us lies to remove the last obstacles still hindering full communion between the Catholic Church and the Syrian Orthodox Church of Antioch, so that with one heart and voice we may preach the word: "The True Light that enlightens every man" and "that ail who believe in His name may become the children of God" (cf. *Jn* 1:9-12).

† ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܙܟܐ ܩܕܡܝܐ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܕܟܠܗ ܡܕܢܚܐ

IOANNES PAULUS PP. II

HOMILIA

In foro S. Petri habita ob decretos Servis Dei Iosephmariae Escrivá de Balaguer et Iosephinae Bakhitae Beatorum caelitum honores.*

1. « E necessario attraversare molte tribolazioni per entrare nel regno di Dio ».[1]

Ai due discepoli, lungo la strada per Emmaus, Gesù disse: « Non bisognava che il Cristo sopportasse queste sofferenze per entrare nella sua gloria? ».[2]

*** Die 17 m. Maii a. 1992.**

[1] ***At* 14, 22.**

[2] ***Lc* 24, 26.**

La prima lettura, inoltre, ci ha fatto ascoltare gli Apostoli — Paolo e Barnaba — che « rianimano ed esortano i discepoli a restare saldi nella fede ».[3] Essi annunziano la stessa verità di cui aveva parlato Cristo sulla strada verso Emmaus; una verità confermata dalla sua vita e dalla sua morte: « È necessario attraversare molte tribolazioni per entrare nel regno di Dio ».

I discepoli di Cristo crocefisso e risorto — attraverso il succedersi delle generazioni nel corso dei secoli — scelgono la stessa via che Egli aveva loro indicato.

« Vi ho dato infatti l'esempio ».[4]

2. Oggi ci è offerta l'occasione di fissare ancora una volta il nostro sguardo su questa via salvifica — la via verso la santità — soffermandoci sulle figure di due persone, che d'ora in poi chiameremo « beate »: Josemaría Escrivá de Balaguer, sacerdote, fondatore dell'Opus Dei, e Giuseppina Bakhita, Figlia della Carità, canossiana.

La Chiesa desidera servire e professare tutta la verità su Cristo, desidera essere dispensatrice di tutto il mistero del suo Redentore. Se la via verso il Regno di Dio passa attraverso molte tribolazioni, allora alla sua fine si trova anche la partecipazione alla gloria — quella gloria che Cristo ci ha rivelato nella sua Risurrezione.

La misura di tale gloria è data dalla Nuova Gerusalemme, annunziata dalle parole ispirate dell'Apocalisse di Giovanni: « Ecco la dimora di Dio con gli uomini! Egli dimorerà tra di loro ed essi saranno il suo popolo ed egli sarà il "Dio-con-loro" ».[5]

«Ecco, io faccio nuove tutte le cose»[6] — dice il Signore glorioso. La strada verso quella definitiva «novità» di ogni cosa passa, qui sulla terra, attraverso il « comandamento nuovo »: « Che vi amiate gli uni gli altri; come io vi ho amato».[7] Tale comandamento fu al centro della vita di due esemplari figli della Chiesa che oggi, nella letizia pasquale, sono proclamati beati.

3. Josemaría Escrivá de Balaguer, nacido en el seno de una familia profundamente cristiana, ya en la adolescencia percibió la llamada de Dios a una vida de mayor entrega. Pocos años después de ser ordenado sacerdote dio inicio a la misión fundacional a la que dedicaría 47 años de amorosa e

[3] **Cf. *At* 14, 22.**
[4] ***Gv* 13, 15.**
[5] ***Ap* 21, 3.**
[6] ***Ibid.* 21, 5.**
[7] ***Gv* 13, 34.**

infatigable solicitud en favor de los sacerdotes y laicos de lo que hoy es la Prelatura del Opus Dei.

La vida espiritual y apostólica del nuevo Beato estuvo fundamentada en saberse, por la fe, hijo de Dios en Cristo. De esta fe se alimentaba su amor al Señor su ímpetu evangelizador, su alegría constante, incluso en las grandes pruebas y dificultades que hubo de superar. « Tener la cruz es encontrar la felicidad, la alegría —nos dice en una de sus Meditaciones—; tener la cruz es identificarse con Cristo, es ser Cristo y, por eso, ser hijo de Dios ».

Con sobrenatural intuición, el Beato Josemaría predicó incansablemente la llamada universal a la santidad y al apostolado. Cristo convoca a todos a santificarse en la realidad de la vida cotidiana; por ello, el trabajo es también medio de santificación personal y de apostolado cuando se vive en unión con Jesucristo, pues el Hijo de Dios, al encarnarse se ha unido en cierto modo a toda la realidad del hombre y a toda la creación.[8] En una sociedad en la que el afán desenfrenado de poseer cosas materiales las convierte en un ídolo y motivo de alejamiento de Dios, el nuevo Beato nos recuerda que estas mismas realidades, criaturas de Dios y del ingenio humano, si se usan rectamente para gloria del Creador y al servicio de los hermanos, pueden ser camino para el encuentro de los hombres con Cristo. « Todas las cosas de la tierra — enseñaba — también las actividades terrenas y temporales de los hombres, han de ser llevadas a Dios ».[9]

« Bendeciré tu nombre por siempre jamás, Dios mío, mi Rey ». Esta aclamación que hemos hecho en el Salmo responsorial es como el compendio de la vida espiritual del Beato Josemaría. Su gran amor a Cristo, por quien se siente fascinado, le lleva a consagrarse para siempre a El y a participar en el misterio de su pasión y resurrección. Al mismo tiempo, su amor filial a la Virgen María le inclina a imitar sus virtudes. « Bendeciré tu nombre por siempre jamás »: he aquí el himno que brotaba espontáneamente de su alma y que le impulsaba a ofrecer a Dios todo lo suyo y cuanto le rodeaba. En efecto, su vida se reviste de humanismo cristiano con el sello inconfundible de la bondad, la mansedumbre de corazón, el sufrimiento escondido con el que Dios purifica y santifica a sus elegidos.

4. La actualidad y transcendencia de este mensaje espiritual, profundamente enraizado en el Evangelio, son evidentes, como lo muestra también la fecundidad con la que Dios ha bendecido la vida y obra de Josemaría Escrivá. Su tierra natal, España, se honra con este hijo suyo, sacerdote

[8] Cf. *Dominum et Vivificantem,* 50.
[9] *Carta* 19.III.1954.

ejemplar, que supo abrir nuevos horizontes apostólicos a la acción misionera y evangelizadora. Que esta gozosa celebración sea ocasión propicia que aliente a todos los miembros de la Prelatura del Opus Dei a una mayor entrega, en su respuesta a la llamada a la santificación y a una más generosa participación en la vida eclesial, siendo siempre testigos de los genuinos valores evangélicos, lo cual se traduzca en un ilusionado dinamismo apostólico, con particular atención hacia los más pobres y necesitados.

5. Anche nella Beata Giuseppina Bakhita troviamo una testimone eminente dell'amore paterno di Dio ed un segno luminoso della perenne attualità delle Beatitudini. Nata in Sudan, nel 1869, rapita da negrieri quando era ancora bambina, e venduta più volte sui mercati africani, conobbe le atrocità di una schiavitù che lasciò nel suo corpo i segni profondi della crudeltà umana. Nonostante queste esperienze di dolore, la sua innocenza rimase integra, ricca di speranza. « Da schiava non mi sono mai disperata — diceva — perché sentivo dentro di me una forza misteriosa che mi sosteneva ». Il nome di Bakhita — come l'avevano chiamata i suoi rapitori — significa Fortunata e tale infatti diventò, grazie al Dio di ogni consolazione, che sempre la teneva per mano e le camminava accanto.

Giunta a Venezia, per le vie misteriose della Divina Provvidenza, Bakhita ben presto si apriva alla grazia. Il battesimo e, dopo alcuni anni, la professione religiosa tra le Suore Canossiane, che l'avevano accolta ed istruita, furono le conseguenze logiche della scoperta del tesoro evangelico, per il quale sacrificò tutto, anche il suo ritorno, da libera, nella terra natale. Come Maddalena di Canossa anch'ella voleva vivere per Dio solo, e con eroica costanza si avviò umile e fiduciosa per la strada della fedeltà all'amore più grande. La sua fede era salda, limpida, ardente. « Sapeste che grande gioia è conoscere Dio! », soleva ripetere.

6. La nuova Beata trascorse 51 anni di vita religiosa canossiana, lasciandosi guidare dall'obbedienza in un impegno quotidiano, umile e nascosto, ma ricco di genuina carità e di preghiera. Gli abitanti di Schio, ove risiedette per quasi tutto il tempo, ben presto scoprirono nella loro «Madre Moretta» — così la chiamavano — un'umanità ricca nel dono, una forza interiore non comune che trascinava. La sua vita si consumò in una incessante preghiera dal respiro missionario, in una fedeltà umile ed eroica alla carità, che le consentì di vivere la libertà dei figli di Dio e di promuoverla attorno a sé.

Nel nostro tempo, in cui la corsa sfrenata al potere, al denaro, al godimento causa tanta sfiducia, violenza e solitudine, Suor Bakhita ci viene

ridonata dal Signore come sorella universale, perché ci riveli il segreto della felicità più vera: le Beatitudini.

Il suo è un messaggio di bontà eroica ad immagine della bontà del Padre celeste. Ella ci ha lasciato una testimonianza di riconciliazione e di perdono evangelici, che recherà sicuramente conforto ai cristiani della sua patria, il Sudan, così duramente provati da un conflitto che dura da molti anni e che ha provocato tante vittime. La loro fedeltà e la loro speranza sono motivo di fierezza e di azione di grazie per tutta la Chiesa. In questo momento di grandi tribolazioni, Suor Bakhita li precede sulla via dell'imitazione di Cristo dell'approfondimento della vita cristiana e dell'incrollabile attaccamento alla Chiesa. Nello stesso tempo desidero, ancora una volta, rivolgere un accorato appello ai responsabili delle sorti del Sudan, affinché diano realizzazione agli asseriti ideali di pace e di concordia; affinché il rispetto dei diritti fondamentali dell'uomo — e in primo luogo del diritto alla libertà religiosa — sia a tutti garantito, senza discriminazioni etniche o religiose.

Preoccupa grandemente la situazione delle centinaia di migliaia di profughi dalle regioni meridionali, che la guerra ha costretto ad abbandonare casa e lavoro; recentemente sono stati obbligati a lasciare anche i campi dove avevano trovato una qualche forma di assistenza e sono stati trasportati in luoghi desertici ed è stato perfino impedito il libero passaggio ai convogli di soccorsi delle agenzie internazionali. La loro situazione è tragica e non può lasciarci insensibili.

Raccomando vivamente agli Enti internazionali di assistenza di volere continuare ad inviare il loro provvido, necessario e urgente aiuto.

Mentre saluto la delegazione della Chiesa del Sudan, presente a questa celebrazione, rivolgo un affettuoso pensiero, accompagnato dalla preghiera, a tutta la Chiesa in quel Paese: ai Vescovi, al Clero diocesano e Missionario, ai laici impegnati nella pastorale, ed anche ai catechisti, collaboratori generosi e necessari per la propagazione della Verità, della Parola e dell'Amore di Dio.

Le popolazioni del Sudan sono sempre presenti nel mio cuore e nelle mie preghiere: le affido all'intercessione della nuova Beata Giuseppina Bakhita.

7. «Vi do un comandamento nuovo: che vi amiate gli uni gli altri; come io vi ho amato, così amatevi anche voi gli uni gli altri. Da questo tutti sapranno che siete miei discepoli, se avrete amore gli uni per gli altri».[10] Con

Ov 13, 34-35.

queste parole di Gesù si conclude il Vangelo della Messa di oggi. In questa frase evangelica troviamo la sintesi di ogni santità; della santità che hanno raggiunto, per strade diverse ma convergenti nella stessa ed unica mèta, Josemaría Escrivá de Balaguer e Giuseppina Bakhita. Essi hanno amato Dio con tutta la forza del loro cuore ed hanno dato prova di una carità spinta fino all'eroismo mediante le opere di servizio agli uomini, loro fratelli. Perciò la Chiesa li eleva oggi agli onori degli altari e li presenta come esempi nell'imitazione di Cristo, che ci ha amato e ha donato se stesso per ognuno di noi.[11]

8. « Ora il Figlio dell'uomo è stato glorificato, e anche Dio è stato glorificato in lui »:[12] il mistero pasquale della gloria.

Attraverso il Figlio dell'uomo questa gloria si estende a tutto il visibile e l'invisibile: « Ti lodino, Signore, tutte le tue opere e ti benedicano i tuoi fedeli. Dicano la gloria del tuo regno ».[13]

Ecco il Figlio dell'uomo: « Non bisognava che... sopportasse queste sofferenze per entrare nella sua gloria? ».

Ecco coloro che di generazione in generazione hanno seguito Cristo: « Attraverso molte tribolazioni, essi sono entrati nel regno di Dio ».

« Il tuo regno è regno di tutti i secoli ».[14]

Amen.

ALLOCUTIONES

I

Ad Sardiniae episcopos sacra limina visitantes.*

Venerati Fratelli nell'episcopato!

1. Rivolgo, con cordiale e fraterno affetto, il mio benvenuto a ciascuno di voi, che questa mattina ho la gioia di accogliere collegialmente, a conclusione della vostra visita *ad limina.*

[11] Cf. *Gal* 2, 20.
[12] *Gv* 13, 31.
[13] *Sal* 145 (144), 10-11.
[14] *Ibid.* 145 (144), 13.

* Die 31 m. Ianuarii a. 1992.

La visita *ad limina,* questo quinquennale appuntamento tra i Pastori diocesani e il Successore di Pietro, mi offre ogni volta l'opportunità di sperimentare quanto grande sia la gioia che scaturisce dalla comunione che lo Spirito di Cristo alimenta fra noi: « Vi sono diversità di carismi, ma uno solo è lo Spirito; vi sono diversità di ministeri, ma uno solo è il Signore; vi sono diversità di operazioni, ma uno solo è Dio, che opera tutto in tutti ».[1]

È con questi sentimenti che vi saluto, amati Arcivescovi e Vescovi della Sardegna, e vi abbraccio nel Signore. Ringrazio il carissimo Mons. Ottorino Pietro Alberti, Arcivescovo di Cagliari, che si è fatto attento interprete dei vostri pensieri e mi ha reso partecipe dei progetti e delle speranze che animano il vostro lavoro apostolico.

Penso con stima ed affetto ai presbiteri, vostri più stretti cooperatori nella missione pastorale, ai religiosi, alle religiose ed ai laici attivamente impegnati nell'annuncio e nella quotidiana testimonianza del Vangelo in ogni ambito della multiforme realtà geografica e sociale della Sardegna: dal Campidano di Cagliari alla Gallura e al Logudoro, dalla Planargia al Sulcis, dalla Barbagia di Nuoro alle coste dorate di Alghero.

2. Nel corso della precedente visita *ad limina,* nel gennaio del 1987, sottolineavo l'urgenza di «un nuovo sforzo di evangelizzazione, che riporti nel cuore delle masse popolari il fermento evangelico, consentendo a ciascuno di confrontarsi col messaggio di Cristo, per cercare in esso la risposta agli interrogativi di fondo, da cui trae senso la vita ».[2]

In questi anni, la nuova evangelizzazione ha rappresentato il motivo di fondo della vostra azione pastorale. E voi continuate ad adoperarvi perché ogni cristiano prenda coscienza del proprio ruolo nella Chiesa e nella società. La fiaccola della fede> che si riceve con il battesimo, va, infatti, tenuta ben alta con la parola e l'esempio, sì da permettere a tutti di attingervi luce e calore.

Ancor più, nel singolare momento storico che l'umanità sta vivendo, occorre rispondere alle molteplici sfide con una rinnovata audacia apostolica; agli uomini e alle donne della nostra epoca va riproposto nella sua interezza e con ogni sua esigenza etica e sociale il messaggio salvifico di Cristo.

Incoraggio voi, Pastori dell'alacre popolo sardo, a proseguire su tale cammino. Non venga mai meno la speranza che vi sorregge; non vacilli in nessun caso la fiducia nell'assistenza divina. Il Signore vi ha affidato il suo gregge, a cui dovete comunicare la vita immortale che rigenera il cuore

[1] *1 Cor* 12, 4-6.

[2] *Insegnamenti,* X, 1, 1987 pp.. 60-61.

umano alla verità e all'amore. Cristo è il Redentore del mondo, è lui che « è penetrato, in modo unico e irripetibile, nel mistero dell'uomo ed è entrato nel suo "cuore" ».[3] Vivere da cristiani comporta il dovere, per quanto è ad ognuno possibile, di diffondere la fede. In questo consiste il mandato missionario universale della Chiesa: impegno certamente difficile, ma confortato dalle parole del Signore: « Io sarò con voi fino alla fine dei secoli ».[4]

3. E in tale contesto che assume particolare rilievo ed importanza il Concilio Plenario della Chiesa in Sardegna, inaugurato solennemente lo scorso 6 Gennaio, festa dell'Epifania del Signore. La preparazione prese avvio cinque anni or sono con la costituzione di dieci Commissioni antepreparatorie e cammin facendo si è assistito ad un largo e progressivo coinvolgimento da parte delle molteplici componenti delle comunità ecclesiali. Oggi, si può ben dire che esso è da tutti avvertito come una provvidenziale opportunità per il rilancio dell'evangelizzazione nella vostra Regione.

I lavori in seguito verteranno su un tema di fondo da voi così sintetizzato: « La Chiesa di Dio in Sardegna santificata e mandata per evangelizzare e servire ». Riflettendo sulla propria identità, la Chiesa non potrà non prendere coscienza delle sue responsabilità in ordine all'evangelizzazione ed assumerle coraggiosamente per contribuire alla costruzione di un mondo realmente giusto e solidale. Si rende necessario individuare le linee di un'azione missionaria comune, idonea a proporre — in questi anni che ci preparano al terzo Millennio cristiano — il Vangelo agli uomini e alle donne della vostra Terra. Assise eminentemente pastorale sarà, dunque, il Concilio Plenario Sardo. Da esso non ci si dovranno attendere proposte di soluzioni tecniche alle vaste problematiche sociali, economiche e politiche che interessano la società della vostra Isola, ma un rilancio della vita spirituale che renda i credenti testimoni della «verità che vi farà liberi»:[5] autentici testimoni e discepoli di Cristo.

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Ad confessiones fidelium excipiendas confessarius se paratum semper praebeat, quotiescumque id a fidelibus rationabiliter petitur. Peccatorem paenitentem suscipiens eumque ad lumen veritatis adducens, paterno munere fungitur, cor Patris hominibus revelans et Christi Pastoris imaginem gestans. Meminerit itaque sibi Christi munus concreditum esse, qui ad salvandos homines opus redemptionis misericordia implevit et virtute sua in sacramentis adest » (Ordo Paenitentiae, *Praenotanda,* n. 10, b-c). Has salutares Ecclesiae normas perfectissime excoluit Servus Dei Fortunatus Maria a S. Paulo Apostolo, qui per longa decennia suum explicavit ministerium potissimum uti veniae minister, adeo ut definitus sit « sedis confessionalis martyr », copiosis editis fructibus pro innumeris fidelibus qui eum adibant.

Natus est Servus Dei die 3 mensis Martii ab Aloisio De Gruttis et Angela Colone, in pago *Roccavivi,* intra Soranae dioecesis fines, anno 1826. Eodem die baptizatus est et Paulus vocatus, maximus natu sex filiorum qui familiam laetificaverunt. Iam eius maiores in praediis habebant et ma-

gnam faciebant mercaturam stabilemque et securam rem familiarem fecerunt. Sed familiae De Gruttis bonum praecipuum haud dubium altus fuit spiritus christianus et vivum conscium que religionis exercitium. Parentes enim, etsi labore urgebantur, optima christiana educatione filios imbuerunt, ita quidem ut praeter Paulum duo alii filii ferventes evaserint cleri dioecesani sacerdotes.

Ludi frequentia peracta puer sacramentum Confirmationis accepit die 10 mensis Octobris anno 1839 et paulo post parentibus et confessario suam significavit voluntatem vocationem sequendi sacerdotalem. Christiani parentes filii voto obsecundarunt, qui anno 1840 dioecesanum seminarium Soranum est ingressus. Sed anno 1842 religiosi Congregationis Passionis Sorae consederunt in recessu N. Dominae Angelorum seseque aperuerunt sua alacritate et vitae austeritate. Etiam iuvenis seminarii alumnus Passionistas convenire potuit, praesertim per paenitentiae sacramentum, eorumque audire praedicationem, cuius caput erat religio de Christo crucifixo. Motus is est ad illud vitae genus eligendum; intravit ideo in Congregationem S. Pauli a Cruce. Permissu obtento Episcopi dioecesani iuvenis Paulus Passionistarum novitiatum S. Mariae de Pugliano apud oppidum Palianum ingressus est, in dioecesi Praenestina situm. Ibi vestem religiosam induit die 14 mensis Iunii anno 1843 nomenque cepit novum Fortunatum M. a S. Paulo Apostolo.

Exacto canonico novitiatus anno Servus Dei professionem fecit perpetuam, pro iure eius aetatis, die 15 mensis Iunii anno 1844, tribus consuetis voto addito « propagandi in cordibus fidelium gratam Iesu Passionis memoriam », sicut Congregationis Regula praescribit. Ut studia continuaret ad diversos est missus recessus Provinciae religiosae a Virgine Perdolente appellatae, donec die 23 mensis Decembris anno 1848 est sacerdos ordinatus ab Episcopo Verulano in recessu S. Sosii martyris apud Fabrateriam (hodie in dioecesi Frusinatensi-Verulana-Ferentina positam), turbulentis saevientibus rerum mutationibus, quae Venerabilem Pium IX induxerunt ad Romam relinquendam ut Caietam confugeret, in regnum Neapolitanum. Anno 1851 iuvenis presbyter idoneus factus est ad sacramenti paenitentiae administrationem, in quo ministerio erat deinceps maiorem suae sacerdotalis vitae partem insumpturus.

Partem habuit in praedicatione plurium missionum popularium, secundum charisma Passionistarum proprium, fructuose in iis variis fungens muniis, pro temporibus et locis. Diversos circumiit conventus iuxta oboedientiam religiosam, sed numquam officia auctoritatis vel directionis sustinuit. Quodam tempore in morbum articularem incidit, qui magnas cordis diffi-

cultates afferebat quique eum non sivit diutius labores obire apostolatus vagi; qua re ad recessum supra memoratum est missus S. Sosii, ubi usque ad mortem mansit (annis 1869-1905), cum confessarii munere. Indefatigabilis fuit paenitentiae minister, confessarius conquisitissimus non solum a fratribus sodalibus, et a fidelibus Fabraternis, verum etiam a locis circumiacentibus. Servi Dei paenitentes gradatim multiplicati sunt, adeo ut ad S. Sosium glomeratim et catervatim pervenirent, patienter exspectantes suas vices ut peccata sua P. Fortunato Mariae confiterentur, qui **Severus** erat idemque suavis, medicus et pater, pastor et amicus suorum paenitentium, ita ut nonnulli, viri atque mulieres, multos annos erga eum fideles manserint. Ipsi pueri multaeque puellae illum adibant sedulum spiritus patrem quaesituri, praesertim quod ad eorum vocationem ad effectum adducendam pertinebat. Omnibus is magnum peccati horrorem inculcabat, Dei amorem in usu positum, deprecatione nisum cotidiana atque diligenti proprii officii exsecutione, industriam in proximum proprii circuli caritatem, praecipue in egeniores et solos. Omnibus tamquam signa proponebat amorem redimentem Iesu Crucifixi et Virginis Perdolentis commiserationem, quam Servus Dei viam habebat necessariam qua animas ad perfectionem adduceret.

Sed ipse Servus Dei exemplar se praebebat omnium virtutum, primum omnium fratribus sodalibus, qui eum videbant Passionistam optimum, perfectum, Conditoris imitatorem per ardentem deprecationis spiritum, solitudinis, mundi neglectionis atque paupertatis. Eucharistiae adorator indefatigatus et minister dignissimus, Passionis contemplati vus, austerus et dulcis in dilecta paupertate, silentii ac secessus studiosus: talem se suae Communitati ostendebat et imprimis iuvenibus professis, qui in eo patrem spiritalem prudentem et indulgentem in veniebant, sed rigidum quoad res spiritalitatis Passionistae, quae recusari non possunt.

Fidelibus, qui ad eius sedem confessionalem concurrebant is fuit ante omnia « vir Dei », qui consolabatur et hortabatur, qui absolvebat et monebat etiam duriter qui parum erat in Deum generosus; interdum erat aegrorum precator et amicus, cum signis quae nonnumquam prodigiosa visa sunt, potissimum in vexationibus diabolicis. Saepe ad ostium cernebatur panem pauperibus distribuens; sed suum in proximum totum amorem patefecit eo quod se ipsum omnino suumque tempus dedidit laborioso confessionum peccatorum audiendarum ministerio. Idque triginta quinque ferme annos in ecclesia S. Sosii, intermissionibus et feriis sibi non concessis.

Procedente tempore obque labores valetudo Servi Dei magis magisque extenuari coepit, maxime propter cordis difficultates, adeo ut primis men-

sis Novembris diebus anno 1905 paralysi correptus sit et locutionis amissu. In lecto iacere voluit veste religiosa indutus, sicut tunc Regula Passionistarum praescribebat, artius in dies Deo se coniungens in deprecatione et in serena doloris acceptione. Apoplexis temptationibus crebrioribus arreptus, die proximo ante diem Domini natalem summa cum pietate voluit sanctum Viaticum accipere et Unctionem Infirmorum. Primo diluculo diei 28 mensis Decembris anno 1905, SS. Innocentium festi, Servus Dei, a Communitate religiosa precante circumdatus, hanc reliquit terram ut veram ingrederetur vitam, quam tantum exoptaverat. Duobus diebus eius corpus prolatum pietati fidelium mansit, qui frequentissimi convenerunt ut postremum illum venerarentur, quem « sanctum S. Sosii » appellabant. Sepultus est in parvo coemeterio intra saeptum recessus; anno vero 1926 translatum est in ecclesiam S. Sosii, ubi adhuc quiescit. Cum est translatum, fidelium frequentia iterata est, quae in exsequiis: quod indicium fuit haud dubium sanctitatis famae, quam Servus Dei sibi comparaverat.

Propter probatas rationes ad Causam non pertinentes, solummodo annis 1957-1961 celebratus est processus ordinarius Verulanus itemque nonnulli rogatoriales, cum testium interrogatione et magnorum instrumentorum collectione. Promulgato anno 1968 decreto super scriptis Servi Dei et anno 1983 decreto super processus auctoritate, est necessaria *Positio super virtutibus* apparata pro novis *Normis*. Die 18 mensis Februarii anno 1992 Congressus Consultorum Theologorum Peculiaris actus est, praesidente Rev.mo D.no Antonio Petti, Fidei Promotore Generali.

Patres Cardinales et Episcopi in Congregatione Ordinaria diei 19 mensis Maii eiusdem anni, Causae Ponente Exc.mo D.no Hieronymo Grillo, episcopo Centumcellarum-Tarquiniensi, agnoverunt Servum Dei heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Fortunati Mariae a S. Paulo, Sacerdotis professi Congregationis Passionis Iesu Christi, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 11 mensis Iulii A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

II

VINDOBONEN. seu SABARIEN, seu SIDEROPOLITANA

DECRETUM

Canonizationis servi Dei Ladislai Batthyány-Strattmann viri laici - patrisfamilias - medici (1870-1931).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Sicut Christus circuibat omnes civitates et castella curans omnem languorem et infirmitatem in signum adventus Regni Dei, ita et Ecclesia per filios suos iungitur cum hominibus cuiuscumque condicionis, maxime vero cum pauperibus et afflictis, atque libenter pro eis impenditur. Participat enim eorum gaudia et dolores, novit vitae adspirationes et aenigmata, eis in anxietatibus mortis compatitur » (Conc. Oec. Vat. II, Decr. *Ad gentes,* 12).

Fidelium christianorum rectorum assidua opera, qui in se fratrum dolores assumunt, quique ad quamlibet eorum necessitatem levandam laetanter intendunt, continuo in Ecclesia renovatur. Hi Ecclesiae filii, erga « Exemplar » fideles, in historia communionis fidei atque caritatis navarum laboraverunt, cultae sanctitatis testimonio signatarum. Servus Dei Ladi-

slaus Batthyány-Strattmann hanc participavit sanctitatem in servitium eorum, quos Dominus in eius posuit itinere. Nobilis, totam suam pro pauperibus proque aegrotis vitam impendit, cum probitate agens, abstinentia atque animi magnitudine.

Coniunx fidelis et multorum filiorum pater, christianis ascesis ac caritatis bonis est usus integramque constituit familiam. Propter eiusmodi vitam, vero christianismo insertam explicato et proposito, is est in numerum adscribendus patronorum familiae et auctorum unitatis Europaeae, in valoribus spiritalibus et culturalibus christianismi positae.

Servus Dei, ex quattuordecim filiis undecimus, mensis Octobris die 28 anno 1870 ortus est in oppido *Dunakiliti,* in Hungaria, et est post septem dies baptizatus. Eius educationi prospexerunt mater — « sancta », sicut ipse eius meminiscitur — et postea Patres Societatis Iesu in ephebeis Caroloburgensi apud Vindobonam et Calociensi in Hungaria. Tristes familiares eventus eius signaverunt iuvenilem aetatem: matrimonium, quod pater — matre etiam vivente — postquam Lutheri doctrinae adhaeserat, cum muliere Lutherana contraxit uxoris suae comite, ac deinde matris mors immatura, vix duodequadraginta annos natae. Undecim annorum primum Sanctam Communionem accepit, quae eum omnino mutavit. Die 13 mensis Iunii anno 1890 cursum studiorum lycei confecit.

Fratre maximo natu mortuo, pater Ladislaum coegit nomen in agrariam disciplinam profiteri, ut se praepararet ad administrandum olim immensum familiae patrimonium. Sed eius mentis illecebrae alio illum impellebant; quam ob rem a disciplina ad aliam transibat disciplinam: agrariam, chemiam, philosophiam, astronomiam. Hinc est vere ecléctico cultu instructus, et tandem, anno 1893, permissu patris morientis suam animi inclinationem sequi potuit, nomen in medicinam professus. Scholasticus ambulatorium medicum constituit eximium in suo castello, a loco *Kòpcsény* denominato, ubi gratis pauperes curabat.

Aestate anni 1898 Teresiam Coreth comitissam cognovit et paucis post mensibus se matrimonio iunxit. Anno 1900, Vindobonae, medicinae et chirurgiae est doctor renuntiatus. Eodem anno primus ei natus est filius, quem tredecim alii, usque ad annum 1918, secuti sunt; quos parentes cum amore acceperunt atque educaverunt, semper quidem et assidue secundum christianae religionis principia.

Medicus chirurgus magni existimatus suo sumptu valetudinarium aedificavit et rexit, ubi excipiebat et curabat quotquot, pauperes praesertim, a tota Regione Castellana concurrebant. Ophthalmoiatriae studium potissimum coluit, cuius brevi peritissimus evasit.

Annus 1906 eius nominationis in principem annus fuit, sed ante omnia annus eius, quam ipse « suam conversionem » vocavit, cum, post peccatorum confessionem generalem, novam iniit vitam, qua ad virtutis culmen est ductus. Eius pietas progressa est et clarius in dies animadvertit se vocari ad vitam suam proferendam in futurum cum vitae aeternae studio, quod ex deprecatione patebat, ex cotidiani laboris exsecutione exque officiorum personalium, familiarium ac professoriorum effectione. Eius diei capita Missa cum communione erat et meditatione, mane, ac Rosarium vesperi, una cum familia. Sanctissimum Sacramentum saepe visebat, in castelli sacrario servatum et in adoratione manebat. Praecipue religionem colebat ac diffundebat in Sacrum Iesu Cor, magnamque erga Virginem Mariam pietatem, quam honorabat Parvi Officii recitatione.

Cum dives esset ingentiaque possideret praedia, quae cum iustitia administrabat largiter reditibus utebatur pro suis aegrotis proque pauperibus. Cum prius totius mundi bellum exarsit, suum suppeditavit valetudinarium et militibus aegris sauciatisque adsiduitatem praebuit. Post pacis foedus, anno ictum 1919, quandoquidem eius natio Austriae addita erat, in Hungariam se contulit, ad urbem *Könnend,* et ibi quoque castelli sui alam in nosocomium ophthalmicum convertit. Eius caritas non ad solas spectabat corporum necessitates, sed imprimis ad aegrotorum animas. Operari ac defatigari perrexit pro suis aegris, non immemor tamen suorum mariti ac patrisfamilias munerum.

Anno 1921, vix unum et viginti annos natus, ei mortuus est filius maximus natu, Odo appellatus; hinc magno est affectus dolore, quem christiana cum fide toleravit. Anno 1926 solus ipse morbi sui — cancri vesicam corripientis — diagnosim fecit, sed non ilico de eo est familiae locutus. Tranquille morbum accepit. Die autem 27 mensis Novembris anno 1929 est sectus. Quattuordecim dolorum inenarrabilium menses subsecuti sunt — vera cruciatuum series — quos magna cum animi fortitudine tulit et erga Dei voluntatem obsequio. Vesperi diei 22 mensis Ianuarii anno 1931, fidei solaciis confirmatus, ab uxore filiisque circumdatus, e vita decessit.

Ad exsequias frequentissimi fideles convenerunt: quod sane honos fuit ab humilibus tributus, qui « medico sancto » gratias acturi accucurrerant. Eius corpus collocatum est in crypta familiae Batthyány, in ecclesia Austriaci oppidi *Güssing;* nunc vero, translatum, est opportune positum in superstante ecclesia.

Sanctitatis fama, qua vivus floruit, post mortem quoque mansit multique efflagitarunt ut Canonizationis processus initium fieret. Vix tredecim post annis Archiepiscopus Vindobonensis processum iniit informativum, et

alius eodem tempore, rogatorialis, Sabariae in Hungaria celebratus est. Difficultates externae in finibus Europae Orientalis ex publica condicione exortae, effecerunt ut Causa haereret, quae solummodo post triginta annos resumi potuit et Sideropolitanae dioecesi concredi, in qua annis 1986-1988 additionis processus est actus. Decretum super Servi Dei scriptis die 19 mensis Ianuarii promulgatum est anno 1981. Exitu cum prospero die 13 mensis Decembris anno 1991 Consultorum Theologorum super virtutibus Congressus Peculiaris est actus, cui Fidei Promotor Generalis praefuit Rev.mus D.nus Antonius Petti. Deinde Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria diei 2 mensis Iunii anni 1992, Causae Ponente Em.mo Cardinali Vergilio Noè, professi sunt Servum Dei Ladislaum Batthyány-Strattmann heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutes decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ladislai Batthyány-Strattmann, viri laici, patrisfamilias, medici, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 11 mensis Iulii A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

III

ALMERIEN.

Canonizationis Servorum Dei Didaci Ventaja Milán episcopi Almerien., Emmanuelis Medina Olmos episcopi Guadicen. et VII sociorum ex instituto Fratrum Scholarum Christianarum in odium fidei, uti fertur, interfectorum (f 1936).

SUPER DUBIO

An constet de martyrio eiusque causa, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Haec est annuntiatio, quam audistis ab initio, ut diligamus alterutrum. Non sicut Cain: ex Maligno erat et occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant, fratris autem eius iusta» *(1 Io* 3, 11-12).

Quod initio accidit humani generis, saepe per historiae cursum iteratum est; tenebrarum enim filii, nec Deum amantes nec proximum, nec lucem ferentes ex iustorum vita manantem, eos non raro persequuntur et interdum etiam occidunt (cf. *Sap* 2, 12-16).

Hanc sortem ipse Dominus Iesus cum amore et propter amorem subiit, Sanctus et Iustus (cf. *Act* 3, 14), a populo suo negatus et in cruce immolatus pro peccatis nostris propitiatio (cf. *1 Io* 4, 10). Post illum in eius discipulos proruit persecutio, sicut ipse praedixerat: « Tradent vos in tribulationem et occident vos, et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum » *(Mt* 24, 9). Ita a principio ad nostros usque dies multi Ecclesiae filii artius sunt cum Christi cruce coniuncti et ad supremum caritatis testimonium dandum vocati per sanguinis effusionem.

In fulgido praeclaroque martyrum numero non pauci sunt Hispanici christiani, annis 1936-1939 pro fide interfecti, dum eorum patria bello civili et iniqua persecutione subvertebatur contra Ecclesiam, eius membra et institutiones. Peculiari odio et furore Episcopi, sacerdotes ac religiosi vexati sunt, quorum nulla alia culpa erat, si dicere fas est, quam in Christum credere, evangelium nuntiare ac populum ad viam salutis adducere. Eorum occisione Christi eiusque doctrinae inimici spe ducebantur posse se Ecclesiam ex Hispanica terra funditus eradicare et victoriam providere atheismi simulque communismi conversionis, nescientes tamen Deum populo suo invigilare illumque liberare de ore leonis (cf. *2 Tim* 4, 17).

In iis, qui tum vitam devoverunt pro fide sunt episcopus Almeriensis, episcopus Guadicensis et septem religiosi Instituti Fratrum Scholarum

Christianarum: qui, causa indicta, capitalis poenae damnati sunt a Tribunali populari aestate anni 1936.

1. Episcopo Almeriensi nomen erat Didacus Ventaja Milán. Natus est die 22 mensis Iunii anno 1880 in oppido *Ohanes,* intra dioecesis Almeriensis fines. Studia exercuit apud Sacrum Montem Granatensem et deinde Romae, ubi est sacerdos ordinatus anno 1902. Apud Sacrum Montem cappellanus fuit et postea canonicus ac professor. Eodem tempore se cum fervore apostolatui dedidit, insignis fidelitate erga munera sacerdotalia, pastorali caritate, humilitate et pietatis spiritu. Anno 1935 est Almeriensis Episcopus nominatus, quam dioecesim unum annum administravit, ob ardorem apostolicum, caritatem erga omnes, prudentiam, firmitudinem, austeritatem et vitae simplicitatem atque multam eruditionem aestimatus. Cum in discrimine esset ne ipse vexaretur, gregem relinquere noluit, quamvis copiam id faciendi pluries habuisset. Die 25 mensis Iulii anno 1936 militiam, qui dicebantur, eius aedem episcopalem occupaverunt, hincque compulsus est ad confugiendum in domum Vicarii sui, quo paulo post (die 27 mensis Iulii) Episcopus quoque Guadicensis pervenit.

2. Servus Dei Emmanuel Medina Olmos, Guadicensis episcopus, natus est in castello *Lanteira* die 9 mensis Augusti anno 1869, in eiusdem dioecesis territorio. Post sacerdotalem ordinationem, quam viginti duos annos natus acceperat, parochus nominatus est Sacrarii Guadicensis et praefectus studiorum in Seminario. Dein canonicus et rector fuit Sacri Montis Granatensis, qui tunc erat publica Studiorum Universitas. Impensum explicavit apostolatum tamquam missionum praedicator optimusque catechista Hispanicus habebatur. Proximus adiutor fuit Servi Dei Andreae Manjón in regendis Scholis ab *Ave Maria.* Anno 1925 creatus est episcopus auxiliaris Granatensis et anno 1928 episcopus Guadicensis. Pastor magnis dotibus spiritus et intellectus praeditus, gregem suum gubernavit apostolico cum studio, prudentia et spiritu paterno, peculiari cura adhibita de institutione catechetica deque seminarii alumnorum formatione. Humillimus erat, piissimus, pauperrimus. Die 27 mensis Iulii anno 1936 eius sedes episcopalis a turba effrenatorum capta est, urbis syndico ducente, qui non impedivit quominus contemneretur ab eis. Est deinde vectus Almeriam pecuario vehiculo ac in domum ductus, ubi iam erat episcopus Didacus Ventaja Milán.

Duo illi Pastores in ea domo custoditi sunt usque ad diem 12 mensis Augusti subsequentis, cum, comprehensi, in carcerem sunt inclusi. Ambo, conscii cruentae mortis, quae eos manebat, ad supremum sacrificium se praeparaverunt multa cum serenitate interiore et exteriore, deprecatione

fulti, mira eum patientia iniurias tolerantes et contumelias, magna utentes caritate erga persecutores, quibus ignoverunt. Nocte inter diem 29 et diem 30 mensis Augusti trucidati sunt in quodam loco inter *Félix* sito et *Vícar*. Postid eorum corpora benzinio conspersa usta sunt. Eorum reliquiae in propria cuiusque Cathedrali quiescunt.

Septem religiosi Instituti Fratrum Scholarum Christianarum Almeriae suum explicabant apostolatum, cum, diversis in adiunctis, die 22 mensis Iulii anno 1936 comprehensi sunt. Custoditi, forti animo fidem suam testificati sunt ac se ad martyrium tranquille praeparaverunt, deprecantes, firmiter indignitates perferentes, custodiae socios consolantes.

Nocte inter diem 30 et diem 31 mensis Augusti in oppido *Tabernas* tres eorum interfecti sunt eorumque corpora in puteum iacta. Fuerunt hi Servi Dei:

1. Frater Edmigius, in saeculo Isidoras Primo Rodríguez, natus in oppido *Adalia,* intra fines dioecesis Palentinae, pridie Nonas Apriles anno 1881. Professionem religiosam fecit anno 1911. Excellens fuit educatur et pius religiosus, prudens ac in Virginem Mariam religiosissimus.

2. Frater Amalius, in saeculo Iustus Zariquiegui Mendoza, ortus in pago *Salinas de Oro,* in dioecesi Pampilonensi, postridie Nonas Augustas anno 1886. Professionem fecit anno 1915. Cum spiritu servitii se tradidit pueris educandis, quorum simplicitatem et innocentiam aemulabatur.

3. Frater Valerius Bernardus, in saeculo Marcianus Herrero Martínez, natus in loco *Santa María de Porquera de los Infantes,* in dioecesi Burgensi, die 9 mensis Iulii, anno 1909. Professionem religiosam fecit anno 1934. Sua religiosi et praeceptoris munera explevit diligenter, ac bonitate, humilitate et docilítate eminuit.

Die 8 mensis Septembris in via ad locum *Boquetas* ducente, plumbo transfossi sunt:

1. Frater Teodomirus loachimus, in saeculo Adrianus Sáinz Sáinz, ortus in vico *Puéntedey,* in dioecesi Burgensi, die 8 mensis Septembris anno 1907. Religiosam fecit professionem anno 1932. Fervens fuit religiosus, disciplinae amans, erga omnes affabilis, educatur optimus.

2. Frater Eventius Richardus, in saeculo Eusebius Alonso Uyarra, natus in vico *Viloria de Rioja,* in dioecesi Calaguritana et Calceatensi, die 5 mensis Martii anno 1907. Anno 1932 religiosam fecit professionem. A fratribus sodalibus magni est habitus ob pietatem, disciplinae observantiam, comitatem atque praeceptoris facultates.

Horum duorum Servorum Dei corpora, occultata, numquam sunt reperta.

Nocte inter diem 12 et diem 13 mensis Septembris ad puteum de *Cantavieja* apud *Tahal* plumbo interfecti sunt:

1. Frater Aurelius Maria, in saeculo Benvenutus Villalón Acebrón, natus in oppido *Zafra de Zancara,* in dioecesi Conchensi, die 22 mensis Martii anno 1890. Professionem religiosam fecit anno 1918. Cum est comprehensus rector erat Ephebei Almeriensis. Religiosus fuit probissimus, bona indole praeditus, ardenter iuvenum educationi deditus, pius et humilis.

2. Frate Iosephus Cecilius, in saeculo Bonifatius Rodríguez González, ortus in oppido *Molina de Ubierna,* sito intra fines dioecesis Burgensis, pridie Idus Martias anno 1885. Professionem religiosam fecit anno 1913. Habilissimus fuit in operis manuum pariterque in exsecutione munerum consecrati, oboediens, officiosus, amabilis in omnes.

Horum Servorum Dei corpora sunt, post occisionem, in puteum coniecta.

Novem hi Christi discipuli sunt veri martyres habiti, quandoquidem persecutionem et mortem pro fide passi sunt. Eiusmodi fama perdurante Episcopus Almeriensis Causae canonizationis initium fecit per celebrationem processus ordinarii informativi (annis 1954-1955), cui additi sunt rogatoriales Granatensis (anno 1954 celebratus) et Guadicensis (anno 1954 actus); quorum auctoritas et vis probata est decreto die 20 mensis Octobris anno 1989 promulgato. Prospero cum exitu die 29 mensis Maii anno 1992 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, cui praefuit Fidei Promotor Generalis Rev.mus Antonius Petti. Deinde Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria diei insequentis mensis Octobris 6, Causae Ponente Exc.mo Angelo Palmas, Archiepiscopo titulari Vibianensi, professi sunt Servos Dei Didacum Ventaja Milán, Emmanuelem Medina Olmos et septem Socios Instituti Fratrum Scholarum Christianarum, veros fidei martyres putandos esse.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servorum Dei rite conscriberetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servorum Dei Didaci Ventaja Milán, episcopi Almeriensis, Emmanuelis Medina Olmos, episcopi Cuadicensis, et VII Sociorum ex Instituto Fratrum Scholarum Christianarum, in odium fidei, anno 1936, in Hispania interfectorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. SS S.

£8 Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

IV

ANICIEN.

Canonizationis Ven. Servae Dei Agnetis a Iesu Galand de Langeac Monialis professae O. P. (1602-1634).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Agnes a Iesu Galand est in Gallica civitate *Le Puy-en-Veley* nata die 17 mensis Novembris anno 1602. Post pueritiam prorsus Domino deditam beataeque Virgini Mariae, cui se septem annorum consecraverat, itemque pauperibus, est ingressa Ordinem Paenitentiae Sancti Dominici (id est Tertium Ordinem). In novo monasterio Sanctae Catharinae Senensis in urbe Langiaco, postridie Kalendas Februarias anno 1625 sollemnem fecit professionem et subsequenti anno est novitiarum magistra nominata deindeque Communitatis Priorissa. Ardenti eminuit in Iesum Christum amore atque studioso spiritu apostolico, unde continuas pro Ecclesia et sacerdotibus deprecationes ac paenitentias offerebat. Bénéfice valuit apud iuvenem Ioannem Iacobum Olier, futurum Societatis Presbyterorum a Sancto Sulpitio conditorem. Sancta habita, in suo obiit monasterio die 19 mensis Octobris anno 1634.

Canonizationis Causa anno inita est 1698 et anno 1713 super Causae introductione est decretum promulgatum. Summus Pontifex Pius VII, die mensis Martii 19, anno 1898, agnovit Sororem Agnetem a Iesu heroum more virtutes exercuisse théologales, cardinales iisque adnexas.

Ad beatificationem obtinendam Causae Actores iudicio permiserunt Congregationis de Causis Sanctorum mirum coniectum eventum Langiaci patratum et intercessioni adscriptum eiusdem Servae Dei. Hoc factum spectat ad dominam Chlothildem Alinam Citerne, Petro Victori Joumard nuptam, quae, in fine tertiae praegnationis, die 19 mensis Aprilis anno 1951, umorem amnioticum ante tempus amisit, aquas videlicet, sine signis partus dolorum. Medicus, eam visitans, animadvertit fetum in transverso esse, dorsum ostendentem eiusque pondus solito maius esse; insuper familiaribus significavit dominae condicionem gravem esse et irreversibilem atque aut nascituri vitae aut matris esse necessarium iacturam facere.

In hac terribili optione, cum simul nulla esset facultas praegnantem in valetudinarium deducendi, ipsa domina Chlothildis Alina, medicus et familiares ad divinum auxilium cum fiducia recurrerunt per Venerabilis Servae Dei Agnetis a Iesu intercessionem. Post diem unum et dimidium initium habuerunt dolores partus. Medicus repperit eventum, repentinam et inexplicabilem fetus status mutationem, non iam dorsum vertentis, sed caput. Ita horam circiter ad primam diei 21 mensis Aprilis, per vias naturales, puellula orta est omnino sana.

De hoc casu anno 1987 processus canonicus instructus est apud Curiam Aniciensem, quem est secutus processus additicius, anno 1990 celebratus: quorum processuum auctoritas et vis probata est per duo decreta, annis 1989 et 1991 promulgata.

Consilium Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum hunc casum inspexit in sessione diei 26 mensis Februarii anno 1992 et consentiente voce hanc edixit sententiam: *Diagnosis:* « Pluripara. Fetus status transversarius cum dorsi expositione. Membranarum abruptio praematura. Macrosomia fetalis. Methrorragia secundaria »; *Prognosis:* « Infausta quoad fetum aut matrem si curatio ex manu non esset effecta »; *Therapia:* « nulla peracta »; *Ratio expletionis physiologicae per vias naturales:* « Exitus pro hodierna scientia inexplicabilis ».

Die 22 mensis Maii anno 1992 est actus Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, Rev.mo Antonio Petti, Fidei Promotore Generali, praesidente; die 20 insequentis mensis Octobris effecta est Congregatio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Gagnon. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua,

vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandos, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Agnete a Iesu Caland de Langeac, videlicet de « espletamento di parto per vie naturali in Clotilde-Aline Citerne, coniugata Joumard, pluripara, con situazione trasversa del feto con presentazione di spalla, rottura prematura delle membrane, macrosomia fetale, metrorragia secondaria ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 83 S.

83 Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus PP. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 24 Decembris 1992. — Cathedrali Ecclesiae Augustanae Vindelicorum, R. P. Victorem Dammertz, e Congregatione Ottiliensi O.S.B.

die 28 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Sideropolitanae, R. D. Paulum Iby, Vicarium generalem eiusdem dioecesis.

die 20 Ianuarii 1993. — Cathedrali Ecclesiae Macapensi Exc.mum P. D. Ioannem Risatti, P.I.M.E., hactenus Episcopum Parintinensem.

die 26 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Iterisi, R. D. Iacobum A. Tamayo, e clero dioecesis Corporis Christi, et curionem paroeciae Sanctissimi Sacramenti in oppido vulgo Laredo, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi A. Fiorenza, Episcopi Galvestonensis-Houstoniensis.

die 30 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Rivadaviae R. D. Petrum Aloisium Ronchino, S.D.B., hactenus Administratorem dioecesanum eiusdem Ecclesiae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Maurianensi R. D. Ioannem Carolum Maccarone, hactenus parochum in dioecesi Clivi Zamorensis, quem costituit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 8 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Templensi-Ampuriensi R. P. Paulum Atzei, O.F.M. Conv., Provinciae Sardiniae eiusdem Ordinis Ministrum Provincialem.

die 16 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Cremonensi Exc.mum P. D. Iulium Nicolini, hactenus Episcopum Albae Pompeiensis.

— Cathedrali Ecclesiae Sonsonensi-Rivi Nigri Exc.mum P. D. Flavium Calle Zapata, hactenus Episcopum Praelatum Sinuensem Superiorem.

NOMINATIO

Lato decreto a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II per Apostolicas sub plumbo Litteras nominavit:

die 13 Februarii 1993. — Archiepiscopum coadiutorem metropolitanae Ecclesiae Mendozensis Exc.mum P. D. Iosephum Mariam Arancibia, hactenus Episcopum titulo Geruntino et archidioecesis Cordubensis in Argentina Auxiliarem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Visita Ufficiale:

Venerdì, 19 Febbraio 1993, S. E. il Signor **MILAN KUCAN**, Presidente della Repubblica di Slovenia.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Sabato, 20 Febbraio 1993, S. E. il Signor **ANTONIO AUGUSTO DE MEDEIROS PATRICIO**, Ambasciatore di Portogallo presso la Santa Sede.

Lunedì, 22 Febbraio 1993, S. E. il Signor **NOH YOUNG PARK**, Ambasciatore della Repubblica di Corea presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Giovedì, 21 Gennaio 1993, S. E. il Signor **KETUMILE MASIRE**, Presidente della Repubblica del Botswana.

Lunedì, 1 Febbraio 1993, S. E. il Signor **ALEXANDER MEKSI**, Primo Ministro di Albania.

Lunedì, 15 Febbraio 1993, S. E. il Signor **GEORGE G. D. LEPPING**, Governatore Generale delle Isole Salomone.

Giovedì, 18 Febbraio 1993, S. A. R. **HASAN BIN TALAL**, Principe ereditario del Regno Hascemita di Giordania.

Venerdì, 19 Febbraio 1993, S. E. il Signor **HENRYK GORYSZEWSKI**, Vice Presidente del Consiglio dei Ministri della Polonia.

Da Mercoledì 3 a Mercoledì 10 Febbraio 1993, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio nel Bénin, in Uganda e nel Sudan.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

1 febbraio 1993. S. E. mons. Diego Causerò, Arcivescovo tit. di Meta, *Nunzio Apostòlico nella Repubblica Centroafricana e in Congo.*

11 » » S. E. mons. Pier Giacomo De Nicolò, Arcivescovo tit. di Martana, *Nunzio Apostolico in Siria.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

19 gennaio 1993. P. Anastasio Disch, O.F.M. Cap., *Consultore della Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium ».*

20 » » I signori prof. Augusto Fantozzi, prof. avv. Gian Carlo Perone, dott. Alberto Quadrio-Curzio, dott. comm. Francesco Silvano, *Consultori dello Stato della Città del Vaticano « in aliud quinquennium ».*

» » » Il sig. Virgil C. Dechant, *Consultore onorario dello Stato della Città del Vaticano « in aliud quinquennium ».*

28 » » Mons. Michele Di Ruberto, *Sotto-Segretario della Congregazione delle Cause dei Santi.*

2 febbraio » S. E. mons. Salvatore De Giorgi, Arcivescovo em. di Taranto, *Assistente Ecclesiastico generale dellAzione Cattolica Italiana « in aliud triennium ».*

13 » » Mons. André Lef eu vre, *Consultore del Pontificio Consiglio per la Pastorale per i Migranti e gli Itineranti « in aliud quinquennium ».*

15 » » Mons. Americo Ciani, *Segretario della Biblioteca Apostolica Vaticana.*

16 » » Mons. Luciano Vernili, *Capo Ufficio nella Congregazione per il Clero.*

1 marzo » P. Gaetano Rossell i Clivillers, C.R., *Giudice esterno « ad quinquennium» del Tribunale dAppello del Vicariato di Roma.*

Si rende noto che, con Decreto della Segreteria di Stato emanato il 30 gennaio 1993, e stato costituito con durata triennale presso l'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica il Comitato Consultivo di cui all'Art. 3 del Regolamento Pensioni dell'8 settembre 1992. Il Comitato, presieduto daH'Em.mo Signor Cardinale Rosalio José Castillo Lara, Presidente dell'A.P.S.A., è composto da: S. E. mons. Giovanni Lajolo, Segretario dell'A.P.S.A.; dott. Giorgio Stoppa, Delegato della Sezione Straordinaria; dott. Francesco Riccardi, designato dal Governatorato dello Stato della Città del Vaticano; mons. Angelo Mottola, designato dalla Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli; dott. Antonino Cherubino, designato dalla Radio Vaticana; prof. Giuseppe Gatto, designato dalla Fabbrica di San Pietro; suor Maria Sebastiana Posati; prof. Enrico Nenna..

NECROLOGIO

15	**gennaio**	**1993.**	**Mons. Benvenuto Matteucci, Arcivescovo em. di Pisa** *(Italia).*
16	»	»	**Mons. Jan Gurda, Vescovo tit. di Tasbalta.**
1	**febbraio**	»	**Mons. William Brasseur, Vescovo tit. di Agatonice.**
4	»	»	**Mons. Bernardo Arango Henao, Vescovo em. di Barrancabermeja** *(Colombia).*
12	»	»	**Mons. Miguel Peinado Peinado, Vescovo em. di Jaén** *(Spagna).*
20	»	»	**Mons. Bernhard Stein, Vescovo em. di Trier** *(Germania).*
26	»	»	**Mons. Giulio Oggioni, Vescovo em. di Bergamo** *(Italia).*

An. et vol. LXXXV 6 Aprilis 1993 N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDI:

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio.* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Pontificia Commissio « Pro Russia » in Commissionem Interdicasterialem Stabilem pro Ecclesia in Europa Orientali immutatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Europae Orientalis fidelium solliciti, demutatis condicionibus aequare properamus Commissionem « Pro Russia », probe intellegentes amplius cum pristino proposito non congruere rationes quae suaserunt ut ipsa Commissio conderetur. Decessor quidem Noster Pius PP. XI, recolendae recordationis, curam sedulo adhibuit pastoralem iis qui Russiam incolebant vel iis qui de patria demigraverant. Hanc propter causam anno MCMXXV Commissionem « Pro Russia » condidit, cuius statum exinde reddidit sui iuris motu proprio *Inde ab inito Pontificatu,* die vi mensis Aprilis anno MCMXXX (cf. *AAS* XXII [1930], pp. 153-154). Per hanc autem Commissionem, Apostolica Sedes catholicos illarum regionum tuita est, qui in persecutionibus fidem vivere sunt coacti, dum spes subibat animum, Deo uno tempus noscente, fore ut catholica Ecclesia in eorum patria renovatum florem experiretur.

Recentiores Orientalis Europae eventus effecerunt ut catholicae communitates restituerentur eaedemque sese libere explicarentur. His tamen in novis condicionibus danda est opera, ut communitates illae sustineantur et solidentur, ipsaeque altius radices in patrio solo agant, simulque cum ceteris catholicis communitatibus per orbem terrarum communionem instituant.

Quapropter Apostolica Nostra usi auctoritate, de consilio Venerabilis Fratris Nostri Angeli S. R. E. Cardinalis Sodano, Secretarii Status, aeque ac Excellentissimi Domini Ioannis Ludovici Tauran, ipsius Commissionis « Pro Russia » Praesidis, motu proprio ac certa scientia finem facimus eiusdem Pontificiae Commissionis « Pro Russia », dum videlicet gratias Deo persolvimus de omnibus bonis quae ipsa Ecclesiae attulit compluribusque fidelibus, Russis origine, per septem fere decennia, atque grates simul omnibus habemus, quotquot hos annos acerbos ipsi gravi muneri explendo adlaboraverunt. Eodem tempore Nos, ad normam Constitutionis Apostolicae *Pastor bonus* (art. 21, § 2), Commissionem Interdicasterialem Stabilem pro Ecclesia in Europa Orientali condimus, cuius proposita et structura erunt quae sequuntur:

— Commissio, quam diximus, sollicita erit de Ecclesiis tum Latini tum Orientalis ritus, quae exsistunt in territoriis Europae olim communistarum regimini subiectis, idcirco attinet ad omnes Nationes quae ad quondam Res publicas Foederatas Socialisticas Sovieticas pertinebant, Asia inclusa, atque secundo loco, quantum est necesse, ad ceteras nationes Europae Orientalis.

— Commissionis autem erit catholicae Ecclesiae apostolicam missionem provehere in omnibus operibus, et pariter obsecundare oecumenico dialogo cum orthodoxis cumque aliis orientalis traditionis Ecclesiis. Operam igitur dabit Commissio ut constans sit consuetudo cum variis catholicis institutionibus quae iam diu opem ferunt communitatibus catholicis in Europa Orientali, sive ut earum labores componantur sive ut ipsae novam concitationem adipiscantur.

— Commissionem Interdicasterialem praesidebit Eminentissimus Cardinalis Secretarius Status, cui, veluti membra, nectuntur Secretarius sectionis de rationibus cum Civitatibus, Secretarii Congregationum pro Ecclesiis Orientalibus, pro Clericis, pro Institutis vitae consecratae et Societatibus vitae apostolicae, Secretarius Pontificii Consilii ad Unitatem Christianorum fovendam et Subsecretarius sectionis de rationibus cum Civitatibus. ...

Quaecumque vero a Nobis, hisce Litteris motu proprio datis, statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xv mensis Ianuarii, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabiles Dei Servi Dermitius 0'Hurley, Margarita Bermingham vidua Ball, Franciscus Taylor et XIV Socii, martyres, in Beatorum catalogum referuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

« Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis » *(Io* 8, 31).

Inter clara qui reddiderunt in Iesum Dominum fidelitatis testimonia pariter ac in eiusdem verbum Ecclesiamque XVII christiani Hiberni annumeranda quorum IV episcopi, II sacerdotes dioecesani, IV sacerdotes religiosi, I religiosus professus, VI laici, quique ad diversas ecclesiasticas circumscriptiones pertinentes, mortem obire maluerunt quam a Christi corpore seiuncti quod est Ecclesia (cf. *Col* 1, 24) vitam ducere. Ipsi enim prudenter et libenter annis MDLXXIX-MDCLIV suum sanguinem fuderunt, cum in Hibernia adversus Ecclesiam atque eiusdem filios qui Anglicum regem agnoscere Ecclesiae dominum respuebant vehemens persecutio flagrabat. Septemdecim Dei Venerabiles hi Servi, quorum venerantes et mirantes recordamur, quod ad Apostolum Petrum divinus Pastor dixerat probe sciebant: « Et tibi dabo claves regni caelorum et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis et quodcumque solvens super terram erit solutum et in caelis » *(Mt* 16, 19); et addidit: « Pasce agnos meos... Pasce oves meas» *(Io* 21, 15, 17). Sciebant enim ii Romanum Pontificem Petri Successorem esse et in universali Ecclesia Primatem eundemque perpetuum et visibile unitatis fundamentum sive Episcoporum sive fidelium coetus. Bene igitur in hac veritate fundati nullo pacto ab hac veritate discedere voluerunt, sive blandimentis sive persecutorum minis sive imminenti morte permoti. Itaque usque ad finem erga Redemptoris disciplinam fideles et cum eius Vicario, Summo scilicet Pontifice sociati, coronam vitae sunt consecuti (cf. *Ap* 2, 10).

Primi vitam pro fide impenderunt Patricius 0'Healy Ordinis Fratrum Minorum, Episcopus Maionensis atque sacerdos Conradus 0'Rourke eiusdem religiosi Ordinis, anno MDLXXIX interempti. Eadem testimonia reddiderunt anno MDLXXXI laici Matthaeus Lambert, Robertus Meyler, Eduardus Cheevers et Patricius Cavanagh. Archiepiscopus vero Casheliensis, Dermitius 0'Hurley, anno MDLXXXIV necatus, et eodem anno aerumnose post tres

annos in carceribus transactos mortua est Margarita Bermingham vidua viri Ball. Anno autem MDLXXXV dioecesanus sacerdos Mauricius MacKenraghty interfectus est, et anno MDCII Dominicus Collins, religiosus professus Societatis Iesu. Anno MDCXI sanguinem fuderunt Conorus O'Devany Ordinis Fratrum Minorum, Episcopus Dunensis et Connorensis, et is ab Hiberno primate alter, necnon dioecesanus sacerdos Patricius O'Loughran. Post diuturnos carceres, anno MDCXXI Franciscus Taylor laicus de vita excessit, qui matrimonio iunctus complures liberos genuit. Petrus autem Higgins, sacerdos Ordinis Fratrum Praedicatorum, anno MDCLIII ad supplicium ductus est, et Terentius Albertus O'Brien, Episcopus Emeliensis, anno MDCLI necatus est. Ioannes Kearney, Ordinis Fratrum Minorum sacerdos, anno MDCLIII supplicio affectus est, et Villelmus Tirry, Ordinis S. Augustini sacerdos, anno MDCLIV. Constantes hi Christi testes veri fidei martyres habiti sunt atque earum passionum memoria praesens mansit in Hiberniae plebe, at eorum canonizationis causa tantummodo anno MCMIV incohata est, informativo processu ordinario celebrato. Anno MCMXV decretum prodiit super Causae introductione, deinde processus apostolicus constitutus est. Omnibus rebus iure peractis omnibusque factis feliciter inquisitionibus theologicis, Nobis coram die vi mensis Iulii anno MCMXCI, decretum foras datum super martyrio.

Decrevimus itaque beatificationis ritum celebratum iri die xxvn mensis Septembris insequentis anni.

Hanc igitur hoc die inter sacra ediximus formulam:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Desmondi Connell Archiepiscopi Dublinensis, Richardi Blazquez Perez, Episcopi Palentini, Ennii Antonelli, Archiepiscopi Perusini-Civitatis Plebis, Antonii Quarracino, Archiepiscopi Bonaërensis, Aloisii Mariae de Larrea y Lagarreta, Episcopi Flaviobrigensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Dermitius O'Hurley, Margarita Bermingham vidua Ball, Franciscus Taylor et quattuordecim Socii, Raphaël Arnáiz Barón, Leonia Francisca Salesia Aviat, Nazaria Ignatia a Sancta Teresia a Iesu March Mesa et Maria Iosepha a Corde Iesu Sancho de Guerra Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum, natali: Dermitii O'Hurley, Margaritae Bermingham viduae Ball, Francisci Taylor et quattuordecim Sociorum die vicesima Iunii; Raphaelis Arnáiz Barón die vicesima sexta Aprilis; Leoniae Franciscae Salesiae Aviat die decima Ianuarii; Nazariae Ignatiae a Sancta Teresia a Iesu March Mesa die sexta Iulii; et Mariae Iosephae a Corde Iesu

Sancho de Guerra die vicesima Martii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus minime obsistentibus quibuslibet. Ceterum hi quidem martyres admirabili prorsus exemplo praelucent, quandoquidem praeclara reddiderunt fidei testimonia. Ipsi per haec nostra quoque tempora, quippe qui aevo illo fulserint, docere possunt et homines erudire, Evangelii praecepta demonstrantes, rebus terrestris posthabitis. Comminutas idcirco ecclesialis de his testificationibus tum laetatur tum nova suscipit incitamenta ad altiora patranda et exsequenda.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvn mensis Septembris, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 313.624

II

Venerabilibus Servis Dei Christophoro Magallanes et XXIV Sociis, martyribus, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Et ecce turba magna, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus et tribubus et linguis stantes ante thronum et in conspectu Agni, amicti stolis albis, et palmae in manibus eorum; et clamabant voce magna dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum et Agno » *(Ap* 7, 9-10).

d) coordinare ed assistere i pellegrini diretti a Roma in occasione di avvenimenti straordinari e curare la fase di attuazione delle disposizioni dei Comitati degli Anni Giubilari e di altre celebrazioni;

e) collaborare con le Conferenze episcopali, con gli Ecc.mi Ordinari ed i Comitati che promuovono pellegrinaggi a Roma;

f) coordinare e assistere il movimento di pellegrini che, isolati o in gruppo, si recano nei vari Santuari del mondo per partecipare a manifestazioni religiose presiedute dal Santo Padre.

3. La « Peregrinatio » nell'attuazione della sua attività istituzionale:

a) si potrà avvalere di agenzie e organizzazioni specializzate, previa stipula delle necessarie convenzioni, pur mantenendo la libertà di svolgere direttamente l'attività organizzativa;

b) potrà promuovere iniziative inerenti alla gestione dell'ospitalità dei pellegrini con particolare riguardo ai meno abbienti;

c) è competente a trattare con gli Enti di trasporti nazionali e internazionali per la stipula delle opportune convenzioni;

d) svolge nella Città del Vaticano, in accordo con la Segreteria di Stato, il servizio di biglietteria ferroviaria, marittima, aerea per i Dicasteri e gli Uffici della Santa Sede, per i Sacerdoti, i Religiosi e per tutti i dipendenti; potrà anche svolgere un servizio di assistenza e di biglietteria in favore dei membri delle Rappresentanze della Santa Sede presso le varie Nazioni o Organismi, delle Conferenze episcopali e dei Missionari nel mondo;

e) d'intesa con gli uffici del Vicariato di Roma vigilerà affinché gli Istituti Religiosi e le altre Organizzazioni ecclesiali svolgano attività di ospitalità e ricettive nel rispetto delle disposizioni ecclesiastiche e civili in materia.

4. La gestione della « Peregrinatio » è curata dal Consiglio di Amministrazione, composto da cinque membri che restano in carica per un triennio.

Il Presidente è nominato dal Sommo Pontefice. Gli altri quattro membri sono nominati dal Presidente, con l'assenso della Segreteria di Stato.

Spetta al Consiglio di Amministrazione approvare i programmi della « Peregrinatio » ed i bilanci annuali preventivo e consuntivo, da sottoporre alla Segreteria di Stato, nonché esprimere il proprio parere sulle questioni di maggior rilievo.

5. Il Presidente sceglie e nomina fra i membri del Consiglio di Amministrazione l'Amministratore Delegato.

L'Amministratore Delegato è il rappresentante legale della « Peregrinatio » ed a lui competono i poteri di ordinaria amministrazione, per tutto quanto attiene all'attuazione dei programmi approvati dal Consiglio ed alla gestione economica della « Peregrinatio ».

Gli atti di straordinaria amministrazione devono essere espressamente autorizzati dal Presidente. Per eventuali compravendite di immobili si richiede inoltre l'autorizzazione della Segreteria di Stato.

6. Il Segretario è nominato per la durata di cinque anni dal Presidente sentito il Consiglio di Amministrazione.

Sono compiti del Segretario, che dipende nelle proprie attività dall'Amministratore Delegato, coordinare il lavoro dei dipendenti della « Peregrinatio », curare la conservazione dei documenti, provvedere agli adempimenti per la convocazione del Consiglio di Amministrazione e della Consulta Pastorale, redigere i verbali delle relative riunioni.

7. La Consulta Pastorale è composta da operatori pastorali scelti e nominati per un triennio dal Presidente, sentito il Consiglio di Amministrazione, fra sacerdoti rappresentanti di varie Nazioni, in numero non superiore a dodici.

La Consulta ha il compito di trattare le questioni relative all'animazione spirituale dei pellegrini, allo scopo di realizzare pienamente le finalità religiose della « Peregrinatio ». Essa si riunisce su richiesta dell'Amministratore Delegato.

8. La « Peregrinatio » esplica la sua attività istituzionale sotto il controllo tutorio della Segreteria di Stato, che ne approva i bilanci preventivi e consuntivi, dopo la revisione di questi fatta dalla Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede.

9. La « Peregrinatio » ha un proprio regolamento del personale, corredato da una tabella organica. Il personale viene assunto con contratto sottoscritto dall'Amministratore Delegato, previa autorizzazione del Presidente.

10. Al fine di una più efficace collaborazione con i Comitati, con le Conferenze episcopali e con gli Ecc.mi Ordinari, di cui agli artt. 2 e 3, la « Peregrinatio » potrà nominare propri Delegati d'intesa con le Autorità Ecclesiastiche del luogo e previo parere dei Rappresentanti della Santa Sede presso le Nazioni interessate. Le nomine sono di competenza dell'Amministratore Delegato, previa autorizzazione del Presidente.

Città del Vaticano, 15 febbraio 1993.

ANGELO card. SODANO
Segretario di Stato

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

ACERRARUM

DECRETUM

Canonizationis servi Dei Victorii Mariae De Marino sacerdotis professi Congregationis clericorum regularium S. Pauli (Barnabitarum) (1863-1929).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos et tradidit seipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis » *(Eph* 5, 2).

Exemplum Iesu, amoris victimae pro mundi redemptione, peculiari cum cura secutus est etiam Servus Dei Victorius Maria De Marino, qui a iuventute in caritate ambulavit et libenter vitam in Domini laudem impendit atque in fratrum servitium, "quibus primum tamquam egregius medicus profuit et postea tamquam alacer religiosus ac sacerdos. Erga suam vocationem fidelis et ad Christi imitationem intentus id fecit, quod ipse scripserat: «Amare, pati, propter amorem mori: hoc est sacerdotis propositum ».

Servus Dei Victorius Maria De Marino, coniugum Francisci De Marino, praeturae oppidi *Giugliano* cancellarii, et Mariae Conceptae Cacciapuoti, primogenitus, in loco *Villaricca* ortus est, apud Neapolim, die 7 mensis Iunii anno 1863, et eodem die baptizatus est; anno 1870 primum ad sacram

mensam Eucharistiae accessit et anno 1883 Confirmationis sacramentum accepit. Ad eius formationem parentes contulerunt, paroecia itemque praeceptores, qui eum discipulum habuerunt in Neapolitanis ephebeis « Vittorio Alfieri» (annis 1871-1877) et «Bianchi» (annis 1878-1882), quod Patres Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli (Barnabitae) regebant; quibuscum deinde etiam frequenter Servus Dei consuetudinem habuit, donec unus eorum factus est.

Doctoris medicinae et chirurgiae gradum adeptus anno 1887 apud Neapolitanam Studiorum Universitatem, suam exercuit professionem cum peritia christianaque cum diligentia pro aegrotis, qui frequentes illum adibant.

Singularem ostendit caritatem in pauperes, humiles atque Communitates religiosas femininas. In casibus necessitatis pecuniam largiebatur ad medicinas emendas, vel ipse debita solvebat quae cum medicamentariorum tabernis contrahebant ii, quos curabat. Sapienter corporum cum animarum cura iungebat, aegrotos ad amorem Dei adhortando, ad providentiae fiduciam, ad dolorum acceptionem, ad sacramenta suscipienda et ad bonos christianos se praestandos.

Terrestrium bonorum neglegens, paupertatem colebat et cum assiduitate exsequebatur coniunctionem cum Deo per cotidianam Missam ac Communionem, per deprecationem, pietatem erga Virginem Mariam, castigationem, paenitentiam et theologiae studium.

Ubi primum est doctor renuntiatus se Deo consecrare voluisset inter Barnabitas ingrediendo, sed id non potuit, quoniam et ei parentes obsistebant et sorori graviter aegrotanti assidere debebat. Cum serenitate atque patientia tempora meliora exspectavit, consilio suo non deposito nec ullo erga Deum, familiares et aegros officio praetermisso.

Parentibus sororeque mortuis omnia reliquit, quae possidebat, et die 21 mensis Aprilis anno 1910 in Congregationem Clericorum Regularium S. Pauli introivit. Eximia cum docilitate et humilitate novitiatum peregit in oppido *S. Felice a Cancello* denominato, in provincia Casertana sito, et die 5 mensis Iulii subsequenti anno simplicem professionem fecit. Romae studiis theologicis exercitis, die 20 mensis Septembris anno 1913 in Lateranensi Basilica Sancti Ioannis est sacerdos ordinatus ac, pridie Nonas Iulias anno 1914 Neapoli sollemnem fecit professionem.

Vitam suam consecratam ac sacerdotalem in complurium locorum Congregationis suae domibus egit: oppidi *S. Felice a Cancello,* Arpini, Neapolis.

Egregie est muneribus functus magistri novitiorum, superioris, praeceptoris, aliisque. Eodem autem tempore vehementem ac fructuosum explicavit apostolatum, fervide in praedicationem incumbendo, in confessionum ministerium, in opera misericordiae spiritalis et corporeae. Utilissima fuit et magni habita est assiduitas quam aegrotis praebuit anno 1919, cum pestilentia furebat « spagnola » (« Hispanica ») vocata.

Humilitatem diffudit, affabilitatem, simplicitatem et sanctitatem ubicumque vixit, et quotquot ei occurrerunt, verum in illo Dei hominem viderunt maxima cum diligentia suam sequentem vocationem et cum perfectione, perseverantia spiritalique cum gaudio status sui officia sustinentem. Iam tum cum laicus erat, fidei firmitate effulsit, caritatis ardore, vigore spei. Postquam est factus sacerdos promptius perfectionem appetivit et continuos fecit progressus in virtutum theologalium, cardinalium iisque adnexarum exercitio. Diligenter Dei voluntatem fecit, praecepta observavit, Ecclesiae leges, Regulam cui se dederat votaque religiosa quae erat professus. Accurate quodvis peccati vel vitii genus vitavit, quaerens per omnia Domino placere et quam optime animas adiuvare.

Cum intellegentia ac prudentia supernaturali talenta naturalia multiplicavit, quae caelitus receperat, eaque in Dei gloriam profudit, in Christi regni aedificationem, in proximorum consolationem. Auxilio gratiae fisus est semper et ne in casibus quidem difficilibus umquam serenitatem amisit interiorem et exteriorem, quandoquidem pro certo habebat a Providentia se numquam relictum iri.

Intimam coluit coniunctionem cum Deo vitamque suam consecratam et apostolatum aeternarum veritatum meditatione aluit, pia divinorum mysteriorum celebratione, in Eucharistiam atque in Virginem Mariam pietate, continua deprecatione, sui mundique rerum inanium neglectione, patienti acceptione difficultatum et acerbitatum.

Durum morbum, unde est mortuus, fortiter tulit; namque solacium inveniebat in Communione cotidiana, in precatione inque obsequio erga Dei voluntatem. Fama sanctitatis insignis pie Neapoli de vita decessit postridie Idus Iulias anno 1929, in festo Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, quam multa cum religione prosecutus erat.

Sanctitatis fama, qua in vita fruitus erat, post mortem crevit; qua de re archiepiscopus Neapolitanus Causae canonizationis initium fecit. Cum autem Curia Neapolitana in aliis esset occupata processibus, processus ordinarius informativus celebratus est anno 1954 apud Curiam Acerranam. Sanctae Sedis obtento permissu, ad normam M. P. « Sanctitas Clarior », archiepiscopus Neapolitanus decretum promulgavit super Causae intro-

ductione et processum celebravit cognitionalem (annis 1975-1977), cuius auctoritas et vis probata est postridie Calendas Octobres anno 1981. Exitu secundo, die 9 mensis Iunii anno 1992 Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus, cui praefuit Fidei Promotor Generalis Rev.mus Antonius Petti. Die 3 subsequentis mensis Novembris Patres Cardinales et Episcopi in Congregatione Ordinaria, Causae Ponente Exc.mo Domino Angelo Palmas, archiepiscopo titulari Vibianensi, Servum Dei Victorium Mariam De Marino virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in modum exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Victorii Mariae De Marino, Sacerdotis professi Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

83 Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

II

BARCINONEN.

DECRETUM

Canonizationis Ven. Servae Dei Paulae Montai Fornés (in rei.: Paulae a Sancto Iosepho Calasanctio) fundatricis Instituti Filiarum Mariae Scholarum Piarum (1799-1889).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Paula Montai Fornés (in religione: Paula a Sancto Iosepho Calasanctio) in oppido *Arenys de Mar* orta est, intra fines dioecesis Gerundensis, in Hispania, die 11 mensis Octobris anno 1799. Prima aetate patre orbata, matrem adiuvit in magna sustentanda familia, opera acu pingendo atque denticulis ornando. Eodem tempore alacriter apostolatui se dedidit, parocho suo cooperans. Peculiarem ostendit curam de pusorum ac puellarum educatione. Huic proposito consequendo vitam ex toto consecravit, aliquas scholas aperiendo et deinde Congregationem Filiarum Mariae Scholarum Piarum instituendo. Cum fervore et perseverantia ex spiritalitate vixit Sancti Iosephi Calasanctii quam spiritualibus filiabus suis inculcavit, quibus splendidum dedit testimonium caritatis erga Deum et proximum necnon humilitatis plenaeque fidelitatis erga suam consecrationem. Meritis instructa et fama sanctitatis insignis mortem obiit die 26 mensis Februarii anno 1889 in loco Olesa de Montserrat appellato.

Causa canonizationis inita apud curiam archiepiscopalem Barcinonensem, processus ordinarius informativus est celebratus annis 1957-1959. Quae ius praecipit peractis, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 28 mensis Novembris anno 1988, edixit Servam Dei Paulam Montai Fornés heroum in modum virtutes théologales, cardinales eisque adnexas exercuisse.

Est postea iudicio Congregationis de Causis Sanctorum permissa coniecta mira sanatio, patrata in parva urbe Santos Dumont, in Iudiciforensi archidioecesi sita, in Brasilia, anno 1965, et intercessioni tributa Servae Dei, quae est supra commemorata. Haec sanatio pertinet ad Sororem Mariam Aloisiam Teixeira da Silva, Congregationis Filiarum Mariae Scholarum Piarum sodalem; quae exeunte anno 1964 coepit intestinis laborare; quae vale-

tudinis perturbatio primis anni subsequentis mensibus in deterius mutata est, adeo ut in valetudinarium urbis Santos Dumont bis deducta sit. Cum et morbus ingravesceret et status praeagonicus in quo versabatur, die 19 mensis Martii anno 1965, est ei Unctionis Infirmorum sacramentum ministratum. Quandoquidem meliuscula esse coepit, ad suam rediit religiosam communitatem. Quoniam vero profectibus mutationes in peius succedebant, mense Augusto insequenti est denuo in valetudinarium deducta. Laparatomia facta exploratoria, medici reppererunt abdominis caveam esse tumore maligno perfusam, in colo transverso insidente, cum pancreaticae glandulae leucomate. Nulla erat humana spes curationis. At, inde a mense Martio eiusdem anni infirmae sorores sodales cum fiducia et constantia divinum auxilium invocare coeperunt una cum sui ephebei discipulis per Servae Dei Paulae Montai Fornés deprecationem. Die 3 mensis Septembris, dum ad valetudinarium transferebatur Bellohorizontinum, ut radiotherapia medicaretur, distinctam et subitam salubrem mutationem experta est ciboque solido se aluit: quae res iamdiu non eveniebat. Subsequentibus diebus, dum Servae Dei preces adhiberi pergebant, gradatim vires recepit ac medici perfectam, inexplicabilem in venerunt sanationem.

Anno 1991, apud Curiam Bellohorizontinam celebratus est processus canonicus, in quo ipsa sanata testis fuit. Decretum, quo eius auctoritas et vis probatur, die 24 mensis Maii eodem anno est promulgatum. Congregationis de Causis Sanctorum Consilium Medicorum in sessione diei 14 mensis Maii, anno 1992, haec est elocutum: *Diagnosis:* « carcinoma anguli sinistri coli cum diffusione ad regionem; aegrotae condiciones clinicae admodum deminutae; *Prognosis:* « infausta quoad vitam »; *Therapia:* « chirurgica exploratoria»; *Batió sanationis:* « celérrima, perfecta et mansura; pro huius aetatis scientia inexplicabilis ».

Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, cui praefuit Rev.mus Dominus Antonius Petti, Fidei Promotor Generalis, actus est die 30 mensis Iunii anno 1992. Insequentis mensis Decembris die 15 Patrum Cardinalium et Episcoporum habita est Congregatio Ordinaria, Causae Ponente Exc.mo Domino Paulino Limongi, archiepiscopo titulari Nicaeensi in Haemimonto. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Paula Montai Fornés, videlicet de celérrima, perfecta et mansura sanatione Sororis Mariae Aloisiae Teixeira da Silva a « carcinoma dell'angolo sinistro del colon con diffusione regionale; condizioni cliniche della malata molto scadute ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ffiS.

8B Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

III

BERYTEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Jacobi a Ghazir (in saec.: Khalil Haddad) sacerdotis professi Ordinis fratrum minorum Capuccinorum fundatoris Congregationis sororum Franciscanarum a Cruce de Libano (1875-1954).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« In hoc novimus caritatem, quoniam ille pro nobis animam posuit; et nos debemus pro fratribus animas ponere » *(1 Io* 3, 16).

Servi Dei Iacobi a Ghazir responsum datum amoris Dei erga humanum genus mysterio in verum proximi amorem comprehenditur, praesertim

egentiorum et desertiorum. Sincerus sancti pauperis Asisinatis filius Deo et fratrum ministerio totam dedidit vitam, numquam sibi parcens, mentem et amorem intendens in omnes, sine ullo gentis, religionis, ordinis discrimine. Eam ob rem sui admirationem universo Libanensi populo iniecit, signum factus catholicis, orthodoxis, macometanis: dialogi et oecumenismi, in Christi caritate positorum, splendidum exemplum.

Iacobus (in saeculo: Khalil Haddad) Calendis Februariis ortus est anno 1875 in pago Ghazir (in Libano). Ex quattuordecim filiis tertio loco genitus, in circulo vere christiano est educatus: domi solida imbutus et institutus est fide atque industria caritate in pauperes didicitque dignitatem sedulitatis existimare. Annos natus 17 in Aegyptum migravit, ubi munere est functus praeceptoris, in ephebeo Sancti Marci Fratrum Scholarum Christianarum, Arabicae linguae. Anno institutionis peracto in patriam rediit, patrisque vieta repugnantia inter Fratres Minores Capuccinos est ingressus.

Postulatu studioque linguae latinae perfectis in conventu Sancti Antonii (in pago Ghazir) vestem induit religiosam die 26 mensis Martii anno 1894, nomine capto Iacobo. Per indultum diei 9 mensis Iunii anni 1894 ad ritum latinum se contulit. Post religiosam professionem (annis 1895 et 1898) et studia theologica Beryti est sacerdos ordinatus Calendis Novembribus anno 1901. Exinde variis functus est officiis: oeconomi, missionarii, scholarum rectoris, Tertii Ordinis fautoris, apostoli indefatigabilis in misericordiae operum exercitio pro pauperibus et egenis. Ob multa opera socialia suscepta innotuit: hospitia aedificavit pro senibus, mendicis, orphanis; diribitoria medica pro infantibus derelictis; nosocomia et valetudinaria. Vitam egit bene faciens, ab omnibus propter perfecta opera S. Vincentius de Paul Libanensis appellatus, exaequatus etiam cum sancto Ioanne Bosco cumque sancto Iosepho Benedicto Cottolengo.

Anno 1930 condidit Congregationem Sororum Franciscanarum a Cruce de Libano, quae spiritalitati franciscanae adhaerescit quaeque eius multiformi caritatis operi auxilio fuit efficaci.

Semper et ubique sibi constans, virum sanctum se praebuit sui sacerdotii ac religiosae consecrationis conscium. Homo integrae fidei, quam in deprecatione coluit diuturna, impensam ostendit interiorem vitam. Quam fidem cultu Eucharistiae significavit, Missae celebratione, pietate erga Iesu Passionem et Crucem, filii religione in Sanctissimam Virginem Mariam, studio constanti fidei populi propagationis et confirmationis per scholas, catechesim, Tertiariorum Franciscanorum formationem, predicationem. Ardenter ex spe vixit: omnia instituebat et faciebat pro Dei gloria. Semper

oculos in caelo defigebat; omnes ad congruentem trahebat vitam christianam, quae ad animae ducit salutem.

Eius vita Providentia est mota: quidquid faciebat, in Deo positum erat nihilque eum retroagere poterat. Animo forti fuit et spiritu praeditus apostolico: sciebat se a Deo sustineri, hincque alios confirmabat. Dei amor vitae eius caput fuit totiusque navitatis. Domini flagravit amore sine recusatione. Vita coniunctionis cum Deo vehemens erat, cumque Dei voluntatem potissimam haberet, Deus fons fiebat amoris in proximum, animarum salutis diligentia. Omnino ceteris se dedit, vitam devovendo ut miseriis rebusque adversis populi sui sub veniret. Aegrotos magno prosequebatur amore, pariterque pauperes: pro iis Instituta aperuit, ut eos exciperet iisque serviret: societati aetatis suae apostolus fuit caritatis.

Quietus, consideratus, cautus, gravis et prudens, extrema vitabat et tempestive opportuneque consilia capiebat necessaria. In rebus spiritalibus prudentiam exercuit non solum eligendp et adhibendo vias aptas ad supremum propositum salutis consequendae, verum etiam omnem personarum ordinem, quae illum adibant, ad bonum dirigendo et hortando.

Iustitiae virtus in eius vita fulsit per diligentem exsecutionem munerum erga Deum, cui debitum tribuebat honorem; per oboedientiam superioribus, per fidelem praeceptorum ecclesiasticorum ac religiosorum observantiam, per effectionem variorum munium, per remunerationem iustam cuique dandam; per necessitudinem cum proximo et iurium operariorum observantiam. Etsi humillimus erat et modestus, virtutem fortitudinis miro modo explicavit in itinere ad Deum pro paupere et austera vita laboribusque apostolatus. Praecipue in condendis regendisque suis operibus eximiam ostendit fortitudinem nequaquam a suo officio discedens. Vitam vixit in sacrificio et in continentia iuxta rigorem regulae capuccinorum eius aetatis. Religiosus fuit qui, in votorum observantia, quam optime se gessit, exemploque vitae fuit. Obsequentissimus erga superiores, simplex animo tamquam puer, vita interiore dives, indole firmus et magna praeditus humilitate, omnia a Domino accepit et est consiliis spiritalibus suum largitus thesaurum iis, qui moderatorem spiritus eum habuerunt.

Pie mortuus est octoginta annorum die 26 mensis Iunii anno 1954, affluentissimam hereditatem omnibus relinquens: pauperes videlicet et egenos. Magna sanctitatis fama qua vivus fuit insignis, post mortem erupit; vix namque 6 post mortem annos, die 17 mensis Septembris anno 1960 Beryti initium habuit canonizationis Causa per inchoatum processum informativum super fama sanctitatis, qui die 19 mensis Iunii anno 1964 conclusus est.

Die 24 mensis Februarii anno 1979 promulgatum est decretum super Causae introductione. Processus apostolicus super virtutibus est a die 28 mensis Novembris instructus anni 1979 ad Calendas Novembres anni 1982. Decretum de processuum auctoritate et vi Idibus Martiis promulgatum est anno 1985. Servatis igitur de iure servandis, deventum est ad disceptationem super virtutibus Servi Dei apud Congregationem de Causis Sanctorum, et primum quidem, die 26 mensis Maii anno 1992, in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum, moderante Rev.mo Antonio Petti, Fidei Promotore Generali; deinde, die 17 mensis Novembris eodem anno, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Exc.mo Paulino Limongi, archiepiscopo titulari Nicaeensi in Haemimonto. Et utraque in congressione dubio num Servus Dei heroum in modum coluisset virtutes responsum est datum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iacobi a Ghazir, Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, Fundatoris Congregationis Sororum Franciscanarum a Cruce de Libano, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

IV

CRACOVIEN.

DECRETUM

Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Faustinae Kowalska (in saec.: Helenae) sororis professae instituti sororum B. M. V. a Misericordia (1905-1938).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Maria Faustina Kowalska die 25 mensis Augusti nata est anno 1905 in oppido Glogowiec intra fines Vladislaviensis dioecesis. Duobus solummodo scholae annis frequentatis, tamquam famula operam dedit ut familiam sustentaret pauperrimam. Anno 1925 Varsaviae est ingressa Congregationem Sororum Beatae Mariae Virginis a Misericordia. Cum humilitate et alacritate munia est exsecuta coquae, ianitricis atque hortulanae. Fervore vitae spiritalis eminebat et alta cum Deo coniunctione. Magnam aluit pietatem erga Eucharistiam atque divinam Misericordiam; sacrificii et occultationis studiosa fuit; obsequenter superioribus oboedivit ac diligenter Regulam observavit sui Instituti. Magnam ostendit tranquillitatem et fortitudinem in tolerandis iniustis interpretationibus gravique morbo, quo, per multas acerbitates est Cracoviae mortua die 5 mensis Octobris anno 1938.

Canonizationis Causa est anno 1965 inita apud Curiam Cracoviensem per processus ordinarii informativi celebrationem. Rebus peractis iure statutis, die 7 mensis Martii anno 1992, coram Summo Pontifice Ioanne Paulo II est decretum promulgatum, quo Maria Faustina Kowalska agnita est virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse heroum in modum.

Postea Causae Actores iudicio Congregationis de Causis Sanctorum coniectam miram sanationem permiserunt, eiusdem Servae Dei intercessioni tributam. Haec ad dominam Maureen Cahill pertinebat, domino Digam nuptam, quae septemdecim circiter annorum coepit artus inferioris dextri perturbatione laborare, posita in difficultate deambulandi et inflatione a genu ad pedem, primum modo levi, deinde gradatim graviore. Post varias adhibitas therapias inefficaces, est ei crus dextrum sectum supra genu. Interim etiam in crure sinistro lymphoedema apparuit, cuius condiciones sen-

sim in peius mutatae sunt, adeo ut anno 1981 aegrota multum passa, confecta, tempus ageret in sella rotulis tracta. Crus quoque sinistram ergo secandum videbatur, sed aegra quamlibet aliam recusavit amputationem, et auxilio fisa Venerabilis Servae Dei Mariae Faustinae Kowalska, eius sepulcrum in Polonia cum familiaribus adiit. Et profecto die 28 mensis Martii anno 1981, deprecans supra sepulcrum, clare salutarem mutationem animadvertit, cruris exstincto dolore et tumore. Postea haec mutatio palam Romae perseveravit, quam peregrinatores petiverunt ut Summi Pontificis benedictionem acciperent.

De hac sanatione in Curia Cracoviensi annis 1984-1986 processus est celebratus canonicus, cui additus est rogatorialis Bostoniae actus. De horum processuum auctoritate et vi decretum est promulgatum die 16 mensis Novembris anno 1991. Congregationis de Causis Sanctorum Consilium Medicorum, quod hunc inspexit casum in sessione diei 14 mensis Maii anno 1992, una voce hanc dixit sententiam: *Diagnosis:* « Lymphoedema chronicum artus inferioris sinistri, auctum cellulitide ac thrombophlebitide in aegra cruris dextri amputationem secundaria »; *Prognosis:* « cautissima quoad valetudinem »; *Therapia:* « idonea, sed inefficax »; *Sanationis ratio:* « celérrima, perfecta et mansura, pro nostra scientia inexplicabilis ».

Die 30 mensis Iunii anno 1992 est actus Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, Rev.mo Antonio Petti, Fidei Promotore Generali, praesidente; die 6 insequentis mensis Octobris effecta est in Vaticano Congregatio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Em.mo Cardinali Andrea Maria Deskur. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Maria Faustina Kowalska, videlicet de celérrima, perfecta et mansura sanatione dominae Maureen Cahill a « linfedema cronico arto inferiore sinistro complicato da cellulite e tromboflebite in paziente amputata alla gamba destra e poi disarticolata all'anca destra, con ipertensione secondaria ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 68 S.

68 Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 18 Februarii 1993. — Cathedrali Ecclesiae Algarensi-Bosanensi R. D. Antonium Vacca, e clero archidioecesis Calaritanae, paroeciae vulgo B. V. « del Rimedio » in eadem urbe curionem.

die 20 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Abellinensi Exc.mum P. D. Antonium Forte, O.F.M., hactenus Episcopum Arianensem Hirpinum-Laquedoniensem. ,

die 4 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Durangensi Exc.mum P. D. Iosephum, a Trinitate Medel Pérez, hactenus Episcopum Tullanensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Absoritanae R. P. Petrum Henrici, Societatis Iesu sodalem, Decanum facultatis philosophiae Pontificiae Universitatis Gregorianae in Urbe, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Volfgangi Haas, Episcopi Curiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Missuensi R. P. Paulum Vollmar, Societatis Mariae sodalem, Directorem spiritualem seminariorum maiorum dioecesium Sedunensis et Lausannensis, Genevensis et Friburgensis, quem deputavit Auxiliarem P. D. Volfgangi Haas, Episcopi Curiensis.

ACTA TRIBUNALIUM

VICARIATUS URBIS

TRIBUNAL REGIONALE LATII

ROMANA

Nullitatis Matrimonii (Di Via - Khan)

Citatio edictalis

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Khan Shahid Majid, in causa de qua supra partis conventae, eandem citamus ad comparendum coram huic Tribunali primae instantiae (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma) aut per se aut per procuratorem legitime constitutum in diem 26 m. Iunii a. 1993, hora 9.30, pro concordatione sequentis dubii: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Romae, ex aedibus Tribunalis, die 17 m. Martii a. 1993.

F. Santangelo, *Iudex Instr.*

L. © S.

S. Ciccolella, *V. Cancell.*

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedicti domini Khan Shahid Majid, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur et eius domicilium huic Tribunali communicetur.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 18 Marzo 1993, S. E. il Signor **TOM TSCHERNING**, Ambasciatore di Svezia presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Martedì, 24 Febbraio 1993, S. E. il Signor **ERDAL INÖNÜ**, Vice Primo Ministro di Turchia.

Lunedì, 8 Marzo 1993, S. E. il Signor **JOSEF LUX**, Vice Primo Ministro della Repubblica Ceca.

Lunedì, 8 Marzo 1993, S. E. il Signor **ERMAN GONZALEZ**, Ministro della Difesa della Repubblica Argentina.

Venerdì, 26 Marzo 1993, il Signor **TEODOR MELESCANU**, Ministro degli Affari Esteri della Romania

Giovedì, 18 Marzo 1993, il Santo Padre ha presieduto una riunione degli Em.mi Signori Cardinali Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

15 marzo 1993. S. E. mons. Edoardo Rovida, Arcivescovo tit. di Taormina, *Nunzio Apostolico in Portogallo.*

16 » » S. E. mons. Karl-Josef Rauber, Arcivescovo tit. di Giubalziana, *Nunzio Apostolico in Svizzera.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

28 gennaio 1993. P. Robert P. Maloney, Superiore Generale della Congregazione della Missione, *Membro del Pontificio Consiglio « Cor Unum ».*

» » » Mons. Ivan Marin-Lopez, Segretario del Pontificio Consiglio « Cor Unum », *Membro del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti.*

1 febbraio » Mons. Luigi Guidoni, *Capo Ufficio nella Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

» » » P. Johannes Beutler, S.I., *Membro della Pontificia Commissione Biblica.*

13 » » Il sig. Pierre Boisard, *Membro del Pontificio Consiglio « Cor Unum ».*

10 marzo » P. Raffaele Sacco, R.C.I., *Capo Ufficio nella Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

15 » » Il sac. Cataldo Di Napoli ed i padri Cristoforo Bove, O.F.M. Conv., Tito Maria Sartori, O.S.M., Francesco Ciccimarra, Barnabiia, Manuel Jesus Arrobe Conde, C.M.F., *Giudici esterni « ad quinquennium » del Tribunale Regionale del Lazio per le cause di nullità di matrimonio.*

NECROLOGIO

27 febbraio 1993. Mons. Vilhelms Nukss, Vescovo tit. di Acci.

1 marzo » Mons. Alfredo B. Bacquial, Vescovo tit. di Bavagaliana.

3 » » Mons. Eduardo Poveda Rodríguez, Vescovo em. di Zamora *(Spagna).*

12 » » Mons. Daniel Tji, Vescovo di Won Ju *(Corea).*

» » » Mons. Jacinto Argaya Goicoechea, Vescovo em. di San Sebastian *(Spagna).*

17 » » Mons. Francis Michaelappa, Vescovo di Mysore *(India).*

18 » » Mons. John Joyce Russell, Vescovo em. di Richmond *(Stati Uniti d'America).*

21 » » Card. Sebastiano Baggio, del titolo della Chiesa suburbicaria di Velletri-Segni.

» » » Mons. René Toussaint, Vescovo em. di Idiofa *(Zaire).*

An. et vol. LXXXV 4 Maii 1993 N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio:; Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

KENINGAUENSIS

Nova dioecesis conditur, Keningauensis scilicet in Malaysia Orientali.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Opitulante quidem Domino, inter Malaysiae gentes catholicum nomen laetanter vidimus haud obscurum iam obtinere locum et latius proferri. Ideo Nos aptare properamus ecclesiastica instituta ad feliciores rerum inibi condiciones. Quapropter de sententia Congregationis pro Gentium Evangelizatione, consiliis quorum interest auditis, quae sequuntur, Apostolica Nostra potestate suffulti, decernimus et statuimus. Territorium quod « Interior Division » appellant, vel Malaysiano sermone « Bahagian Pendalaman » a dioecesi Kotakinabaluensi separamus, quod efficiet posthac novam dioecesim Keningauensem appellandam a principe huius regionis urbe. Ipsam insuper archidioecesi metropolitanae Kuchingensi suffragáneam facimus eandemque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus. Fines autem huius dioecesis iidem erunt atque territorii quod vocatur « Interior Division ». Episcopalem porro cathedram ponimus in

templo Sancto Francisco Xaverio dicato, quod in Keningau urbe locatur. Haec omnia ad expedienda Venerabilem Fratrem Albertum Tricarico, Archiepiscopum titulo Sistronianensem atque in Malaysia Delegatum Apostolicum legamus, facta videlicet facultate quempiam alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum subdelegandi. Re demum ad exitum perducta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione diligenter mittantur, contrariis rebus minime quibuslibet officientibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo decimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo altero, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*
Antonius Macculi, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco ffl Plumbi
In Secret. Status tab., n. 320.726

II

ERNAKULAMENSIS-ANGAMALIENSIS

Archiepiscopatus Maior Ernakulamensis-Angamaliensis constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae maiori Christifidelium bono proficiunt, ea, pro gravissimo Nostro munere Pastoris totius Dominici gregis, sedula navitate nitimur praestare. Qua re, cum Ecclesia Syro-Malabarensis a sancti Thomae Apostoli praedicatione, ut constans fert traditio, genita ac proprio venerabili et spirituali patrimonio ditata, saeculorum decursu per tot rerum discrimina in dies firmata creverit, peropportunum Nobis videtur eandem constitui Ecclesiam archiepiscopalem maiorem. De consilio igitur Venerabilis Fratris Nostri Achillis S.R.E. Cardinalis Silvestrini, Praefecti Congregationis pro

Ecclesiis Orientalibus, Apostolica Nostra usi potestate Ecclesiam Syro-Malabarensem constituimus Ecclesiam archiepiscopalem maiorem Ernakulamensem-Angamaliensem nomine appellandam, omnibus factis iuribus et officiis, quae ad normam sacrorum canonum Ecclesiarum Orientalium eidem competunt, mandantes ut eius territorium circumscribatur finibus Provinciarum Ecclesiasticarum Ernakulamensis et Changanacherrensis atque Archiepiscopi Maioris stabilis residentiae sedes in ipsa urbe Ernakulamensi ponatur. Quae vero iussimus ad effectum rite adducantur deque absoluto negotio sueta documenta exarentur et ad Congregationem, quam diximus, mittantur. Hanc denique Apostolicam Nostram Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo secundo, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

ACHILLES card. SILVESTRINI
Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praef.

Angelus Lanzoni, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 320.907

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Raphaeli Arnáiz Barón, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « In iustificatipnibus tuis delectabor, non obliviscar sermonem tuum » *(Psal* 119, 16).

Ii profecto, qui verecundo magnoque animo reputatum Dei verbum coluerint atque, suis neglectis, evanida repudiaverint huius mundi solacia, magnam sibi animi pacem comparant, necnon maxima eademque mansura

afficiuntur laetitia. Id esse verum perspicue in vita adulescentis Rahaëlis Arnáiz Barón ostenditur, qui, sapientia Evangelii accensus et ab omni mundi vanitate seiunctus, ad Deum, quem summum sibi habebat bonum, et mente contemplandum pro viribus et ei inserviendum sic se rettulit, ut per amoris Crucisque viam continuos progressus in notitia et meditatione Domini Iesu fecerit, ab eoque tranquillitatem et gaudium acceperit. Venerabilis Servus Dei, Burgi in natione Hispanica anno MCMXI, die ix mensis Aprilis, natus ex Raphaële Arnáiz Sánchez de la Campa et Maria a mercede Barón Torres coniugibus probisque Christifidelibus, qui loco haud obscuro orti erant bonorumque abundantia früebantur, paucis post diebus fonte baptismatis ablutus est atque Beatae Virgini Mariae Immaculatae Sanctoque Aloisio Gonzaga iam tunc est traditus; anno MCMXIII Confirmationem accepit; anno autem MCMXIX divina Eucharistia primum est pastus. Domesticus convictus in humana progressione, tum pietatis in Deum, tum culturalis ac socialis ingenii, magno ei fuit auxilio. O veti, ubi cum domesticis anno MCMXXII vivere coeperat, lectissimus fuit alumnus Patrum Societatis Iesu sodalium et gradum Baccalaureatus adeptus est; deinde apud Matritensem studiorum Universitatem alacriter in studium architecturae incubuit. Nulla umquam reprehensione dignus, hisce sane inter omnes eminebat dotibus: iucundo fervidoque ingenio et pulchri amore, et in primis quidem amore naturae, picturae et artis musicae; sua in omnes bonitate et animi magnitudine; observantia divinae legis et assidua sacrificii Missae communicatione, cultu Eucharistico et Mariali, oratione et paenitentia. Quibus in omnibus spiritalem vitam suam vehementer pascebat.

Particeps ipse fuerat consociationis Adorationis Nocturnae et sodalicii S. Vincentii de Paul, Congregationis Dominae Nostrae Boni Consilii et societatis Sancti Aloisii Gonzaga; posthac vero, fervidiore in dies facto divino amore, aeque ac studiosa voluntatis cohaerentia cum Dei gratia, consilium ad maturitatem perduxit Deo se devovendi, simul cum optione in Ordinem ingrediendi Cistercensium Strictioris Observantiae, seu ad Monachorum coenobium S. Isidori de Dueñas in dioecesi Palentina exstans. Quare, prorsus paratus ad Iesum pro viribus sequendum, in animum induxit ut, fluxis omnibus relictis rebus, domo scilicet et amicis, commodis ipsisque studiis humanarum rerum et ampla fulgidi copia futuri, totus ac penitus, sub oculos non cadens caelestiumque rerum meditatione devinctus, per i animi humilitatem vitaeque asperitates ad Christum Dominum pertineret. Anno MCMXXXIV Novitiatus initium fecerat die mensis Februarii xvin, paucis tamen post mensibus gravi morbo medendi causa, quo improviso correptus erat, domum rediit, quoad, duobus post annis, se cum dilectissima quam

sibi elegerat Communitate coniunxit. Ob infirmam valetudinem necesse saepe fuit, ut a Monasterio discederet, quo tamen semper regressus firmissimum propositum in animo habebat suae quam optime satisfacere vocationi. Totum ad sermocinandum cum Deo se contulit, omni studio austeram Regulam est amplexatus, strenua cum patientia parique fortitudine infirmam toleravit valetudinem, quam ipsam in quoddam instrumentum convertere voluit valuitque peraptum ad animum purgandum, ad vitam sanctam attingendam, ad amandum Deum et homines. Fide actus, spe corroboratus et caritate, celeres et singulares in via Christianae iustitiae progressus fecit divinaeque ope gratiae miram spiritalis ordinis pulchritudinem est assecutus. Iesu iunctus Cruci Affixo Deique voluntati aequo obsequens animo, anno MCMXXXVIII pie in suo Monasterio obdormivit in Domino, die XXvi mensis Aprilis, cum iam afficeretur fama sanctitatis. Cum in Curia Palentina anno MCMLXII canonizationis causae initium factum esset, deinceps, post expleta iure statuta, anno MCMLXXXIX in conspectu Nostro decretum die VII mensis Septembris editum est, quo agnitum est virtutes théologales, cardinales iisque adiunctas heroum in modum a converso Raphaële Arnáiz Barón cultas esse.

Interim, cognita ad eandem Curiam (aa. MCMLXXXVII-MCMLXXXVIII) causa de coniecta quadam curatione, quae divinitus anno MCMLXXXII, deprecante Venerabili Servo Dei effecta diceretur, pro secundo cognitionis exitu decretum « super miro » die xni mensis Iunii prodiit, anno MCMXCII. Quamobrem statuimus ut beatificationis ritus die xxvn proxime subsequentis mensis Septembris Romae celebraretur. Eoque ipso die hic ad Basilicam Petrianam inter Sacra hanc elocuti sumus beatificationis formulam: « Nos, vota Fratrum nostrorum Desmondi Connell, Archiepiscopi Dublinensis, Richardi Blazquez Perez, Episcopi Palentini, Ennii Antonelli, Archiepiscopi Perusini-Civitatis Plebis, Antonii Quarracino, Archiepiscopi Bonaërensis, Aloisii Mariae de Larrea y Legarreta, Episcopi Flaviobrigensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Dermitius 0'Hurley, Margarita Bermingham vidua Ball, Franciscus Taylor et quattuordecim Socii, Raphaël Arnáiz Barón, Leonia Francisca Salesia Aviat, Nazaria Ignatia a Sancta Teresia a Iesu March Mesa et Maria Iosepha a Corde Iesu Sancho de Guerra Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali: Dermitii 0'Hurley, Margaritae Bermingham viduae Ball, Francisci Taylor et quattuordecim Sociorum die vicesima Iunii; Raphaelis Arnáiz Barón die vicesima sexta Aprilis; Leoniae Franciscae Sa-

lesiae Aviat die decima Ianuarii; Nazariae Ignatiae a Sancta Teresia a Iesu March Mesa die sexta Iulii; et Mariae Iosephae a Corde Iesu Sancho de Guerra die vicesima Martii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Sueta etiam oratione habita de vita ac virtutibus Beatorum, quos modo publice diximus, eos venerati sumus summaque Ipsi cum religione primi invocavimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvn mensis Septembris, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 9$ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 313.623

II

Venerabili Servo Dei Philippo a Iesu Munárriz Azcona et L Sociis, martyribus, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic salvus erit » *(Me* 13, 13).

Ratio sustinendae insectationis ob fidelitatem propriae consecrationi religiosae Iesu Christo ad effectum adducta est a LI religiosis communitatis Seminarii Claretiani Barbastrensis, sodalibus Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis BMV, qui anno MCMXXXVI suae fidei testimonium perhibuerunt perdurante persecutione religiosa Hispanica (annis MCMXXXVI-MCMXXXIX) quinque in manipulis, omnes mense Augusto, Barbastri in urbe, in Aragoniae terra.

Primus manipulus, immolatus in sepulcrali loco matutino tempore diei n mensis Augusti, complectebatur tres religiosos communitati praepositos, qui a ceteris seiuncti et in vincula ducti, conscii suae sortis, ad martyrium prece, caritate, paenitentia et sacramentorum administratione se paraverunt ad supplicium, sine ullius iudicii damnatione. Hi sunt: Philippus a Iesu Munárriz Azcona, Ioannes Díaz Nosti, Leontius Pérez Ramos.

Alter manipulus, immolatus matutino tempore diei xn mensis Augusti prope Barbastrum, in parte vici vulgo Berbegal appellati, complectebatur VI religiosos qui, vi rapti ex conventu et in carcere ad tempus inclusi una cum plerisque suorum sodalium, ad martyrium prece, sacrificio, sacramentis Eucharistiae et Paenitentiae se paraverunt usque dum vocati, mansuete se devoverunt carnificibus quibus venia significaverant, fidem suam confitentes. Ii sunt: Sebastianus Calvo Martínez, Petrus Cunill Padrós, Iosephus Pavón Bueno, Nicasius Sierra Ucar, Venceslaus Maria Claris Vilaregut, Gregorius Chirivás Lacambra.

die 9 Iulii. — Administratorem Apostolicum ad nutum Sanctae Sedis Vicariatus Apostolici Thessalonicensis, Exc.mum P. D. Antoine Varthalitis, Episcopum Corcyrensem.

— Administratorem Apostolicum ad nutum Sanctae Sedis Ecclesiae Rhodiensis, Exc.mum P. D. Nicolaos Foseólos, Archiepiscopum Atheniensem.

die 7 Septembris. — Administratorem Apostolicum sede plena ad nutum Sanctae Sedis Ecclesiae Metropolitanae Fagarasiensis et Albae Iuliensis, Exc.mum P. D. George Gutiu, Episcopum Claudiopolitanum-Armenopolitanum, Szamo-Uiavariensem Romenorum.

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

CRACOVIEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Stanislai Casimiritani sacerdotis professi ordinis Canonicorum regularium Lateranensium « Beati Seu Sancti » nuncupati (1433-1489).

SUPER DUBIO

An constet de fama sanctitatis et de virtutibus heroicis, necnon de cultu ab immemorabili tempore praestito, in casu et ad effectum de quo agitur.

«Missio [...] Ecclesiae adimpletur operatione qua, mandato Christi oboediens et Spiritus Sancti gratia caritateque mota, omnibus hominibus vel gentibus pleno actu praesens fit, ut eos, exemplo vitae et praedicatione, sacramentis ceterisque gratiae mediis ad fidem, libertatem et pacem Christi adducat, ita ut eis via libera ac firma patefiat ad plene participandum mysterium Christi» (Conc. Oecum Vat. II, Decretum de activitate missionali Ecclesiae *Ad Gentes divinitus,* 5).

In numerum eorum qui, per apostolatum et vitae sanctitatem, efficaciter muneri Ecclesiae operam navarunt, Servus Dei Stanislaus Casimiritanus est adscribendus, qui cum fervore, assiduitate fructuque evangelii praedicationi, administrationi sacramentorum ac sui ordinis religiosi servitio se dedidit et, eminentibus ornatus virtutibus, Christi lumen diffudit et Dei amorem in animis accendit.

Servus Dei ortus est die 27 mensis Septembris anno 1433 in urbe Casimiria, Cracoviae proxima, a Matthia Scholtis et Hedvige, qui eum bona instruxerunt educatione, quae continuata est in schola paroeciae Ss.mi Corporis Christi, a Canonicis Regularibus Lateranensibus rectae, inter quos est ingressus annos tres et viginti natus, studiis peractis apud Academiam Cracoviensem. Religiosa professione facta et accepto sacro presbyteratus ordine, sapienter ac diligenter a Deo sibi concessa talenta multiplicavit, quam optime suam colendo vocationem seque in virtutibus exercendo religio-

sis ac sacerdotalibus. Celeriter notabiles fecit in via perfectionis progressus, quam ob rem superiores voluerunt eum super candelabrum ponere (cf. *Mt* 5, 15), ut luceret tum iis, qui ecclesiam Ss.mi Corporis Christi frequentabant, tum domesticis. Ei igitur munera concredita sunt praedicatoris ordinarii et confessarii atque, aliquantisper, vicarii prioris et novitiorum magistri.

Vitae, quae post eius mortem conscriptae sunt, cum iam eum populus tamquam « beatum » venerabatur, nobis memoriam prodiderunt eius pastoralis industriae atque virtutum. Hinc scimus illum officia sua esse exsecutum cum ardore et humilitate, et, quotquot forte fortuna eum adierunt, illius bonitate atque apostolico fervore allectos esse. Verumtamen fuit etiam qui, molestia affectus ob vitae eius exemplum bonumque quod faciebat, ei esset inimicus. Sed is patienter quaslibet offensiones et aegritudines tulit atque iniuriarum iram amore rependit, Domini mandatum explens: « Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui vos oderunt, benedicite maledicentibus vobis, orate pro calumniantibus vos » *(Lc* 6, 27-28).

Fide ductus et caritate flagrans, suam inveniebat delegationem in Dei servitio, in divinorum mysteriorum celebratione, in deprecatione, in rerum caelestium meditatione, in votorum religiosorum observantia. Peculiarem adhibuit pietatem erga Iesum Crucifixum et Virginem Mariam. Suam deposuit voluntatem ut Dei ac superiorum voluntati oboediret. Ieiuniis ac paenitentiis corpus suum castigavit; silentium amavit et animi intentionem. Ordinis sui studiosus fuit et in fratres sodales officiosus, in pauperes, aegrotos. Pastorali caritate motus, diligens fuit verbi Dei minister, moderator spiritalis et confessor expetitus; qua re multi Casimiriae et Cracoviae cives sponte et cum fiducia ad illum confugiebant. Fama sanctitatis insignis in suo conventu pie de vita decessit die 3 mensis Maii anno 1489. Corpus sepultum est in adiacenti ecclesia statimque sepulcrum eius multi sacris peregrinationibus petiverunt. Inde a primo post mortem anno, precibus Servi Dei frequentia mira et gratiae adscripta sunt; quapropter eius corpus in digniore loco collocatum est, in magnifico scilicet sarcophago, qui plerumque Sacellum Beati Stanislai Casimiritani vocatur, quo fidelium concursus non intermissus ad nostros usque dies perrexit. Multae et certae sunt historicae probationes de cultu ex omni memoria temporum Servo Dei tributo, in quibus commemorandae videntur plures reliquiarum recognitiones; mortis eius dies sollemniter celebratus; sacra et pompae in eius honorem atque hymni, orationes et ei adhibitae litaniae; celebratio Missarum gratiis agendis; Missae votivae compositio ad honorem eius et nominis eiusdem in libros calendariaque liturgica introductio; proclamatio in civitatis Cracoviae patronum pariterque Casimiriae et regni Poloniae necnon

Conventus Ss.mi Corporis Christi; legata cultui augendo; vitae narrationes, imagines et inscriptiones, quae de eo mentionem faciunt, tamquam beato seu sancto.

Anno 1971, id temporis archiepiscopus Cracoviensis, Cardinalis Carolus Wojtyla, hodie Summus Pontifex, Commissionem Historicam instituit instrumentis colligendis de cultu Servo Dei tributo inde ab antiquissimis temporibus. Eius successor, Cardinalis Franciscus Macharski, processum ordinarium celebravit, cuius auctoritas et vis probata est decreto Congregationis de Causis Sanctorum die 11 edito mensis Novembris anno 1988. Die 15 mensis Ianuarii anno 1991, acta est sessio Consultorum Historicorum. Nonis Iuniis subsequentis anni factus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, cui praefuit Fidei Promotor Generalis, Rev.mus Antonius Petti. Dein Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria calendis Decembribus eiusdem anni habita, Causae Ponente Em.mo Cardinali Andrea Maria Deskur, de fama sanctitatis, de virtutibus heroum in modum exercitis deque cultu ab immemorabili Servo Dei tributo assensi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum ad hoc pertinens conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de fama sanctitatis et de virtutibus heroicis Servi Dei Stanislai Casimiritani, Sacerdotis professi Ordinis Canonicorum Regularium Lateranensium, necnon de cultu ab immemorabili tempore ei praestito in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri iussit.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ffl S.

SS Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

II

CRACOVIEN.-FIANARANTSOAËN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Ioannis Beyzym sacerdotis professi e Societate Iesu (1850-1912).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Factum est cum esset in una civitatum, et ecce vir plenus lepra; et videns Iesum et procidens in faciem rogavit eum dicens: "Domine, si vis potes me mundare". Et extendens manum tetigit illum dicens: "Volo, mundare"; et confestim lepra discessit ab illo » *(Lc* 5, 12-13).

^ Dominus Iesus, misericordiae plenus in eos, qui corporis et animi doloribus laborant, frequenter in sua vita terrena leprosos sanavit, qui humiliter et cum fide eius rogaverunt auxilium. Hoc modo non solum se missum a Deo esse (cf. *Mt* 11, 5) et male affectos diligere ostendit, sed voluit etiam discipulos docere de proximo sollicitos esse et praesertim de pauperibus, de aegrotis, deque derelictis. Divini magistri exemplum et doctrinam Servus quoque Dei Ioannes Beyzym secutus est, qui postquam Deo et animis in terra sua servierat, aetate non iuvenis Madagascariam petivit missionarius magnaque cum caritate et forti sacrificii spiritu apostolatui se dedidit et leprosorum adsiduitati.

Servus Dei ortus est Idibus Maiis anno 1850 in Poloniae orientalis pago Beyzymy Wielkie, quod tunc in Russiae dicione erat. Parentes Ioannes Beyzym et Olga Alexandra Stadnicka, nobiles ac divites, accurata educatione religiosa illum imbuerant, quam puer obsequenter accepit ac fructuose. Post irritam Polonorum contra Russos seditionem (anno 1863), pater est capite damnatus, sed fugere potuit et multas post vicissitudines in Galiciana se abdere, quam id temporis Austria gubernabat. Mater autem et quinque eius filii ad locum Kamieniec Podolski concesserunt, ubi mutatae

condiciones oeconomicae Servum Dei induxerunt ad opera aliqua facienda ut familiae necessitatibus subveniret. Lycei studia exercuit in urbe Kijew et die 11 mensis Decembris anno 1872 novitiatum ingressus est Societatis Iesu in pago Stara Wieg. Duobus post annis primam religiosam professionem fecit et die 26 mensis Iulii anno 1881 est sacerdos ordinatus. In collegio Tarnopolensi munere functus est educatoris (annis 1884-1887) et in magno novoque collegio urbis Chyróv iuvenum praefectus fuit (annis 1888-1894) et valetudinarii praefectus (annis 1889-1898). Iam illis annis a suo superiore provinciali describebatur « vir strenuus, oboedientissimus, sui suorumque commodorum contemptor, doctrinae vero nonnisi mediocris, sed iudicium habet rectum et perspicax ». Erga suam consecrationem religiosam fidelis, hanc colebat et sacerdotium cum cura, studio ac rigore. Regulam, quam erat secutus, quam optime observabat cumque alacritate munia explebat sibi commissa. Peculiari cum diligentia pueris assedit aegrotis, quos amore quasi materno dilexit. Interea ardor maturuit in eo ad missiones proficiscendi, ut leprosis serviret. Hoc postulans a Praeposito Generali Societatis Iesu scripsit: « Optime scio quid sit lepra et ad quid paratus esse debeam, attamen haec omnia me non solum non perturbant, sed e contra attrahunt, quia facilius in tali ministerio peccata mea luere poterò. Provincia mea lucrabitur amittendo hominem nequam, ad nullam rem utilem ».

Ad missiones in Madagascariam missus, die 30 mensis Decembris anno 1899 Tananarivum pervenit et paulo post constitit inter centum quinquaginta leprosos Ambahivorakae, qui in condicionibus vivebant gravis destitutionis ac miseriae spiritalis et corporeae. Servus Dei, Christi caritate motus, cum humilitate et simplicitate unus eorum factus est, quibuscum incommoda, amaritudines, solitudinem, neglegentiam communicabat et odium, in quod incurrebant. Quam plurima egit ut meliores redderet salubres condiciones loci et leprosorum victum; eorum curabat ulcera; exiguo se privabat cibo, qui ei erat, ut fame confectos aleret; catechismum eos docebat, pro iis cotidie Missam celebrabat semperque paratus erat ad eorum peccatorum confessiones audiendas; contra morum pericula eos monebat; die noctuque morientibus assidebat. Parvo post tempore locus ille doloris fide revixit, emendatis moribus christianis, litibus, animorum depravatone, furtis imminutis.

Anno 1902 Maranam migravit, non longe a Fianarantsoa, eo consilio ut ibi magnum et novum aedificaret valetudinarium, quo exciperet, curaret et evangelizaret leprosos. Dum consueto cum fervore se dedebat eorum tum spirituum tum corporum assiduitati, superiorum permissu multas collegit

stipes et valetudinarii iniit exstinctionem. Huius operis effectio minime facilis fuit nec sine dissensionibus; non pauca impedimenta et intermissiones cursum laborum retardaverunt et graves aegrimonias Servo Dei exhibuerunt, quas forti et patienti animo tulit, levamen inveniens in certa fide Dei Matris impetrationem opus inchoatum ad finem adducturam esse. Eius spes et sacrificia optatum obtinuerunt eventum et anno 1911 novum nosocomium in suis locis excepit leprosos, qui assiduitate Patris Beyzym uti perrexerunt atque eius eminentium virtutum exemplo, cum diligentia exercitarum, perseverantia et gaudio spiritali.

Sacerdos fide viva et alta praeditus, firmiter veritates revelatas credidit et, laboribus non parcens, incubuit in nuntium evangelii inque regni Christi aedificationem, primum in Polonia, deinde in Madagascariae missionibus. Ut Domino placeret amatissimo, nisus est Christi lineamenta exprimere in se, solam Dei gloriam quaesivit, atque animarum salutem; deprecationem coluit et pietatem erga Eucharistiam et Virginem Mariam; accurate Regulam observavit, cui se dederat et vota religiosa, ex consuetudine castigationem exsecutus est ac paenitentiam. Sui ipsius neglegens et mundi vanitatum, spem suam posuit in auxilio divino, et etiam in casibus difficilioribus atque acerbioribus miram servavit tranquillitatem interiorem et exteriorem.

Cum caritate Dei proximi coniunxit caritatem, primum iuvenibus alumnis serviens, postea leprosis. Sincera quoque effulsit humilitate, sensu iustitiae, spiritu oboedientiae erga superiores, prudentia in sua sanctificatione inque operibus pastoralibus explicandis.

Meritis dives et voluntati Dei plene obsequens, quae constans fuerat vitae eius norma, pie obiit postridie Kalendas Octobres anno 1912, fama sanctitatis insignis.

Canonizationis Causa nonnisi inchoata est anno 1984 per processuum canonicorum celebrationem apud Curias Cracoviensem (annis 1984-1986) et Fianarantsoaënsem (anno 1987). Die 27 mensis Octobris anno 1989 promulgatum est decretum de horum processuum auctoritate et vi. Exitu cum felici die 28 mensis Aprilis anno 1992 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, praesidente Fidei Promotore Generali, Rev.mo Antonio Petti. Patres Cardinales porro et Episcopi in Congregatione Ordinaria diei 3 mensis Novembris eiusdem anni, Causae Ponente Em.mo Cardinali Andrea Maria Deskur, agnoverunt Servum Dei Ioannem Beyzym heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter, declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ioannis Beyzym, Sacerdotis professi e Societate Iesu, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

£8 Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

III

DERTOSEN. seu BARCINONEN.

DECRETUM

Canonizationis Beati Henrici de Osso y Cervello sacerdotis fundatoris Sororum Societatis S. Teresiae a Iesu (1840-1896).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Beatus Henricus de Ossó y Cervello postridie Idus Octobres anno 1840 ortus est in pago Vinebre intra fines dioecesis Dertosensis in Hispania.

Anno 1867 sacerdos ordinatus, cum fervore se tradidit institutioni in seminario et catechesis apostolatui, missionum ad populum, moderationis spiritalis et bonorum scriptorum edendorum, non paucos libros divulgando, opuscula et commentationes religiosas. Ut in publicas scholas veritates christianas immitteret congregationem religiosam femininam condidit, Societatem Sanctae Teresiae appellatam, quam prudenter rexit ad Ecclesiae societatisque servitium. Ultimis praesertim vitae annis res adversas et aegritudines est passus, quas cum fortitudine tulit et caritate. Sacerdos impensae vitae interioris et indefessi apostolici ardoris eminentiumque virtutum, etiam vivus est sanctus habitus. Improviso est ferme mortuus die 27 mensis Ianuarii anno 1896.

Canonizationis Causa initium habuit anno 1925 et, rebus peractis iure statutis, Summus Pontifex Paulus VI Idibus Maiis anno 1976 edixit Henricum de Ossó y Cervello heroum more virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse. Promulgato decreto de duabus miris sanationibus, deprecationi eiusdem Servi Dei tributis, Sua Sanctitas Ioannes Paulus II pridie Idus Octobres anno 1979 sollemnis beatificationis ritum celebravit.

Postea, id est die 25 mensis Martii anno 1984, coniecta patrata est mira sanatio, precibus ascripta Beati Henrici, quam Causae Actores iudicandam permiserunt Congregationi de Causis Sanctorum, ut optata obtineretur canonizatio. Sanatio haec attinet ad doctorem veterinarium Hugonem Galli Riart, 64 annos natum, habitantem in urbe Sancto Ioanne Baptista a Missionibus in Paraguaia, qui iuvenis coepit rhinite allergica laborare et deinde asthmate bronchiali. Anno 1973 peripneumonia est affectus. Mense Septembri anno 1983 alius contigit peripneumoniae casus. Post duos menses aliis correptus est bronchiorum pulmonumque perturbationibus: unde haec dicta est diagnosis: « Vesica aerífera corrupta fibrae inferioris pulmonis dextri ». Nulla therapia profuit; immo, mense Ianuario anno 1984 contaminatio est in peius mutata. Aegrotus enim febrim habebat cum exscreamento haematico et difficultate spirandi nec, nisi sustentus, ambulare poterat. Postquam Sanctum Paulum in Brasilia se contulit ut fibra secaretur, est inspectus, et inspectiones diagnosim comprobaverunt atque sectionis necessitatem.

Dum exspectabat donec manu curaretur, eius soror Sororesque Societatis Sanctae Teresiae, quae erant in urbe Sancto Ioanne Baptista a Missionibus, divinum invocaverunt auxilium per Beati Henrici de Ossó y

Cervello depreeationem, ut sanationem obtinerent domini Galli Riart. Exinde eius valetudo manifesto melior est facta et cum, respectu curationis ex manu, denuo est inspectionibus radiographicis subiectus, repertum est vesicam esse inexplicabiliter et prorsus exstinctam atque aegrotum sanatum.

De hac sanatione acta est anno 1989 apud Curiam Ss.mae Assumptionis in Paraguaia inquisitio canonica, cuius auctoritas probata est decreto die 18 mensis Maii anno 1990 promulgato.

Congregationis de Causis Sanctorum Consilium Medicorum, in sessione pridie Idus Maias habita anno 1992, in hunc modum est elocutum: *Diagnosis:* « Vesica aerífera cum suppuratione in pulmone dextro inde a 4 mensibus in aegroto cum arteriarum inflammatione et pulmonum emphysemate »; *Prognosis:* « Cautissima quoad vitam et quoad valetudinem »; *Therapia:* « Therapia apta pro iis temporibus; therapia chirurgica non effecta »; *Sanationis ratio:* « Rapida, perfecta et definitiva quoad vesicam aëriferam cum suppuratione, non explicabilis secundum nostras cognitiones quoad modum. Permanet arteriarum inflámmatio asthmatica emphysematosa ».

Die 30 mensis Iunii anno 1992 est actus Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, Rev.mo Antonio Petti, Fidei Promotore Generali, praesidente; Calendis Decembribus eiusdem anni effecta est Congregatio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Exc.mo Iosepho Mees, Archiepiscopo titulari Yprensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Beato Henrico de Ossó y Cervello, videlicet de rapida, perfecta et definitiva sanatione Ugonis Calli Riart a « cisti aerifera ascessualizzata del polmone destro, da quattro mesi, in paziente con bronchite cronica asmatica ed enfisema polmonare ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

£8 Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 22 Martii 1993. — Metropolitanae Ecclesiae Resistenciae Exc.mum P. D. Carmelum Ioannem Giaquinta, hactenus Episcopum Posadensem.

die 23 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Memphitanae in Tennesia, Exc.mum P. D. Iacobum Terry Steib, S.V.D., hactenus Episcopum titularem Fallabensem et Auxiliarem archidioecesis Sancti Ludovici.

die 25 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Ibaguensi Exc.mum P. D. Ioannem Franciscum Sarasti Jaramillo, hactenus Episcopum Barrancabermeiensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Castellanae in Numidia Exc.mum D. Donatum De Bonis, e clero archidioecesis Acheruntinae, quem constituit Supremi Militaris Ordinis Melitensis Praelatum.

die 26 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Pampilonensi ac Cathedrali Ecclesiae Tudelensi Exc.mum P. D. Ferdinandum Sebastian Aguilar, C.M.F., hactenus Archiepiscopum Coadiutorem Granatensem atque Administratorem Apostolicum Malacitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Malacitanae Exc.mum P. D. Antonium Dorado Soto, hactenus Episcopum Gadicensem et Septensem.

die 27 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Aversanae Exc.mum P. D. Laurentium Chiarinelli, hactenus Episcopum Soranum-Aquinatensem-Pontiscurvi.

die 8 Aprilis. — Archiepiscopali Ecclesiae Hydruntinae Exc.mum P. D. Franciscum Cacucci, hactenus Episcopum tit. Castellomedianitanum et Auxiliarem Barensem-Bituntinum.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 2 Aprile 1993, S. E. il Signor **GALO ALBERTO LEORO FRANCO**, Ambasciatore dell'Ecuador presso la Santa Sede.

Giovedì, 22 Aprile 1993, S. E. il Signor **WILLY GJON KAMSI**, Ambasciatore di Albania presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Sabato, 3 Aprile 1993, S. E. il Signor **ENRIQUE KRAUSS RUSQUE**, Ministro degli Affari Interni del Cile.

Venerdì, 16 Aprile 1993, l'On. Signor **BOUTROS BOUTROS GHALI**, Segretario Generale dell'Organizzazione delle Nazioni Unite.

Lunedì, 19 Aprile 1993, S. E. il Signor **ANATOLI** M. **ZLENKO**, Ministro degli Affari Esteri dell'Ucraina.

Giovedì, 22 Aprile 1993, S. E. il Signor **ALI ALATAS**, Ministro degli Affari Esteri di Indonesia.

Venerdì, **2 aprile** 1993, si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione delle Cause dei Santi.

Lunedì, 5 Aprile 1993, il Santo Padre ha tenuto Concistoro ordinario pubblico.

Con Bolla papale del 5 Aprile 1993 l'Em.mo Signor Cardinale Joseph Ratzinger è stato nominato Vescovo del titolo della Chiesa suburbicaria di Velletri-Segni.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

5 aprile 1993. **L'Em.mo Signor Cardinale Eduardo Martínez Somalo,** *Camerlengo di Santa Romana Chiesa.*
6 » » **Mons. André Dupuy, Arcivescovo tit. eletto di Selsea,** *Nunzio Apostòlico in Ghana, Togo e Benin.*
17 » » **S. E. mons. Gabriel Montalvo, Arcivescovo tit. di Celene e Pro-Nunzio Apostolico in Jugoslavia,** *Nunzio Apostolico in Bielorussia.*
» » » **S. E. mons. Karl-Josef Rauber, Arcivescovo tit. di Giubalziana e Nunzio Apostolico in Svizzera,** *Nunzio Apostolico in Liechtenstein.*
» » » **S. E. mons. Ambrose B. De Paoli, Arcivescovo tit. di Lares e Delegato Apostolico in Africa Meridionale,** *Nunzio Apostolico in Swaziland.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

15 marzo 1993. **Le LL.EE. i monsignori Ottorino Pietro Alberti, Arcivescovo di Cagliari e Girolamo Grillo, Vescovo di Civitavecchia-Tarquinia,** *Membri della Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium ».*
1 aprile » **P. Gianfranco Ghirlanda, S.I.,** *Giudice della Corte dAppello dello Stato della Città del Vaticano.*
6 » » **Il prof. Nicola Cabibbo, docente di Fisica Teorica nella Università « La Sapienza » di Roma,** *Presidente della Pontificia Accademia delle Scienze.*
» » » **Il prof. Piero Antonio Bonnet,** *Giudice del Tribunale dello Stato della Città del Vaticano.*
» » » **Mons. Giuseppe Baldanza,** *Sotto-Segretario della Congregazione per l'Educazione Cattolica.*
19 » » **D. Agostino Favale, S.D.B.; Don Ottorino Pasquato, S.D.B.; P. Dominic Maruca, S.I.,** *Consultori della Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium ».*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

12 dicembre 1992. **Mons. Hugo Schwendenwein (Gurk).**
22 » » **Mons. Ivan Peri (Assisi-Nocera Umbra-Gualdo Tadino).**
9 gennaio 1993. **Mons. Zdzislaw Król (Warszawa).**

9	gennaio	1993.	Mons. Edward Majcher (Warszawa).
21	»	»	Mons. John J. Slater (Erie).

Prelati d'onore di Sua Santità:

13	novembre	1992.	Mons. Robert Huneault (Ottawa).
26	»	»	Mons. Joseph König (München und Freising).
»	»	»	Mons. Zachary Buluda (Shinyanga).
6	dicembre	»	Mons. Jan Sobczak (Lodz).
22	»	»	Mons. John J. Cartwright (Saint Catharines).
»	»	»	Mons. Frederick J. Colli (Saint Catharines).
»	»	»	Mons. Raymond Montague (Saint Catharines).
»	»	»	Mons. Dominio J. Pizzacalla (Saint Catharines).
»	»	»	Mons. Melvyn J. Schaefer (Saint Catharines).
23	»	»	Mons. Gaspare Cortinovis (Bergamo).
»	»	»	Mons. Honesto Ongtioco y Flores (San Fernando).
2	gennaio	1993.	Mons. Béla Fila (Vae).
»	»	»	Mons. Alfred Turay (Vae).
7	»	»	Mons. Paul L. Moritz (Boston).
14	»	»	Mons. Jose Aguilan (Malolos).
»	»	»	Mons. Pablo Reyes (Malolos).
21	»	»	Mons. Clarence John McAvoy (Ogdensburg).
25	»	»	Mons. Luciano Verrilli (Lucera-Troia).
»	»	»	Mons. Mario Marini (Ravenna-Cervia).
»	»	»	Mons. Bogumil Lewandowski (Wloclawek).
26	»	»	Mons. Patrick Saint-Roch (Angoulême).
»	»	»	Mons. John Wilson (Dublin).
»	»	»	Mons. Matthew Coakley (Glasgow).
»	»	»	Mons. Patrick Gerard Fitzpatrick (Glasgow).
»	»	»	Mons. Daniel Joseph Chaloner Hart (Glasgow).
»	»	»	Mons. Patrick Joseph Henry (Glasgow).
»	»	»	Mons. Desmond Brian Maguire (Glasgow).
»	»	»	Mons. John Sheridan (Glasgow).
»	»	»	Mons. Werner Redies (Rottenburg-Stuttgart).
»	»	»	Mons. Heinz Tiefenbacher (Rottenburg-Stuttgart).
»	»	»	Mons. Robert Bellamine Kwaku Mensah-Abrampah (Sunyani).
16	febbraio	»	Mons. Armando Andrew Annunziato (Fall River).

Cappellani di Sua Santità:

6	marzo	1991.	Il sac. Kazimierz Sawostianik (Warmia).
3	luglio	1992.	Il sac. Luigi Orlandi (Milano).
12	novembre	»	Il sac. Franz Mantler (Wien).
»	»	»	Il sac. Helmut Schüller (Wien).
26	»	»	Il sac. Frantisek Kruzík (Hradec Králové).
»	»	»	Il sac. Johannes Kolvenbach (Köln).
»	»	»	Il sac. Georg Schuster (München und Freising).

6	dicembre	1992.	Il sac. Josef Pospísil (Hradec Králové).
»	»	»	Il sac. Josef Socha (Hradec Králové).
»	»	»	Il sac. Tadeusz Bednarek (Lodz).
»	»	»	Il sac. Jan Cieszkowski (Lodz).
»	»	»	Il sac. Grzegorz Lukasz Kudrzycki (Lodz).
»	»	»	Il sac. Józef Marian Maslowski (Lodz).
»	»	»	Il sac. Bogdan Stanislaw Nowaeki (Lodz).
»	»	»	Il sac. Tadeusz Sikorski (Lodz).
»	»	»	Il sac. Stanislaw Socha (Lodz).
»	»	»	Il sac. Jan Szuba (Lodz).
12	»	»	Il sac. Rudolf Scheurer (Köln).
»	»	»	Il sac. Hans-Peter Steinbach (Köln).
	»	»	Il sac. Richard Strauch (Köln).
»	»	»	Il sac. Leo Katesigwa (Mbarara).
18	»	»	Il sac. Ferdinando Radicchi (Fano-Fossombrone-Cagli-Pergola).
»	»		Il sac. Raimondo Ciuccarelli (Fermo).
»	»	»	Il sac. Marco Giovanelli (Piacenza-Bobbio).
»	»	»	Il sac. Giovanni Canu (Trieste).
»		»	Il sac. Agostino Mangiavacchi (Montepulciano-Chiusi-Pienza).
»	»	»	Il sac. Aldo Peccetti (Montepulciano-Chiusi-Pienza).
»	»	»	Il sac. Icilio Rossi (Montepulciano-Chiusi-Pienza).
22	»	»	Il sac. Giuseppe Cola vero (Otranto).
»		»	Il sac. Luigi Corvaglia (Otranto).
»		»	Il sac. Salvatore Fiorentino (Otranto).
		»	Il sac. Cesare Palma (Otranto).
»		»	Il sac. Luigi Rausa (Otranto).
»	»	»	Il sac. Orlando Cobo Pérez (San Cristóbal de La Habana).
»	»	»	Il sac. Jan Boleslaw Kujaczynski (Toruñ).
23	»	»	Il sac. Giuseppe Adobati (Bergamo).
»	»	»	Il sac. Giovanni Fermo Rota Bono (Bergamo).
24	»	»	Il sac. Manoel Barbosa da Silva Baher (Nazaré).
2	gennaio	1993.	Il sac. Antonio Cacace (Napoli).
»	»	»	Il sac. Fernando Giorgi (Rieti).
»	»	»	Il sac. Lajos Varga (Vae).
9	»	»	Il sac. Czeslaw Gladczuk (Bialystok).
»	»	»	Il sac. Henryk Zukowski (Bialystok).
»	»	»	Il sac. Attilio Arcagni (Cremona).
»	»	»	Il sac. Tadeusz Kazimierz Brandys (Warmia).
»	»	»	Il sac. Tadeusz Wladyslaw Graniczka (Warmia).
»	»	»	Il sac. Stanislaw Leszczynski (Warszawa).
»	»	»	Il sac. Stanislaw Pyzel (Warszawa).
»	»	»	Il sac. Jan Sikorski (Warszawa).
14	»	»	Il sac. Wolfgang Fricke (Hildesheim).
»	»	»	Il sac. Emmanuel G. Manahan (Malolos).
»	»	»	Il sac. Manuel B. Villaroman (Malolos).
21	»	»	Il sac. Dol Olif Gamallo (Mar del Plata).
»	»	»	Il sac. Julio Melucci (Mar del Plata).
»	»	»	Il sac. Mario Di Pietro (Santissima Trinità di Cava de' Tirreni).

25	gennaio	1993.	Il sac. Celso Morga Iruzubieta (Calahorra y La Calzada-Logroño).
»	»	»	Il sac. Mauro Piacenza (Genova).
26	»	»	Il sac. Festus Chukwudi Okafor (Port Harcourt).
2	febbraio	»	Il sac. Franciszek Kamecki (Pelplin).
»	»	»	Il sac. Andrzej Krzyzan (Pelplin).
»	»	»	Il sac. Kazimierz Popielski (Pelplin).
»	»	»	Il sac. Marc Alain Felix Maurits De Muelenaere (Pretoria).
4	»	»	Il sac. Antonio Bellasio (Milano).
»	»	»	Il sac. Pietro Fumagalli (Milano).
»	»	»	Il sac. Luigi Misani (Milano).
»	»	»	Il sac. Carlo Roncoroni (Milano).
»	»	»	Il sac. Zoltán József Veröcei (Székesfehérvár).
»	»	»	Il sac. Eugeniusz Plater-Zyberk (Warszawa).
8	»	»	Il sac. William John McManus (Shrewsbury).
10	»	»	Il sac. Antonio Motzo (Alghero-Bosa).
»	»	»	Il sac. Giuseppe Palmucci (Macerata-Tolentino-Recanati goli-Treia).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

22	ottobre	1992.	A S. E. il sig. Daniel Cabezas Gómez *(Bolivia).*
»	»	»	A S. E. il sig. Théodore-Jean Arcand *(Canada).*
»	»	»	A S. E. il sig. Sergio Ossa Pretot *(Cile).*
»	»	»	A S. E. il sig. Frixos Colotas *(Cipro).*
»	»	»	A S. E. il sig. Sie-Yong Lee *(Corea).*
»	»	»	A S. E. il sig. Jean Delaeroix-Camara *(Guinea).*
»	»	»	A S. E. il sig. Henryk Kupiszewski *(Polonia).*
»	»	»	A S. E. il sig. Ramón Arturo Cáceres Rodríguez *(Repubblica Dominicana).*
»	»	»	A S. E. il sig. François Ngarukiyintwali *(Rwanda).*
»	>>	»	A S. E. il sig. James L. Kateka *(Tanzania).*
»	»	»	A S. E. il sig. Sándor Keresztes *(Ungheria).*
»	»	»	A S. E. il sig. Edward Mutafela Lubinda *(Zambia).*
9	dicembre	»	A S. E. il sig. Giuseppe Baldocci *(Italia).*
2	febbraio	1993.	A S. E. il sig. Giovanni Battista Marini-Bettolo Marconi (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

6	dicembre	1992.	Al sig. Thomas Donald Shaw Lord Craigmyle (Westminster).
22	gennaio	1993.	Al sig. Karl Diem *(Austria).*

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno:

7	**dicembre**	**1992.**	**Al sig. Adriano Bausola (Milano).**
»	»	»	**Al sig. Renato Buzzonetti (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Francesco Crucitti (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Luigi Ortona (Roma).**
9	»	»	**Al sig. Luigi Amaduzzi** *(Italia).*
»	»	»	**Al sig. Bruno Bottai** *(Italia).*
»	»	»	**Al sig. Gaetano Gifuni** *(Italia).*
»	»	»	**Al sig. Alessandro Quaroni** *(Italia).*
17	**gennaio**	**1993.**	**Al sig. Renato Gleijeses Mastelloni (Napoli).**

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno:

16	**novembre**	**1992.**	**Al sig. Ezio Benagiano (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Guglielmo Gualdi (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Carlo Silvagni (Roma).**
21	»	»	**Al sig. Hanns Sassmann (Graz-Seckau).**
»	»	»	**Al sig. Roberto Altina** *(Italia).*
»	»	»	**Al sig. Jean-Marie Brunot (Paris).**
27	»	»	**Al sig. Hans-Albert Courtial (Roma).**
7	**dicembre**	»	**Al sig. Attilio Maseri (Pisa).**
»	»	»	**Al sig. Bruno Bizzi (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Luigi Candia (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Arnaldo Capelli (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Luigi Frati (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Pasquale Marano (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Vittorio Marinozzi (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Giuseppe Satta (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Emilio Tresalti (Roma).**
9	»	»	**Al sig. Claudio Bay Rossi** *(Italia).*
»	»	»	**Al sig. Lucio Alberto Savoia** *(Italia).*
25	**gennaio**	**1993.**	**Al sig. Ernesto Figini (Milano).**
29	»	»	**Al sig. Hiroo Mizushima** *(Giappone).*

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno:

22	**ottobre**	**1992.**	**Al sig. Séraphin Ogou Daix** *(Costa d'Avorio).*
3	**novembre**	»	**Al sig. Angelo Piergentili (Roma).**
16	»	»	**Al sig. Claudio Cavalletti (Roma).**
7	**dicembre**	»	**Al sig. Pietro Ballone (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Giuliano Barbaresi (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Rocco Bellantone (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Marco Castagneto (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Corrado Colagrande (Roma).**

7	dicembre	1992.	Al sig. Giovan Battista Doglietto (Roma).
»	»	»	Al sig. Domenico Lofrese (Roma).
»	»	»	Alla sig.ra Giulia Maresca (Roma).
»	»	»	Al sig. Faustino Pennestrì (Roma).
»	»	»	Al sig. Paolo Pola (Roma).
»		»	Al sig. Rodolfo Proietti (Roma).
	»	»	Alla sig.ra Raffaella Ranieri (Roma).
	»	»	Al sig. Luigi Sofo (Roma).
»	»	»	Al sig. Amorino Vecchioli Scaldazzi (Roma).
»	»	»	Al sig. Fabio Zucchetti (Roma).
8	»	»	Al sig. Giuseppe Pecoraro *(Italia).*
12	»	»	Al sig. Alberto Averani *(Italia).*
»	»	»	Al sig. Helmut Kasper (Mainz).
22	»	»	Al sig. Mauro Riva *(Italia).*
28	»	»	Al sig. Giorgio Biffani (Roma).
»	»	»	Al sig. Mario Longo (Roma).
»	»	»	Al sig. Carlo Pingi (Roma)..
7	gennaio	1993.	Al sig. Anis Yaacoub Mikhail (Alessandria dei Copti
»	»	»	Al sig. Armand Khoury (Cipro dei Maroniti).
»	»	»	Al sig. Ellikos Liatsou (Cipro dei Maroniti).
»	»	»	Al sig. Pier Luigi Cozzoli *(Italia).*
14	»	»	Al sig. Werner Buchner (München und Freising).
19	»	»	Al sig. Mario Fornari (Roma).
25	»	»	Al sig. Aleardo Maria Cingolani *(Italia).*
2	febbraio	»	Al sig. Giovanni Nocerino (Viterbo).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno:

3	novembre	1992.	Al sig. Franco Bulzoni (Roma).
12	»		Al sig. John R. Simpson (Boston).
»	»	»	Al sig. Hubert Locher (Freiburg im Breisgau).
19	»	»	Al sig. Fernando Javier Silva *(Argentina).*
21	»	»	Al sig. Giuseppe Casertano *(Italia).*
»	»	»	Al sig. Gabriele Sollai *(Italia).*
7	dicembre	»	Al sig. Renato Sprocati (Roma).
12	»	»	Al sig. Wolodymyr Zyla (Esarcato Ucraini in Germania).
»	»		Al sig. Renato Lucatti *(Italia).*
22	»	»	Al sig. Albert Prévost (Beauvais).
24	»	»	Al sig. Ferdinand Antonius Alphonsus Stapais (Rotterdam).
7	gennaio	1993.	Al sig. Arnaud de Gigord (Sens).
»	»	»	Al sig. André Neveu (Versailles).
14	»	»	Al sig. Werner Schiedermair (München und Freising).
17	»	»	Al sig. Martin Lorimer (Saint Andrews and Edinburgh).
»	»	»	Al sig. Pieter Arien Carel Cornelis van Hout ('s-Hertogenbosch).
25	»		Al sig. Giorgio Filosi Bruziches (Roma).
26	»	»	Al sig. Giovanni Fichera (Forlì-Bertinoro).
»	»	»	Al sig. Luciano De Luca (Frascati).

2 febbraio 1993. Al sig. Enrico di Stasio (Roma).
» » » Al sig. Vittorio Gai (Viterbo).
» » » Al sig. Francisco Ponce Rodríguez (Tepic).

La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa:

9 dicembre 1992. Al sig. Vittorio Ianelli *(Italia).*
» » Al sig. Franco Messina *(Italia).*
» » Al sig. Luigi Michelangeli *(Italia).*
» » Al sig. Andrea Negrotto Cambiaso *(Italia).*
» » Al sig. Vincenzo Sammartino *(Italia).*
» » Al sig. Paolo Scaramucci *(Italia).*
» » Al sig. Gaetano Sceiba *(Italia).*
» » Al sig. Salvatore Secchi *(Italia).*
» » Al sig. Michele Zolla *(Italia).*

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Silvestro Papa:

7 dicembre 1992. Al sig. Giuseppe M. Gandolfo (Roma).
» » » Al sig. Paolo Giudiceandrea (Roma).
22 » » Al sig. Karl Zehndorfer (Wien).
23 » » Al sig. Franz Wagerer (Wien).
2 gennaio 1993. Al sig. Salvatore Schembri (Roma).

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

6 dicembre 1992. Al sig. Carlo Lucci (Reggio Emilia-Guastalla).
7 » » Al sig. Antonio Cicchetti (Roma).
» » » Al sig. Francesco Della Corte (Roma).
18 » » Al sig. Aldo Amerio (Casale Monferrato).
» » » Al sig. Joseph Köhler (Paderborn).
22 » » Al sig. Riccardo Tonini *(Italia).*
23 » » Al sig. Henri Laurent (Nantes).
» » » Al sig. Aldo Vasti (Roma).
2 gennaio 1993. Al sig. Giuseppe Patacchiola (Rieti).
29 » » Al sig. Kyoichi Yamada *(Giappone).*
2 febbraio » Al sig. Stefano Catania (Roma).
» » » Al sig. Piero Menchini (Roma).
» » » Al sig. Umberto Moscarelli (Roma).
» » Al sig. Franco Vecchi (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

3	novembre	1991.	Al sig. Roberto Capuzzi (Roma).
21	novembre	1992.	Al sig. Riccardo Sala *(Italia).*
26	»	»	Al sig. Peter Flosdorf (Würzburg).
6	dicembre	»	Al sig. Franco Tucci (Roma).
12	»	»	Al sig. Cesare Cianconi (Roma).
22	»	»	Al sig. Fructuoso D. Vidal (Boac).
»	»	»	Al sig. Joseph Kaimbacher (Gurk).
»	»	»	Al sig. Oronzo Mazzeo (Otranto).
»	»	»	Al sig. Mario Peluso (Otranto).
»	»	»	Al sig. Paolo Zacheo (Otranto).
23	»	»	Al sig. Hermann Biermann (Essen).
»	»	»	Al sig. Peter Ludemann (Köln).
24	»	»	Al sig. Noubar Tour-Sarkissian (Cilicia degli Armeni).
»	»	»	Al sig. Joannes Wilhelmus Maria van Warmerdam (Haarlem).
»	»	»	Al sig. Luciano Amedeo *(Italia).*
»	»	»	Al sig. Fredericus Jongen (Roermond).
»	»	»	Al sig. Herman Trudo Maria Reuser fs-Hertogenbosch).
7	gennaio	1993.	Al sig. Giuseppe Arman (Gorizia).
17	»	»	Al sig. Giulio Doglioni (Belluno-Feltre).
»	»	»	Al sig. Robert Kaarls (Rotterdam).
2	febbraio	»	Al sig. Stefano Cefali (Roma).
»	»	»	Al sig. Ezio Colaiori (Roma).
»	»	»	Al sig. Romolo Giovannini (Roma).

NECROLOGIO

3	gennaio	1993.	Mons. Jaime Antonio Schuck, Vescovo Prelato em. di Cristalândia *(Brasile).*
26	marzo	»	Mons. Carmelo Canzonieri, Vescovo em. di Caltagirone *(Italia).*
27	»	»	Mons. István Aes, Vescovo tit. di Menefessi.
31	»	»	Mons. Antoine Mayala ma Mpangu, Vescovo di Kisantu *(Zaire).*
5	aprile	»	Mons. Joseph Akichi, Vescovo di Grand-Bassam *(Costa d'Avorio).*
11	»	»	Mons. George Albert Hammes, Vescovo em. di Superior *(Stati Uniti d'America).*
13	»	»	Mons. Thomas Victor Dolinay, Arcivescovo di Pittsburgh dei Bizantini *(Stati Uniti d'America).*
»	»	»	Mons. Roger Johan, Vescovo em. di Agen *(Francia).*

Recens nuntiatum est Ioannem Claudium Colling, archiepiscopum em. Portalegrensem in Brasilia die 3 m. Septembris a. 1992 de vita decessisse.

An. et vol. LXXXV 12 Iunii 1993 N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

SACRA CONSISTORIA

CONSISTORIUM ORDINARIUM PUBLICUM

Feria secunda, die v mensis Aprilis, anno MCMXCIII, mane, in consueta Aula Palatii Apostolici Vaticani, adstantibus Patribus cardinalibus, sacris Praesulibus, Abbatibus *olim nullius,* et Romanae Curiae Praelatis quibus intimari solet, fuit *Consistorium ordinarium publicum,* cuius acta ex ordine referuntur:

I. RELATIO CAUSARUM CANONIZATIONUM

Dicta Sexta, rev.mus Angelus card. Felici, Diaconus Ss. Blasii et Caroli ad Catinarios, Congregationis de Causis Sanctorum Praefectus, sermonem *coram Ss.mo* habuit de vita et miraculis beatorum Henrici de **Osso** et Cervello et Ioannis Sarkander, martyris, et acta recensuit, quae in causis canonizationis eorundem Servorum Dei eadem Congregatio admittenda et approbanda putavit.

Relatione expleta Beatissimus Pater ad cardinales, praesules et ordinarios allocutionem ad vota pro canonizatione exquirenda habuit; tunc omnes, Magistro celebrationum rogante et servato ordine, sententiam aperuerunt.

Exceptis congregatorum patrum suffragiis, Summus Pontifex sollemni formula statuit beatum Henricum de Osso et Cervello die decimasexta mensis Iunii advenientis, et beatum Ioannem Sarkander die statuendo, in Sanctorum album suetis ritibus et caeremoniis referendos esse.

II. OPTIONES, PROVISIO TIT. ECCLESIAE VELITERNAE-SIGNTNAE

Post quaedam paterna Summi Pontificis verba, de mutuo inter Christi discipulos amore fovendo, ad iuris normam rev.mus Aurelius Sabattani, Protodiaconus, optavit ad ordinem presbyterorum retenta diaconia S. Apollinaris pro hac vice ad titulum evecta. Idem fecit rev.mus Iosephus Casoria, retenta diaconia S. Ioseph ad viam Triumphalem etiam pro hac vice ad titulum evecta. Sedis suburbicariae Veliternae-Signinae titulum per obitum bo.me. Sebastiani card. Baggio vacantem, rev.mo Iosepho Ratzinger Ss.mus contulit et ilico praelaudatis d.nis cardinalibus Bullas novorum titulorum, seu Apostolicas sub plumbo Litteras, tradidit.

III. NOVUS PROTODIACONUS

Per optiones supra recensitas vacans officium Protodiaconi rev.mus D. Simon Lourdusamy, Diaconus S. Mariae de Gratiis ad Fornaces extra Portam Equitum, suscepit, annuente Domino Apostolico.

IV. NOVUS S.R.E. CAMERARIUS

Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarium Ss.mus renuntiavit Eduardum Martínez Somalo, Diaconum Ss.mi Nominis Iesu, qui officium illud, per obitum supra memorati Sebastiani Baggio etiam vacuum, sedulo accepit et iusiurandum fidelitatis erga domnum Papam et « de Romana Ecclesia *sede Apostolica vacante* tutanda » publice praestitit.

V. CONFECTIO INSTRUMENTI ACTORUM

Statim ac Ss.mus post precationem pro sancta Ecclesia benedictionem impertivit, Magistro celebrationum domni Papae rogante, adstantibus Pro-

tonotariis Apostolicis ut iuridica instrumenta de omnibus supra recensitis conficerent, de more mandatum est, et laude omnipotenti Deo reddita, Consistorium est absolutum.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

EDEANA

In Cammarunia nova conditur dioecesis nomine Edeana.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo aptius consuleretur evangelizationis operi in Cammarunia, Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales atque Praesules Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi, re mature perpensa auditisque eorum quorum interest faventibus votis, censuerunt nuper in eadem Natione novam condendam esse dioecesim, detractis duabus partibus territorii, una ab archidioecesi Dualaënsi altera a dioecesi Nkongsambensi. Nos igitur, de universo Dominico grege solliciti, talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate sequentia decernimus. Ab archidioecesi Dualaënsi separamus partem territorii quae « Département de la Sanaga Maritime » appellatur; a dioecesi autem Nkongsambensi seiungimus partem territorii, quae « Département de Nkam » nuncupatur et in qua Missio Yinguinensis est sita, ex iisque novam condimus dioecesim Edeanam appellandam, quam suffraganeam metropolitanae Sedi Dualaënsi facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus, cuius limites iidem erunt ac duarum partium territoriorum civilium, quae memoravimus. Praeterea iubemus Episcopi cathedram collocari in templo Sacro Cordi Iesu dicato, quod in urbe Edeana exstat, atque consultores dioecesanos eligi et adhiberi ad normam iuris; cetera secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus ad exitum perducet Venerabilis Frater Sanctes Abril y Castellò, Archiepiscopus titulo Tamadensis, Apostolicus Pronuntius in Cammarunia, vel a eo delegatus sacerdos, factis nempe necessariis facul-

tatibus. Re autem acta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Congregationem pro Gentiun Evangelizatione cito mittantur. Hanc denique Apostolicam Nostram Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die altero et vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 324.407

II
ESEKANENSIS

In Cammarunia nova conditur dioecesis nomine Esekanensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pro gravissimo Nostro munere supremi Pastoris Ecclesiae de omnium Christifidelium spirituali bono atque regimine solliciti, accipiendam esse putamus sententiam Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium atque Praesulum Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositorum, qui ad aptius in Cammarunia consulendum evangelizationis operi, re mature perpensa auditisque eorum quorum interest faventibus votis, censuerunt nuper in eadem Natione novam constituendam esse dioecesim, quadam detracta parte ab archidioecesi Dualaënsi. Summa igitur Apostolica potestate ab archidioecesi, quam diximus, distrahimus partem quae complectitur totum civile territorium « Département de Nyong-et-Kelle » nuncupatum, ex eaque novam condimus dioecesim Esekanensem appellan-

dam, quam metropolitanae Sedi Dualaënsi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus, cuius limites iidem erunt ac illius totius civilis territorii, quod memoravimus. Praeterea iubemus Episcopi cathedram collocari in templo Beatae Mariae Virgini Fatimensi dicato, quod exstat in suburbio Esekanensi, pariterque consultores dioecesanos eligi et adhiberi ad normam iuris; cetera quidem secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perficienda curabit Venerabilis Frater Sanctes Abril y Castellò, Archiepiscopus titulo Tamadensis, Apostolicus Pronuntius in Cammarunia, vel ab eo delegatus sacerdos, factis nempe necessariis facultatibus. Re autem acta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die altero et vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Angelus Lanzoni, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 324.409

III

MAULAMYINENSIS

In Myanmar nova conditur dioecesis Maulamyinensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad efficacius consulendum evangelizationis operi in Myanmar, Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales atque Praesules Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi, re mature perpensa auditisque eorum

quorum interest faventibus votis, censuerunt nuper ibidem novam condendam esse dioecesim. Nos igitur, de universo Dominico grege solliciti, talem sententiam ratam habentes, haec summa Apostolica Nostra potestate decernimus. Ab archidioecesi Yangonensi distrahimus sive meridianam partem, quae componit dimidiam partem territorii Status civitatis « Mon » nuncupatae, sive totum territorium « Tenasserim Division » appellatum, ex iisque novam condimus dioecesim nomine Maulamyinensem, quam metropolitanae Sedi Yangonensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus; cuius limites iidem erunt ac duorum civilium territoriorum, quae memoravimus. Praeterea iubemus Episcopi cathedram collocari in Sancti Patricii templo, quod in urbe « Mawlamyine » exstat, atque pro canonicis consultores dioecesanos eligi et adhiberi ad normam iuris; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum Venerabilis Frater Albertus Tricarico, Archiepiscopus titularis Sistronianensis atque in Myanmar Delegatus Apostolicus, vel ab eo delegatus sacerdos, factis nempe necessariis facultatibus. Re autem acta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito riteque mittantur. Hanc denique Nostram Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, nullis quibuslibet rebus vel minime quidem obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die altero et vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 324.552

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabiles Dei servi Braulius Maria Corres Díaz de Cerio, Fridericus Rubio Alvarez et LXIX socii in Beatorum catalogum referuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Die 22 mensis Maii eodem anno est actus Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, Rev.mo Antonio Petti, Fidei Promotore Generali, praesidente; die 17 insequentis mensis Novembris effecta est in Vaticano

Congregatio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Exc.mo Octorino Petro Alberti, Archiepiscopo Calaritano. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Ioanna Beretta nupta Molla, videlicet de subitanea, perfecta et mansura sanatione dominae Luciae Silva Cirilo a «fistola rettovaginale puerperale in paziente con taglio cesareo ripetuto per feto premorto ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum ref erre tur.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 83 S.

£8 Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

IV

PARMEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Augustini Chieppi, sacerdotis fundatoris congregationis parvarum filiarum a sacris cordibus Iesu et Mariae (1830-1891).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Non sicut ego volo, sed sicut tu » *(Mt* 26, 39).

Haec deprecatio, quam Iesus Patri adhibuit in Gethsemani initio passionis suae, alte vitam notavit sacerdotis Augustini Chieppi qui seipsum abnegavit ac fervida motus pastorali caritate, non pauca obiit sacrificia in Ecclesiae atque animarum servitio, suorum optatorum suorumque apostolicorum operum ducens maximum Dei voluntatem facere, « qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire » *(1 Tim* 2, 4).

Servus Dei, primogenitus coniugum Raimundi Chieppi, structoris et caementariorum magistri, atque Benvenutae Maffi, ortus est ih Castro Sancti Ioannis, in dioecesi Piacentina, pridie Idus Novembres anno 1830. Paucis post diebus Baptismi sacramentum accepit et anno 1838 Confirmationis. Puer, qui intellegenti et tenera indole praeditus erat, cum docilitate optimaque christiana educatione in familia est instructus didicitque Virginem Mariam colere et amare, quae, uti «ancilla Domini» *(Lc* 1, 38), eius exemplar facta est in voci Dei auscultando oboediendoque. Hinc, cum primum ad Eucharisticam mensam admissus est (anno 1842), animadvertit se a Domino ad sacerdotium vocari et est confestim assensus; sed parentes, eius indigentes auxilio, industriam paternam volebant illum continuare. Non tamen suam deposuit cupiditatem: die patrem adiuvabat tamquam operarius et vesperi in studia apud parochum incumbebat. Dei voluntate comperta, domo fugit ut studia prosequeretur apud Patres Societatis Iesu Placentinos. Anno 1847, tandem parentibus consentientibus, in eadem urbe ephebeum Alberoni ingressus est, ubi philosophica ac theologica studia peregit. Rector dixit eum esse « iuvenem studii appetentem, pietate insignem, quoad mores nulla reprehensione dignum, disciplinae observantem, in progressu laudabilissimum, etsi non commoda utebatur valetudine, acri praeditum ingenio ». Die 24 mensis Septembris anno 1853 ordinatus est sacerdos et, tempore formationis ad finem perducto, a suo episcopo est missus ad Gymnasium Burgi Tari ut studia humanitatis et rhetoricam doceret, ibique alacrem apostolatum explicavit non solum pro discipulis, verum etiam pro iuvenibus loci illius et populo.

Anno 1860 est Parmam translatus tamquam vicarius rectoris ac Gymnasii municipalis praeceptor. Consueta cum peritia et sedulitate suam exsecutus est magistri et educatoris industriam, aestimationem sibi comparans alumnorum et auctoritatum.

Anno 1863, nulla meritorum ratione habita, est de schola deiectus, quia episcopo dioecesano oboedire maluerat, qui sacerdotibus interdixerat ne festo Statuti interessent. Iniuste officio privatus et victu, munus sumpsit educatoris nobilis Parmensis familiae Biondi puerorum; eodem autem tem-

pore ministerio se dedidit praedicationis et confessionum peccatorum audiendarum necnon iuvenum et catholicarum mulierum spiritali moderationi; inter quas Annam Micheli cognovit aliasque quattuor puellas, quas ad altam duxit coniunctionem cum Deo. Cum iis, postridie Idus Apriles anno 1865, re diligenter considerata multaque precatione perfecta, Congregationem Parvarum Filiarum a Sacris Cordibus Iesu et Mariae condidit, eo consilio, ut amorem Iesu per Mariam illustraret, puellas puerosque populi catechizaret et in valetudinariis domibusque aegrotis assiduitatem praeberet. Opus — quod pro Conditoris mente esse debebat « ardentissimus in mundo focus alendae pietatis erga Virginem Mariam, ut haec omnes ad Iesum Christum traheret » — confirmatum est crevitque Servo Dei sapienter ac prudenter moderante, qui peculiari cum sollertia Sororum formationem spiritalem et apostolicam curavit. Simultates, iniustae interpretationes difficultatesque oeconomicae et morales ei non defuerunt, quas animo forti et sereno tulit, pergens eligere « quod Dominus volebat » et pro se proque Instituto humilitatis, paupertatis, servitii ac sacrificii iter ingrediens.

Familia Biondi relicta (anno 1865), pastoralem auxit navitatem, contendens ut Christi lux splenderet in eius temporis societate, gravibus perturbata publicis quaestionibus et ideologiis religioni catholicae et Ecclesiae adversis. Indefatigabilis verbi Dei minister, praedicator evasit praeclarus, eruditionem iungens cum spiritali sapientia; ferventi cum studio fovit catechismi institutionem verusque fuit pauperum evangelizator; cum sedulitate Paenitentiae sacramentum administravit atque regendis animis se tradidit; ut veritatem faceret in caritate, uti diurnarius variis ephemeridibus operam navavit. Anno 1877 Cathedralis Parmensis canonicus theologus est nominatus et, anno 1879, apud Florentinam Studiorum Universitatem est doctoris theologiae insigne consecutus. Sanae doctrinae bene sciens, culturae religiosae multum profuit, quam instrumentum putabat magni momenti evangelizationis. Adversus laicismi postulata, qui omni ope Deum de familiis deque societate eicere nitebatur, necessitatem sensit provehendi motus et consociationes et praesertim Circulos Actionis Catholicae masculinos et femininos. Favit renovato cultui Matris Redemptoris et sacrarum peregrinationum pium usum excoluit.

Filius erga Ecclesiam obsequens, suis superioribus prompte oboedivit et Summi Pontificis doctrinas defendit. In sua multiplici opera sacerdotali, quae prorsus ad aedificationem regni Christi spectabat, Servus Dei in multas incurrit aerumnas, quae eius apostolatum ornaverunt et similiorem eum reddiderunt divino Magistro, qui animam suam ponit pro ovibus (cf. *Io* 10, 11).

Erga suam vocationem fidelis et suum officium, Ecclesiam amavit eique et animis contentis viribus servivit proque earum bono talenta multiplicavit et adhibuit, quae a Deo acceperat. Se sanctificavit alios sanctificando et actionem pastoralem aluit per vitalem et amantem coniunctionem cum Christo. Suam idcirco vitam spiritalem coluit et ad sanctitatem toto pectore tetendit, secundum quae Dominus dixit: « Estote ergo vos perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est » *(Mt* 5, 48). Fide ductus, firmiter in verbum Dei credidit et in supremum Ecclesiae magisterium; pie divina celebravit mysteria; meditationem magni fecit aeternarum veritatum, deprecationem, religionem erga Eucharistiam, Sacrum Cor Iesu, Virginem Mariam. Tota mente totoque corde Deum amavit neque aliud exoptavit, nisi diligenter ac sine mora eius voluntatem facere et pro eius gloria laborare. Ut Domino placeret, servum humilem et indefessum se fecit animarum, quibus copiose distribuit panem veritatis ac redemptionis beneficia et misericordiae opera est exsecutus pro indigenti iuventute, pro pauperibus, aegrotis, peccatoribus proque iis, qui illum excruciaverunt. Sicut parabolae seminator (cf. *Mt* 13, 3 ss.), semen Evangelii et bonorum operum largiter sparsit, pro certo habens Deum illud feneraturum esse in vitam aeternam. Non est viribus suis confisus, sed auxilio Providentiae et potentibus Mariae precibus. Terrestria bona aversatus, diligenter auxit pro se et aliis spiritus bona immortalia atque, spe illuminatus, sedem aeternam consequi cupivit. Hoc votum vehementius factum est inter ultimum morbum, cum multa tranquillitate ad supremum occursum cum Deo se praeparavit: qui contigit die 7 mensis Septembris anno 1891.

Sanctitatis fama, quam sibi vivus pepererat, post mortem est aucta; quam ob rem Episcopus Parmensis anno 1941 Causae canonizationis initium fecit per processus ordinarii informativi celebrationem, cuius auctoritas et vis est decreto, die 5 mensis Martii, anno 1988, edito, probata. Prospero cum exitu die 10 mensis Martii anno 1992, Consultorum Theologorum est actus Congressus Peculiaris, praesidente Fidei Promotore Generali Rev.mo Antonio Petti. Patres Cardinales dein et Episcopi, in Congregatione Ordinaria pridie Nonas Octobres subsequentes habita, Causae Ponente Em.mo Cardinali Iosepho Caprio, professi sunt Servum Dei Augustinum Chieppi heroum in modum virtutes théologales, cardinales et iis adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Augustini Chieppi, Sacerdotis, Fundatoris Congregationis Parvarum Filiarum a Sacris Cordibus Iesu et Mariae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

£8 Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 8 Aprilis 1993. — Titulari episcopali Ecclesiae Coelianensi R. D. Franciscum Coccopalmerio, Vicarii generalis circa res iuridicas in archidioecesi Mediolanensi Vices gerentem, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Caroli Mariae S.R.E. Cardinalis Martini, eiusdem archidioecesis Archiepiscopi.

die 13 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Madisonensi, Exc.mum P. D. Villelmum Henricum Bullock, hactenus Episcopum Desmoinensem.

die 14 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Garrianensi R. D. Vincentium Savio, Societatis Sancti Francisci Salesii sodalem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Alberti Abiondi, Episcopi Liburnensis.

die 16 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Vallis Paradisi Exc.mum P. D. Georgium Arcturum Medina Estévez, hactenus Episcopum Rancaguensem.

— Cathedrali Ecclesiae Rancaguensi Exc.mum P. D. Franciscum Xaverium Prado Aránguiz, hactenus Episcopum em. Iquiquensem et Auxiliarem dioecesis Vallis Paradisi.

die 17 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Pulcheriopolitanae, R. D. Ioannem Petrum Ricard, hactenus Vicarium generalem archidioecesis Massiliensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ludovici Dufaux, Episcopi Gratianopolitani.

— Metropolitanae Ecclesiae Premisliensi Latinorum Exc.mum P. D. Iosephum Michalik, hactenus Episcopum Viridimontanensem-Gorzoviensem.

die 23 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Uxentinae-Sanctae Mariae Leucadensis R. D. Dominicum Caliandro, e clero dioecesis Uritanae, hactenus ibidem Vicarium episcopalem pro Ministeriis non ordinatis et pro Diaconatu permanenti.

die S Maii. — Cathedrali Ecclesiae Civitatis Lazari Cárdenas R. D. Salvatorem Flores Huerta, hactenus Vicarium generalem dioecesis Tacambarensis.

die 4 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Omahensi, Exc.mum P. D. Eiden Franciscum Curtiss, hactenus Episcopum Helenensem.

die 5 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Istminanae-Taduanae R. D. Alfonsum Llano Ruiz, e clero dioecesis Sonsonensis-Rivi Nigri, hactenus Vicarium generalem dioecesis Riviascianensis.

die 6 Maii. — Archiepiscopali Ecclesiae Materanensi-Montis Pelusii Exc.mum P. D. Antonium Ciliberti, hactenus Episcopum Locrensem-Hieracensem.

die 8 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Puteolanae R. D. Silvium Padoin, e clero dioecesis Victoriensis Venetorum, hactenus Congregationis pro Episcopis Subsecretarium.

die 15 Maii. — Episcopum coadiutorem Ecclesiae Sancti Iacobi de Estero Exc.mum P. D. Gerardum Eusebium Sueldo, hactenus Episcopum Novoraniensem.

— Cathedrali Ecclesiae Aricensi R. P. Renatum Hasche Sánchez, e Societate Iesu, hactenus Sectionis Theologiae in Universitate Septemtrionali in urbe Antofagasta moderatorem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 7 Maggio 1993, S. E. il Signor **EDUARD WU TSU-YU**, Ambasciatore di Cina presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Giovedì, 13 Maggio 1993, S. E. il Signor **EUGHENIJ SIDOROV**, Ministro della Cultura della Federazione Russa.

Venerdì, 14 Maggio 1993, S. E. il Signor **JANUSZ ONYSZKIEWICZ**, Ministro della Difesa della Repubblica di Polonia.

Mercoledì, 19 Maggio 1993, S. E. il Signor **KRZYSZTOF SKUBISZEWSKI**, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica di Polonia.

Venerdì, 21 Maggio 1993, S. E. il Signor **GEORGS ANDREJEVS**, Ministro degli Affari Esteri della Lettonia.

Venerdì, 21 Maggio 1993, S. E. il Signor **POVILAS GYLYS**, Ministro degli Affari Esteri della Lituania.

Venerdì, 21 Maggio 1993, S. E. il Signor **JOSEF ZIELENIEC** Ministro degli Affari Esteri della Repubblica Ceca.

Domenica, 25 Aprile 1993, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Albania.

Da Sabato 8 a Lunedì 10 Maggio 1993 il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Sicilia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

22 maggio 1993. Mons. Domenico De Luca, Arcivescovo tit. el. di Teglata di Numidia, *Nunzio Apostolico in Marocco.*

25 » » S. E. mons. Pablo Puente, Arcivescovo tit. di Macri e Nunzio Apostolico in Libano, *Nunzio Apostolico in Kuwait e Delegato Apostolico della Penisola Arabica.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

11 marzo 1993. La sig.ra Adelaide Buranelli, *Membro del Pontificio Consiglio « Cor Unum ».*

22 » » Le LL.EE. i monsignori: Dominio K. Andoh, Arciv. di Accra; Michel Marie-Bernard Calvet, Arciv. di Nouméa; Alan Basii de Lastic, Arciv. di Delhi; Donatus Djagom, Arciv. di Ende; Fernand Franck, Arciv. di Luxembourg; Karl Hesse, Arciv. di Rabaul; François Xavier Nguyên Van Thuân, Arciv. tit. di Vadesi, Coadiutore di Thàn-Phô Hô Chi Minh; Gregory Yong Sooi Ngeam, Arciv. di Singapore; Emmanuel Wamala, Arciv. di Kampala; Gabriel Zubeir Wako, Arciv. di Karthoum; Roger-Emile Aubry, Vescovo tit. di Arena, Vicario Apostolico di Reyes; Luis Augusto Castro Quiroga, Vescovo tit. di Acque ila vie, Vicario Apostolico di San Vicente-Puerto Leguizamo; Michael J. Cleary, Vescovo di Banjul; Michel-Joseph Gérard Gagnon, Vescovo di Laghouat; Giovanni Bernardo Gremoli, Vescovo tit. di Masuccaba, Vicario Apostolico di Arabia; Thomas Menanparampil, Vescovo di Guwahati; Paul Marie Nguyen Minh Nhat, Vescovo di Xuân Lôc; Ratko Períc, Vescovo coadiutore di Mostar-Duvno; mons. Paolo Giglioni; mons. Eric Schmidt; don Eduardo Baura; i padri: Jésus Castellano Cervera, O.C.D.; Velasio De Paolis, C.S.; Gianfranco Girlanda, S.I.; Battista Mondin, S.X.; Marcello Zago, O.M.I.; Daniele Acharuparambil, O.C.D.; Piero Gheddo, P.I.M.E.; Domenico Colombo, P.I.M.E.; Francesco Pavese, I.M.V.; Adam Wolanin, S.I.; don Luke Van Looy, S.D.B.; suor Maura O'Connor; suor Giuseppina Tresoldi; sig. Tommaso Federici, *Consultori della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

22 marzo 1993. S. E. mons. Anselme Sanon, Vescovo di Bobo-Dioulasso; i monsignori: Vincent Che Chen-Tao; Tiziano Scalzotto; i padri Constant Bouchaud, P.S.S.; Anastasius Disch, O.F.M. Cap.; Leonard Kaufmann, M. Afr.; Jesús Lopez-Gay, S.I., *Consultori della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli « in aliud quinquennium ».*

L'Em.mo Signor Cardinale Alfonso López Trujillo, *Membro della Congregazione delle Cause dei Santi.*

Gli Em.mi Signori Cardinali Roger Etchegaray, Achille Silvestrini, Edward I. Cassidy, *Membri del Pontificio Consiglio per il Dialogo Inter-Religioso.*

Gli Em.mi Signori Cardinali Simon D. Lourdusamy e Paul Poupard, *Membri del Pontificio Consiglio per il Dialogo Inter-Religiosos « in aliud quinquennium ».*

aprile » Mons. Henri Bodet, *Consultore del Pontificio Consiglio per la Famiglia.*

S. E. mons. Raymond-Marie Tchidimbo, Arcivescovo em. di Konakry, *Membro del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali.*

Mons. Giorgio Corbellini, *Vice Segretario Generale del Governatorato dello Stato della Città del Vaticano « ad quinquennium ».*

Mons. Joseph Punderson, *Promotore di Giustizia Sostituto presso il Tribunale della Segnatura Apostolica.*

S. E. mons. Gabriel Montalvo, Arcivescovo tit. di Celene, Rappresentante Pontificio a Belgrado e a Minsk, *Presidente della Pontificia Accademia Ecclesiastica.*

NECROLOGIO

28 febbraio 1993. Mons. Athanase Ach-Chaer, Arcivescovo em. di Bäniyäs dei Greci Melkiti *(Libano).*

20 aprile » Mons. Antonio Bello, Vescovo di Molfetta-Ruvo-Giovinazzo-Terlizzi *(Italia).*

» » » Mons. Antonio Maria Al ves de Siquiera, Arcivescovo em. di Campinas *(Brasile).*

24 » » Mons. Jules-Victor Daem, Vescovo em. di Anversa *(Belgio).*

26 » » Mons. Petrus Frans Lehaen, Vescovo em. di Sakania-Kipushi *(Zaïre).*

3 maggio » Mons. Antonio Barbosa, Arcivescovo em. di Campo Grande *(Brasile).*

4 » » Mons. Alain van Gaver, Vescovo em. di Nakhon Ratchasima *(Tailandia).*

5 » » Mons. Antal Jakob, Vescovo em. di Alba Julia *(Romania).*

» » » Mons. George William Ahr, Vescovo em. di Trenton *(Stati Uniti d'America).*

» » » Mons. Kevin O'Connor, Vescovo tit. di Glastonia.

14 » » Mons. Roger-Alfred Despatie, Vescovo em. di Hearst *(Canada).*

An. et vol. LXXXV 6 Iulii 1993 N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

quibus Pontificium Consilium de Cultura et Pontificium Consilium pro Dialogo cum non credentibus in unum rediguntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Inde a Pontificatus Nostri initio copiosas et concitantes significationes a Concilio Oecumenico Vaticano II prolatas colligentes, excolere voluimus Ecclesiae dialogum cum aetatis nostrae hominibus. Potissimum quidem promovere desideravimus concursionem cum non credentibus quod attinet ad praecipuam humanae culturae regionem, quae quidem exstat spiritus fundamentalis ratio, quatenus homines inter se arta necessitudine coniungit eosque conglutinat in iis quae peculiariter ad communem humanam condicionem pertinent.

Hanc ob causam, pro certo habentes « compositionem inter culturam et fidem esse postulatum non tantum ipsius culturae, sed etiam fidei », condidimus, anno MCMLXXXII, Pontificium Consilium de Cultura, ea ducti ratione ut Ecclesiae pastoralem praesentiam confirmaremus hoc in peculiari fundamentalique ambitu, in quem sane totius mundi sors prospicit hoc tertio adventante mille annorum spatio, atque ut eodem tempore promoveremus « dialogum cum religionibus non christianis atque cum hominibus et coetibus nullam repetentibus religionem, coniungentes inquisitionem cuius-

dam culturalis communicationis cum omnibus bonae voluntatis hominibus » *(Epistula ad Augustinum S.R.E. Cardinalem Casaroli, Secretarium Status,* die xx mensis Maii, anno MCMLXXXII, *Insegnamenti,* vol. V/2, 1982, pp. 1777 ssq.).

Postremis his annis praeterea clarior facta est notio artae necessitudinis quae exstat inter navitatem huius Pontificii Consilii atque Pontificiae Commissionis de patrimonio artis et historiae conservando, a Nobis conditae die xxviii mensis Iunii anno MCMLXXXVIII, quaeque, brevi tamen hoc tempore operositatis, suae constitutionis necessitatem confirmavit: fides enim natura sua promovet res singulari opere artificioque perfectas et historicas testificationes secum ferentes vim evangelizandi culturalemque praestantiam, in quas quidem oportet Ecclesia summam proferat animi intentionem.

Cognita est insuper opportunitas reddendi magis consentaneam praestantem Sanctae Sedis praesentiam in regione culturae per Pontificiarum Academiarum renovationem earumque colligationem.

Quibus diligenter perspectis statuimus, derogando statutis Constitutionis Apostolicae *Pastor bonus,* redigendi in unum et Pontificium Consilium de Cultura et Pontificium Consilium pro Dialogo cum non credentibus, eademque conglutinandi in unum corpus quibus erit nomen « Pontificium Consilium de Cultura», quocum posthac Pontificia Commissio de patrimonio artis et historiae conservando periodicas habebit rationes.

Novum Consilium his quae sequuntur regitur normis:

Art. 1

Consilium provehit concursionem salvifici nuntii Evangelii atque aetatis nostrae culturae Institutorum incredulitate saepe religionisque lentitudine conspicuorum, ut ipsa magis magisque expandantur christianae fidei recipiendae, effectrici animi culturae atque scientiarum, fonti inspiratori litterarum artiumque.

Art. 2

Consilium pastoralem patefacit Ecclesiae curam prae gravibus portentis abruptionis inter Evangelium et animi culturas. Favet ergo inquisitioni de quaestione incredulitatis et neglegentiae religiosae variis sub formis exstantis in diversis culturalibus spatiis, earum causas investigat necnon consecutiones quod attinet ad christianam Fidem, eo proposito ut apta praebeat subsidia pastorali Ecclesiae navitati perficiendae ad evangeli-

zationem culturarum adque fovendum concursum novae culturae cum Evangelio.

Art. 3

Ad rationes fovendas inter Ecclesiam Sanctamque Sedem atque varios culturae mores, Consilium accommodata suscipit incepta circa dialogum inter Fidem et culturam atque dialogum interculturalem. Incepta curat a variis Ecclesiae Institutis inchoata, atque adiutricem praebet operam congruentibus Institutis Conferentiarum episcopalium.

Art. 4

Dialogum insuper Consilium instituit cum iis qui Deo non credunt vel nullam confitentur religionem, quotiescumque ii reapse operam consociare velint. Componit atque per doctos viros socium se praebet congressionum studiorum super hanc rem.

I. « Pontificium Consilium de Cultura » duas habebit sectiones:

1. « Fides et Cultura ».
2. « Dialogus cum Culturis ».

Sectio « Fides et Cultura » operositatem continuabit quam usque adhuc Pontificium Consilium de Cultura expedivit.

Sectio « Dialogus cum Culturis » perget navitatem quam usque adhuc Pontificium Consilium pro dialogo cum non credentibus persolvit.

Novi Consilii Praeses erit Cardinalis, cui adiutricem operam praebebunt Secretarius et Subsecretarius. Necessitate quadam impellente, duo constituantur Subsecretarii, unicuique sectioni unus.

II. Servatis peculiaribus Statutis Pontificiae Academiae Scientiarum atque erigendae Academiae de Scientiis Socialibus, Pontificium Consilium de Cultura componit operositatem Pontificiarum Academiarum.

III. Pontificia Commissio de Patrimonio Artis et Historiae Ecclesiae conservando posthac denominabitur «Pontificia Commissio de Ecclesiae Bonis Culturalibus ». Ipsa, tametsi servat dicionem ei tributam ab artt. 100-103 Constitutionis Nostrae Apostolicae *Pastor bonus,* amplius non pertinebit ad Congregationem pro Clericis, sed erit sui iuris, suo praedita Praeside, qui numerabitur inter Membra Pontificii Consilii de Cultura, quocum sane periodicas habebit rationes, ut finis congruentia in tuto collocetur

necnon fecunda mutua cooperatio. Cum eodem Pontificio Consilio de Cultura consilia conferat etiam relate ad Academias quarum navitas ad bona Ecclesiae culturalia pertinet.

Quae igitur a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia rata ac firma esse iubemus, contrariis quibusvis, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Martii, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Sanctus Ioannes a Cruce, presbyter et Ecclesiae doctor, confirmatur Patronus apud Deum poëtarum seu carminum scriptorum, quae Hispanica lingua exarantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam.— Inter praeclaros poetas humani generis merito recensetur Sanctus Ioannes a Cruce, presbyter et doctor Ecclesiae, vitae sanctitate, sapientia et mystica disciplina insignis, qui divini amoris afflatu motus et Hispanica usus lingua plurima mirabiliter composuit carmina, quae legentium vel audientium animum sublimi quidem arte poetica alliciunt ad supernam Pulchritudinem, ad aeternum Verum et ad infinitum Bonum. Constat praeterea carminum scriptores catholicos, praesertim eos, qui loquuntur Hispanice, eundem Sanctum virum et magni facere et poesis magistrum sequi et peculiari cultu venerari. Qua de re, Venerabilis Frater Noster Angelus S.R.E. Cardinalis Suquia Goicoechea, Archiepiscopus Metropolita Matritensis etiam nomine Coetus Episcoporum Hispaniae una cum Venerabili Fratre Nostro Nicolao a Iesu S.R.E. Cardinali López Rodríguez, Archiepiscopo Metropolita Sancti Dominici atque Praeside Consilii Episcopalis Latini Americam, vota Academiae « de Jugla-

res de Fontiveros » nuncupatae atque aliarum Institutionum Academicarum et carminum scriptorum excipientes, electionem Sancti Ioannis a Cruce in Patronum apud Deum poëtarum seu carminum scriptorum, quae Hispanica lingua exarantur, rite probarunt atque litteris die VII mensis Maii ac die VII mensis Octobris superiore anno datis petiverunt ut huiusmodi electio et approbatio secundum Normas de Patronis constituendis et ad normam Instructionis « de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30, confirmentur. Nos vero, Qui eiusdem incliti Sancti vitam et opera probe novimus atque existimamus itemque Academiae, quam diximus, honoris causa Sodalis sumus, cum hasce electionem et approbationem ad iuris praescriptum peractas esse constet, enixis precibus libentissime obsecundandum esse putamus. Quapropter iis comprobatis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, summa Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum Sanctum Ioannem a Cruce poëtarum seu carminum scriptorum, quae Hispanica lingua exarantur, Patronum apud Deum confirmamus, factis omnibus iuribus ac liturgicis privilegiis secundum rubricas consequentibus. Minime sane dubitamus quin concessus honor in religionis bonum inque poëtarum catholicorum, qui Hispanice loquuntur, spiritualem profectum cedat pariterque singulari decore cumulet recentia sollemnia, quae acta sunt ob IV expletum saeculum ab obitu tam magni viri, Dei praeconis, restitutoris Carmeli Ecclesiaeque luminis. Has denique Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Martii, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 320.498

II

Templum Deo dicatum in honorem Sancti Ioannis Baptistae sub titulo « a Decollatione », in oppido v.d. Chojnice, in dioecesi Pelplinensi, ad gradum Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter plurimos sanctos ab Ecclesia renuntiatus fidelibusque ob viva virtutum exempla propositos iure meritoque Ioannes Baptista praecipue est recensendus, qui paravit viam ante Christum et maximus fuit inter natos mulierum (cf. *Mt* 11, 10-11). Libentes ergo accepimus postulationem Venerabilis Fratris Ioannis Szlaga, Episcopi Pelplinensis, ut templum, ubi Sancti Ioannis Baptistae cultus viget eiusque martyrii testimonium plurima iam saecula a sacerdotibus praedicatur et a Christifidelibus piissime colitur, dignitate basilicae Minoris exornaretur. Certiores facti hanc aedem aequo modo etiam architectonice et liturgice commendari, eiusmodi petitioni sine mora concedimus, confisi sane fore ut, intercedente Sancto Ioanne Baptista, hoc privilegium ad populi Dei illius regionis unitatem eiusque devotionis emolumentum haud parum conferat. De consilio ideo Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, potestate Nostra Apostolica per has Litteras statuimus, ut ecclesia paroecialis in oppido vulgo dicto Chojnice, in dioecesi Pelplinensi, Deo dicata in honorem S. Ioannis Baptistae Decollati, titulo et dignitate Basilicae Minoris fruatur, iuribus additis et privilegiis huiusmodi templorum propriis, servatis iis quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die ix mensis Novembris, anno MCMLXXXIX datum, servanda sunt. Haec vero nunc et in posterum firma esse volumus, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 321.058

III

Ecclesia paroecialis Sancti Laurentii, diaconi et martyris, quae in urbe « Asheville» intra fines Carolinanae dioecesis exstat, ad Basilicae Minoris gradum dignitatemque evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter praeclaras sacras aedes Carolinanae dioecesis novimus merito haberi ecclesiam paroecialem Sancti Lauren-, tii, diaconi et martyris, in urbe « Asheville » sitam, quae structurae genere « Hispanico » aedificata ac praestans quidem miris artis operibus, nota est sedes spiritualis vitae operumque pastoralium et caritatis necnon oecumenici motus. Qua re, cum Venerabilis Frater Ioannes Franciscus Donoghue, Episcopus eiusdem dioecesis, litteris die xn mensis Februarii hoc anno datis, etiam cleri populique sui nomine petiverit ut idem templum titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaremus, Nos peculiare benevolentiae Nostrae documentum dilectis Carolinanis filiis cupientes praebere, eius sollertia Pastoris precibus libenter obsecundandum esse putamus. De sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, summa Apostolica usi potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum ecclesiam paroecialem, de qua mentionem fecimus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus, factis omnibus iuribus ac liturgicis concessionibus, quae sacris aedibus hoc nomine insignitis rite competunt, iis tamen servatis, quae secundum Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX editum, servanda sunt. Has denique Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Aprilis, anno MCMXCIH, Pontificatus Nostri decimo quinto.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 324.326

IV

Templum cathedrale sanctuarium Beatae Mariae Virginis a Fatima, quod in Heliopolitana regione Cairi exstat, ad Basilicae Minoris gradum dignitatemque evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — In Heliopolitana regione Cairi, amplissimae urbis principis Aegypti, clarum exstat templum sanctuarium Beatae Mariae Virginis a Fatima ad quod Christifideles omnium rituum et confessionum necnon Muslimi ipsi atque pii peregrinatores undique gentium frequentes accedunt veneraturi decoram imaginem eiusdem Virginis, quam Pius Pp. XII, Decessor Noster fel. rec, isti templo dono dedit anno MCMLiii. Qua re, cum Venerabilis Frater Iosephus Ibrahim Sarraf, Episcopus Cahirensis Chaldaeorum, litteris die VII mensis Ianuarii hoc anno datis, nomine quoque cleri populique sui petiverit ut idem templum titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaremus, Nos, intenti ad ea per quae ferventius Christifidelium excitentur cultus ac devotio erga praecelsam Dei Genetricem, eius Pastoris preces libentes audiendas esse putamus. Ex sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute, perpetuumque in modum templum cathedrale sanctuarium, de quo mentionem fecimus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus, factis omnibus iuribus ac liturgicis concessionibus, quae ecclesiis hoc nomine insignitis rite competunt, iis tamen servatis, quae secundum Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX editum, servanda sunt. Has denique Litteras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Aprilis, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri decimo quinto.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 324.352

V

Imago Beatae Mariae Virginis titulo « Mater Misericordiae » invocatae, quae pie servatur in sacello cathedralis templi Bialostocensis, pretioso diademate redimiri sinitur « nomine et auctoritate Summi Pontificis ».

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Christifideles Bialostocenses singulari pietate colunt gratiosam imaginem Beatae Mariae Virginis titulo « Mater Misericordiae » invocatae, quae in similitudinem clarissimae Deiparae Vilnensis depicta, religiose servatur in sacello cathedralis templi eiusdem urbis, quod Nosmet Ipsi, cum fungebamur munere Archiepiscopi Metropolitae Cracoviensis, die xxvn mensis Novembris anno MCMLXXVII sollemni ritu consecravimus, eadem imagine lustrali aqua aspersa. Qua re, cum Venerabilis Frater Archiepiscopus metropolitanae Sedis Bialostocensis, litteris die xn mensis Decembris superiore anno datis, etiam cleri populique sui nomine petiverit ut imago, quam diximus, Nostro nomine et auctoritate pretioso diademate redimiretur, Nos, paternae benevolentiae documentum tam dilectis filiis cupientes praebere, enixis precibus libentissime obsecundandum esse putamus. Ex sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, Apostolica potestate usi, sacrorum Antistiti Bialostocensi partes committimus ut imagini Beatae Mariae Virginis titulo « Mater Misericordiae » invocatae et in ecclesia cathedrali Bialostocensi pie custoditae, Nostro nomine et auctoritate, quo die velit, pretiosam imponat coronam, secundum probatum liturgicum ritum. Minime vero dubitamus quin concessus honor in catholicorum fidelium Bialostocensium spirituale bonum cedat pariterque fore confidimus ut ii omnes, qui eandem venerantur imaginem, ad colendam Dei Genetricem magis magisque incitentur. Denique volumus ut hae Litterae accuratae serventur et cunctos suos effectus legitime consequantur, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Aprilis, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri decimo quinto.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco EB Sigilli
In Secret. Status tab., n. 324.353

INTER APOSTOLICAM SEDEM ET REM PUBLICAM MELITENSEM DE SCHOLIS CATHOLICIS

CONVENTIO

LA SANTA SEDE
E LA REPUBBLICA DI MALTA,

avendo presenti, da parte della Repubblica di Malta, i principi sanciti dalla Sua Costituzione e dagli Organismi Internazionali cui essa aderisce e, da parte della Santa Sede, i documenti del Concilio Ecumenico Vaticano II come pure le disposizioni del Codice di Diritto Canonico;

riconoscendo il diritto primario dei genitori di scegliere le scuole da essi ritenute più idonee per l'educazione dei propri figli;

riconoscendo altresì il diritto alla libertà d'insegnamento e il conseguente obbligo dello Stato di rendere possibile l'esercizio pratico di tale diritto, senza discriminazione;

considerando il carattere pubblico del servizio offerto dalle Scuole della Chiesa alla società maltese;

hanno convenuto sull'opportunità di addivenire ad un nuovo e definitivo Accordo sulle Scuole della Chiesa.

THE HOLY SEE
AND THE REPUBLIC OF MALTA,

hearing in mind, on the part of the Republic of Malta, the principies enforced by its Constitution and by those International Bodies to which it adhères, and, on the part of the Holy See, the documents of the Second Ecumenical Vatican Council and also the norms of the Code of Canon Law;

acknowledging the primary right of parents to choose the schools they deem best suited for the éducation of their children;

acknowledging as well the right to freedom of éducation and the conséquent duty of the State to make possible in practice the exercise of this right, without discrimination;

considering the public character of the service offered by Church Schools to Maltese society;

have agreed that it is opportune to reach a new and definitive Agreement on Church Schools.

A tal fine la Santa Sede, rappresentata dal Suo Plenipotenziario Mons. Pier Luigi Celata, Arcivescovo titolare di Doclea, Nunzio Apostolico a Malta, e la Repubblica di Malta, rappresentata dal Suo Plenipotenziario Dr. Ugo Mifsud Bonnici, Ministro dell'Educazione e degli Interni, hanno stabilito di comune intesa quanto segue:

Articolo 1

Lo Stato riconosce come « Scuole della Chiesa », oggetto del presente Accordo, le scuole che, pur appartenendo o essendo dirette da varie persone giuridiche canoniche, sono riconosciute come tali, per iscritto, dal competente Vescovo diocesano e sono a lui soggette a norma del Diritto Canonico.

Articolo 2

1. Lo Stato riconosce alla Chiesa il diritto di istituire e dirigere le proprie Scuole secondo la loro specifica natura e in autonomia di organizzazione e funzionamento, nel rispetto delle norme generali previste dall'ordinamento scolastico dello Stato circa il « National Minimum Curriculum » e le « National Minimum Conditions » attuati nelle Scuole dello Stato.

2. Qualora in una Scuola della Chiesa fossero riscontrate delle

Wherefore, the Holy See, as represented by its Plenipotentiary Mgr Pier Luigi Celata, Titular Archbishop of Doclea, Apostolic Nuncio to Malta, and the Republic of Malta, as represented by its Plenipotentiary Dr Ugo Mifsud Bonnici, Minister of Education and the Interior, have by common accord established as follows:

Artide 1

The State recognizes as "Church Schools", the subject-matter of this Agreement, the schools which, even though belonging to or directed by various canonical legal persons, are recognized as such in writing by the compétent diocesan Bishop, and are subject to him according to Canon Law.

Artide 2

1. The State recognizes the right of the Church to establish and direct its own schools according to their specific nature and with autonomy of **Organization** and opération, while observing the general régulations envisaged by the State's educational policy regarding the "National Minimum Curriculum" and the "National Minimum Conditions" put into effect in State Schools.

2. In the event that a Church School is found to be in breach of

inadempienze di tali norme generali di fatto applicate nelle Scuole dello Stato, il Ministro dell'Educazione, prima di adottare qualunque eventuale provvedimento, dovrà concedere una moratoria di dodici mesi entro i quali la Scuola, salvo ogni altro Diritto garantito dalla legge, si impegnerà ad adeguarsi alle stesse norme.

such general régulations, as actually put into effect in State Schools, the Minister of Education, before adopting any provision, shall be bound to grant a respite of twelve months within which the School, saving any other right guaranteed by law, shall bind itself to conform to those same régulations.

Articolo 3

I criteri di ammissione alle Scuole della Chiesa sono liberamente fissati dalle competenti Autorità ecclesiastiche in modo che, senza discriminazione, sia assicurato il carattere pubblico del servizio offerto dalle stesse Scuole a quanti aderiscono ai principi educativi di esse. Ciò non esclude la possibilità, secondo la missione propria della Chiesa ed a giudizio delle medesime Autorità ecclesiastiche, di riservare dei posti a categorie meno favorite o in considerazione di particolari esigenze socio-familiari.

Artide 3

The criteria for admission to Church Schools are freely established by the compétent ecclesiastical Authorities in such a way that, without discrimination, the public character of the service offered by the same Schools to those who share their educational principies is assured. This does not exclude the possibility, in line with the proper mission of the Church and in the judgement of the same ecclesiastical Authorities, of reserving some places for less privileged catégories, or in view of particular socio-familial needs.

Articolo 4

La Chiesa completerà il processo di riorganizzazione delle proprie Scuole in modo che tutte le Primarie e le Secondarie abbiano cicli completi di classi a partire dall'anno scolastico 1992-1993.

Artide 4

The Church shall complete the process of reorganization of its schools in such a way that ali the Primary and Secondary schools will have complete cycles of classes as from the scholastic year 1992-1993.

Articolo 5

Le Scuole della Chiesa sono gratuite. La gratuità dell'insegnamento, già attuata nelle classi Secondarie, sarà estesa alle Primarie ed ai Kindergarten a partire, rispettivamente, dal I° gennaio 1992 e dal I° gennaio 1993.

Artide 5

Church Schools are free of charge. Free tuition, already put into effect in Secondary Classes, will be extended to the Primaries and Kindergartens as from the first January 1992 and from the first January 1993 respeetively.

Articolo 6

Le Scuole della Chiesa sono finanziate dalla Chiesa e dallo Stato secondo i seguenti criteri:

1. a) La Chiesa mette a disposizione delle proprie Scuole gli edifìci di sua proprietà in cui esse hanno sede.

b) Sono altresì ad esclusivo carico della Chiesa: la manutenzione e l'eventuale ampliamento degli edifìci scolastici; l'eventuale affìtto da terzi di immobili per uso scolastico; il compenso ai Consiglieri Spirituali; eventuali prestazioni di professionisti non appartenenti al personale docente o non docente stabilmente impiegato nelle Scuole; il convitto per studenti maltesi e non maltesi; l'insegnamento ad eventuali studenti non maltesi.

La Chiesa provvederà a finanziare tali spese con: raccolte di fondi; libere donazioni dei genitori od altri; una colletta annuale in ciascuna diocesi; rette dei convittori; rette di eventuali studenti

Artide 6

Church Schools are financed by the Church and by the State according to the following criteria:

1. a) The Church makes available to its own Schools such buildings that it owns in which they are established.

b) There shall also be to the exclusive charge of the Church: the maintenance and possible future extension of the schools' buildings; the renting from third parties of immovable property for use as schools; the rémunération to Spiritual Counsellors; the services rendered by persons not forming part of the ordinary teaching or non-teaching staff of the Schools; the board and lodging of Maltese and non-Maltese students; the tuition of any non-Maltese students.

The Church shall see to the financing of the above costs through: the raising of funds; free donations from parents or others; an annual collection in each diocèse; boarding fees; tuition fees of

non maltesi; eventuali altre rendite.

2. a) Sono a carico della Chiesa e dello Stato: le retribuzioni del personale docente e non docente, comprensive anche dei contributi sociali e dei « bonus » stabiliti dalla legge; le spese generali valutate nella misura del dieci per cento dell'importo totale delle retribuzioni del personale docente e non docente, considerate al lordo della detrazione corrispondente al contributo del personale religioso, di cui all'articolo 6, 2. b), ii).

b) La Chiesa contribuirà a finanziare le spese di cui all'articolo 6, 2. a) nella misura risultante dalla somma:

i) della rendita annuale della parte di capitale, ricavato dal migliore sviluppo della sua proprietà immobiliare, che essa destinerà a tale scopo e che affiderà alla Fondazione per le Scuole della Chiesa;

ii) e del contributo offerto dai Religiosi che prestano servizio nelle Scuole della Chiesa, corrispondente alla differenza tra la retribuzione ad essi di per sé spettante secondo quanto stabilito agli articoli 6, 2. a), e 6, 2. d), iii) e quella di fatto da essi percepita secondo le disposizioni delle competenti Autorità ecclesiastiche.

any non-Maltese students; any other source of income.

2. a) There shall be to the charge of the Church and the State: the rémunération of the teaching and non-teaching staff, inclusive of the social security contributions and the bonuses prescribed by law; the general expenses estimated at ten per centum of the total amount of the rémunération paid to the teaching and non-teaching staff, taken gross before the déduction corresponding to the contribution of Religious personnel as in article 6, 2. b, ii).

b) The Church shall contribute towards the financing of the expenses mentioned in article 6, 2. a) according to the measure resulting from the sum:

i) of the yearly income of that part of the capital, accruing from a better development of its immovable property, which it shall assign to this purpose and which it shall entrust to the Foundation for Church Schools;

ii) and of the contribution offered by the Religious serving in Church Schools, corresponding to the différence between the rémunération properly due to them as established in article 6, 2. a) and 6, 2. d), iii) and that actually received by them according to the décisions of the compétent ecclesiastica! Authorities.

c) Lo Stato contribuirà a finanziare le stesse spese di cui all'articolo 6, 2. a), nella misura corrispondente alla differenza tra l'importo totale di esse e il contributo della Chiesa, di cui all'articolo 6, 2. b).

d) Al fine della determinazione delle retribuzioni del personale docente e non docente è stabilito che:

i) il personale docente comprende le stesse categorie previste nelle singole Scuole Statali;

ii) il numero del personale docente e non docente è stabilito in relazione alle necessità funzionali ed in proporzione del numero degli alunni di ciascuna scuola, secondo i criteri usati anche nelle Scuole Statali;

iii) le retribuzioni del personale docente e non docente, comprensive anche di contributi sociali e dei « bonus » stabiliti dalla legge, sono determinate, a parità di prestazioni e di titoli, in misura uguale a quella corrisposta nelle Scuole Statali.

Articolo 7

Allo scopo di consentire la tempestiva determinazione del contributo finanziario dello Stato, la Commissione per l'Educazione della Conferenza Episcopale Maltese presenterà al Ministero dell'Educa-

c) The State shall contribute towards the financing of the same expenses mentioned in article 6, 2. a) according to the measure corresponding to the différence between their total amount and the contribution of the Church mentioned in article 6, 2. b).

d) For the purpose of determining the rémunération of the teaching and non-teaching staff, it is established that:

i) the teaching staff includes the same catégories envisaged in each State School;

ii) the number of teaching and non-teaching staff is established in relation to operational requirements and in proportion to the number of students in each school, according to the criteria also used in State Schools;

iii) the rémunération of the teaching and non-teaching staff, including also the social security contributions and bonuses prescribed by law, is established, for the same service and qualifications, on a par with that paid in State Schools.

Article 7

In order to make it possible to determine in due time the financial contribution of the State, thé Commission for Education of the Maltese Episcopal Conference shall submit to the Ministry of Educa-

zione, entro il 31 agosto di ogni anno, l'elenco del personale docente e non docente, religioso e laico, delle Scuole della Chiesa, previsto come necessario per il successivo anno scolastico, con l'indicazione delle rispettive retribuzioni.

tion, by the thirty-first August of every year, the list of the teaching and non-teaching staff, both Religious and lay, of Church Schools, deemed to be required for the following scholastic year, with an indication of the respective rémunération of each.

Articolo 8

1. Il Governo verserà il proprio contributo, esente da ogni imposta, al Fondo per le Scuole della Chiesa, presso la Commissione per l'Educazione della Conferenza Episcopale Maltese, in sei rate bimestrali, anticipate, entro il giorno 15 dei mesi di ottobre, dicembre, febbraio, aprile, giugno, agosto.

Con questa fiducia imparto a ciascuno di voi e alle vostre Chiese la Benedizione Apostolica.

N. 74.
Cf. *Mc* 3, 14; *At* 1, 21.
Cf. *1 Cor* 4, 1-2.
Cf. *1 Pt* 5, 1-4.

V

Ad eos qui conventui « de Evangelio Novo Mundo nuntiato » interfuerunt.*

Queridos Hermanos en el episcopado,
Excelentísimos Señores
Distinguidos Profesores,
Señoras y Señores:

1. Les agradezco muy cordialmente su presencia en el Vaticano, adonde han venido de prestigiosas Universidades y de diversas naciones, especialmente de Iberoamérica, para participar en este importante Simposio, que la Comisión para América Latina ha organizado, en torno a la historia de la Evangelización del Nuevo Mundo.

El Simposio está encuadrado en el marco sugestivo de este venturoso año 1992, en el que se cumple el V Centenario del comienzo de la Evangelización de América. Conmemoramos así aquel 1492 que, como señalé en mi homilía del 1 de enero, fue un « año singular, año de grandes cambios en la historia de la humanidad, año de los nuevos caminos del Evangelio de nuestra salvación ».

En estas pocas palabras se compendia lo que fue aquella memorable efemérides que, en el cuadrante de la historia está ligada a una fecha simbólica: 12 de octubre 1492, si bien la grandiosa y admirable aventura del descubrimiento y de la primera evangelización del Nuevo Mundo se desarrolló en los años sucesivos, cubriendo un arco de tiempo —algo más de un siglo— en el que cambió de rumbo la trayectoria de la Humanidad.

2. En efecto, las carabelas del Almirante Cristóbal Colón zarparon del Puerto de Palos, España, bajo la égida de los Reyes Católicos, Isabel y Fernando, el 3 de agosto de 1492 y el 12 de octubre arribaron a las tierras del nuevo continente, que después se llamaría América.

El primer encuentro de los europeos con los pueblos del Continente americano tuvo lugar en la isla de Guanahaní, situada en el actual archipiélago de Las Bahamas y que Colón llamó San Salvador, nombre cargado de profundo significado cristiano y que dejaba entrever el proyecto de la futura inmediata evangelización. En efecto, ésta comenzó propiamente con el segundo viaje de Colón, en el que ya algunos misioneros formaban parte de la expedición. Y así, el día 6 de enero de 1494, Fray Bernardo Boyl,

* Die 14 m. Maii a. 1992.

designado Vicario Apostólico del Nuevo Mundo, celebró la primera Misa solemne en América.

Estas noticias, que nos dan las crónicas con datos precisos, son parte de una historia fascinante. Compete a los historiadores el seguir profundizando sobre unos acontecimientos que han marcado un hito importante en la vida de la humanidad. Si bien, por encima de estos datos, la Iglesia proclama siempre que Jesucristo es el Señor de la Historia: « Cristo ayer y hoy. Principio y Fin. Alfa y Omega. Suyo es el tiempo y la eternidad. A Él la gloria y el poder por los siglos de los siglos », palabras que hemos pronunciado en la liturgia de la Vigilia Pascual.

3. Como Sucesor de Pedro, deseo proclamar hoy delante de Ustedes que la historia está dirigida por Dios. Por ello, los diversos « eventos » pueden convertirse en « oportunidades salvíficas » (kairós), cuando en el curso de los siglos Dios se hace presente de un modo especial. Ante los nuevos horizontes que se abrieron el 12 de octubre de 1492, la Iglesia, fiel al mandato recibido de su divino Fundador,[1] sintió el deber perentorio de implantar la Cruz de Cristo en las nuevas tierras y de predicar el Mensaje evangélico a sus moradores. Esto, lejos de ser una opción aventurada o un cálculo de conveniencia, fue la razón del comienzo y desarrollo de la Evangelización del Nuevo Mundo.

Ciertamente, en esa Evangelización, como en toda obra humana, hubo aciertos y desatinos, « luces y sombras », pero « más luces que sombras »,[2] a juzgar por los frutos que encontramos allí después de quinientos años: una Iglesia viva y dinámica que representa hoy una porción relevante de la Iglesia universal. Lo que celebramos este año es precisamente el nacimiento de esta espléndida realidad: la llegada de la fe a través de la proclamación y difusión del Mensaje evangélico en el Continente. Y lo celebramos « en el sentido más profundo y teológico del término: como se celebra a Jesucristo (...) el primero y más grande Evangelizador, ya que Él mismo es el "Evangelio de Dios" ».[3]

4. No celebramos, pues, acontecimientos históricos controvertidos. Somos conscientes de que los hechos históricos, así como su interpretación, son una realidad compleja que hay que estudiar atenta y pacientemente. De Ustedes se espera una válida aportación, seria y objetiva, un juicio

[1] Cf. *Mt* 28, 19.

[2] Cf. Carta Apostólica *Los Caminos del Evangelio,* 29 de junio 1990, 8.

[3] Cf. *Angelus* 5 de enero 1992.

sereno sobre esos eventos.-En efecto, el historiador no debe estar condicionado por intereses de parte, ni por prejuicios interpretativos, sino que ha de buscar la verdad de los hechos. Por ello, el V Centenario de la Evangelización de América es una ocasión propicia para el « estudio histórico riguroso, enjuiciamiento ecuánime y balance objetivo de aquella empresa singular, que ha de ser vista en la perspectiva de su tiempo y con ima clara conciencia eclesial ».[4] En este sentido, han tenido ya lugar en España, en América y también en Roma diversos y significativos congresos de carácter histórico. El presente encuentro se sitúa igualmente en esta línea, como también la Exposición de libros y documentos anteriores al 1600, organizada por la Biblioteca Apostólica Vaticana y el Archivo Secreto Vaticano.

Este Simposio tiene lugar antes de la IV Conferencia General del Episcopado Latinoamericano que, durante el próximo mes de octubre, tratará en Santo Domingo sobre una nueva estrategia evangelizadora para el futuro. La citada Conferencia tendrá como tema « Nueva Evangelización, Promoción humana, Cultura cristiana», poniendo al Redentor del hombre y Señor de la historia en el centro de su programa evangelizador: « Jesucristo ayer, hoy y siempre».[5] Ustedes han estudiado esta misma temática en la perspectiva histórica de los quinientos años, fijando la atención en el primer siglo de la gran epopeya misionera realizada en el Continente americano a partir de 1492.

En el terreno de las aportaciones a los estudios históricos, son de alabar las abundantes y apreciadas publicaciones que han sacado a la luz valiosos documentos de los comienzos de la evangelización. Dignos de mención son los dos volúmenes de « Documenta Pontificia ex Registris et Minutis Praesertim in Archivo Secreto Vaticano existentibus » que, con el título « America Pontificia. Primi Saeculi Evangelizationis (1493-1592) », ha publicado el Archivo Secreto Vaticano. Ha sido éste un digno homenaje de la Sede Apostólica a la Historia de la Evangelización de América como lo es también el Pabellón de la Santa Sede en la Exposición Universal de Sevilla.

5. A cuantos sentimos como propia la tarea de evangelizar no puede por menos de producir viva satisfacción examinar el contenido de las actas de los numerosos Concilios y Sínodos que se celebraron en la primera época, como también otros documentos de riquísimo contenido, como las Doctrinas o Catecismos, que fueron centenares y casi todos están escritos

[4] **Carta Apostólica *Los Caminos del Evangelio,* 4.**

[5] **Cf. *Heb* 13, 8.**

en las lenguas de las etnias y países donde los misioneros desarrollaban su misión.

Es también alentador repasar las crónicas sobre la acción misionera, así como los textos que censuraban los abusos y atropellos que, como en toda obra humana, no faltaron. El testimonio de la Escuela de Salamanca representa un encomiable esfuerzo por encauzar la acción colonizadora según principios inspirados en una ética cristiana. Fray Francisco de Vitoria, en sus célebres relecciones sobre los indios sentó los fundamentos filosófico-teológicos de una colonización cristiana. El maestro de Salamanca demostró que indios y españoles eran fundamentalmente iguales en cuanto hombres. Su dignidad humana radicaba en que los indios, por su naturaleza, eran también racionales y libres, creados a imagen y semejanza de Dios, con un destino personal y transcendente, por lo cual podían salvarse o condenarse. Como seres racionales y libres, los indios eran sujetos de los derechos fundamentales inherentes a todo ser humano, y no los perdían por razón de los pecados de infidelidad, idolatría u otras ofensas contra Dios, pues estos derechos se basaban en su naturaleza y condición de hombres.

6. Los indios eran, por consiguiente, verdaderos dueños de sus bienes al igual que los cristianos, y no podían ser desposeídos de los mismos por su incultura. La situación lamentable de muchos indios —añadía Vitoria— se debía en gran parte a su falta de educación y formación humana. Por ello, en virtud del derecho de sociedad y de comunicación natural, los hombres y pueblos mejor dotados, tenían el deber de ayudar a los más atrasados y subdesarrollados. Así justificaba Vitoria la intervención de España en América.

Basándose en estos principios cristianos articuló el sabio dominico un verdadero código de derechos humanos. Con ello sentó los fundamentos del moderno derecho de gentes: derecho a la paz y la convivencia, a la solidaridad y la colaboración, a la libertad de conciencia y a la libertad religiosa. Porque la evangelización era —concluía Vitoria— un medio de promoción humana y suponía el respeto a la libertad, así como la educación de la fe en la libertad.

La doctrina de la Escuela de Salamanca fue en gran parte asumida por las Leyes de Indias, las cuales muestran la inspiración cristiana de la empresa colonizadora, aunque a veces dichas leyes no se cumplieran. Por eso, la así llamada «colonización» no se puede.vaciar del contenido religioso que la impregnó o acompañó, ya que la Cruz de Cristo, plantada desde el

primer moménto en las tierras del Nuevo Mundo, iluminó el camino de los descubridores o colonizadores, como lo prueba la religiosidad que marcó toda su trayectoria y los numerosos escritos de la época, así como los nombres mismos de tantas ciudades y santuarios diseminados por América.

7. Ao falar da cristianizaçao do Novo Mundo, é preciso ressaltar, como o fez este Simposio, o excepcional trabalho realizado pelas Ordens religiosas. A este propósito, « quero reiterar a avaliaçao globalmente positiva da atuaçâo dos primeiros evangelizadores que eram, em grande parte, membros de Ordens religiosas. Muitos ti veram de atuar em circunstancias difíceis e, na pratica, inventaram novos modos de evangelizaçâo, projetados para naçôes e povos de culturas distintas ».[6] Seu labor apostólico, impulsionado pelos Papas e dirigido pelos intrépidos Pastores procedentes também do clero seclar, como sao Turíbio de Mogrovejo, Padroeiro do Episcopado Latino-Americano, foi rico em frutos de santidade. Dele somos herdeiros e chamados a torná-lo vivo e atual na América dos nossos dias. Por isso, é necessario penetrar e aprofundar nas raízes cristas dos povos americanos, examinando sua trajetória e delineando a identidade do chamado « Continente da Esperança ».

Como já assinalei na Encíclica *Redemptoris missio,* a nossa época « exige um renovado impulso na atividade missionaria da Igreja. Os horizontes e as possibilidades da missäo alargam-se, e é-nos pedida, a nos cristäos, a coragem apostólica, apoiada sobre a confianca no Espirito. Ele é o protagonista da missäo! Na historia da humanidade, há numerosas viragens que estimulam o dinamismo missionàrio, e a Igreja, guiada pelo Espirito, sempre respondeu com generosidade e clarividencia ».[7]

8. Näo faz muito tempo, foi comemorado o milenio do Batismo da Rus' e da evangelizaçâo do povos eslavos. Da mesma forma foi lembrado nestes anos, o primeiro centenario do inicio das missôes nos diversos países da África, Asia e Oceània. Estas comemoraçoes foram acontecimentos da Igreja universal, como também o é o V Centenario do inicio da Evangelizaçâo da América, feliz efeméride que nos convoca à Nova Evangelizaçâo.

Com iniciativas semelhantes à deste Simposio, « a Igreja, no que lhe concerne, quer vir celebrar este centenario com a humildade da verdade, sem triunfalismos nem falsos pudores; visando somente a verdade, para

[6] Carta Apostólica *Os Caminhos do Evangelho,* 4.
[7] N. 30.

dar graças a Deus pelos acertos, e tirar do erro motivos para lançar-se com espirito renovado em direçao ao futuro ».[8]

Antes de concluir este encontró, dése jo agradecer a todos vivamente vossa generosa participaçao nos trabalhos do **Simposio,** e vos animo a continuar em vossas tarefas de estudo e de pesquisa, como um serviço à verdade e urna homenagem a tantos homens e mulheres que dedicaram e dedicam suas vidas em prol dos nossos irmäos do continente americano.

Com a minha Bênçao Apostòlica.

[8] ***Discurso aos Bispos do CELAM,*** **Santo Domingo, 12 de outubro de 1984.**

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

I

REMEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Nicolai Roland, sacerdotis fundatoris congregationis sororum a Sancto Puero Iesu (1642-1678).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Vidit multam turbam et misertus est super eos, quia erant sicut oves non habentes pastorem, et coepit docere illos multa » *(Mc* 6, 34).

Ex Ordine sacro, quem receperunt, vocantur presbyteri ad divinum Pastorem imitandum, qui animam suam posuit pro ovibus suis (cf. *Io* 14-15), atque ad Ecclesiae mundoque alacri pastorali caritate serviendum, se ipsos sanctificando, evangelii lumen diffundendo et impigre humiliterque operam navando Dei actioni vivificae.

Se « alterum Christum » esse debere, totum laboribus pastoralibus deditum, singulariter animadvertit sacerdos Nicolaus Roland, qui fideliter suam coluit vocationem, sedulo in christianae perfectionis via progressus fecit vehementemque et multiplicem explicavit apostolatum pro Dei gloria et animarum salute. Peculiariter puellarum pauperum misertus est utque eas christiane educaret atque ad vitam praepararet scholas aperuit gratuitas multa et non levia subiens impendia.

Hic Servus Dei Remis natus est die 8 mensis Decembris anno 1642 a Ioanne Baptista Roland et Nicolaide Beuvelet, opulentis mercatoribus, qui

maxime exemplo illum ad fidelitatem erga Ecclesiam et caritatem in pauperes educaverunt. Ad eius formationem contulerunt etiam Patres Societatis Iesu, et efficaciter quidem, qui eum discipulum integrum habuerunt, acri praeditum intellegentia et generoso animo. A puero talentorum caelitus acceptorum bonum commercium fecit et in eo Dei gratia vacua non fuit (cf. *1 **Cor*** 15, 10).

Deprecationem diligebat, sacra atque egenos; Iesu et Mariae nomina est singulari pietate prosecutus et sanctorum vestigiis insistens continentiam exercuit ut suam coerceret indolem, ardentem natura. Parentes ad mercaturam eum dirigere voluissent, sed Servus Dei, mundi cognita vanitate morumque periculis, quae in eo sunt, solum Deum amare illique servire statuit ac eidem vitam suam consecrare. Lutetiae Parisiorum in studia incubuit philosophiae et theologiae seque ad sacerdotium praemeditatus est diligenter, coniuncte vivendo cum probis sacerdotibus Institutisque religiosis. Diaconatu accepto canonicus theologus nominatus est Cathedralis Remensis. Presbyter ordinatus in sua dioecesi apostolatui se tradidit, magnam ostendens pastoralem caritatem, continuum fervorem ferventem que sacrificii ac paenitentiae spiritum. Cum vigore et planitate Dei verbum nuntiabat ac sine timore vitia reprehendebat et errores id temporis preponderantes; assidue et fructuose paenitentiae sacramentum subministrabat seseque moderationi spiritali dedebat laicorum cuiusque ordinis, religiosorum, clericorum ac sacerdotum. Tamquam magister spiritus multam vim habuit in vitam sancti Ioannis Baptistae de La Salle, Instituti Fratrum Scholarum Christianarum conditoris. Formationis clericorum curam habuit, quos hospitio accipiebat; domum enim in quoddam mutaverat seminarium. Parochos agrestes hortabatur ad missiones populares peragendas, quibus ipse intererat. Ut animis serviret ac sacerdotibus sodalibus auxiliaretur in sacro ministerio dura faciebat itinera pedibus vel equo vectus. Sedulus fuit in assidendo aegris et egenis. Orphanotrophii administrationem suscepit, quod nova sede instruxit et in tutela posuit « Sancti Pueri Iesu ». Pariter fortiter sensit suum esse educationi prospicere futurarum matrum familias, utque id consequeretur scholas gratuitas aperuit pro puellis pauperibus, quae tunc a qualibet excludebantur institutione. In hoc opere magni momenti socialis et ecclesialis consilio usus est atque auxilio Venerabilis Servi Dei Nicolai Barré, Ordinis Minimorum sodalis, qui Rothomagi opus condiderat, quod ad eadem intendebat proposita. Ex suarum scholarum praeceptricibus communitatem formavit religiosam, quae postea facta est Congregatio Sororum a Sancto Puero Iesu. In his inceptis provehendis, exprobrationibus occurrit ac simultatibus, quas et tulit et supera-

vit magno animo atque virili patientia, non suis confisus viribus sed divino auxilio. Suorum apostolicorum laborum fundamentum egit impensam vitam interiorem, quam christianarum veritatum meditatione, precatione, divinorum mysteriorum celebratione alebat necnon religione in Eucharistiam, Iesu et Mariae corda, Redemptoris infantiam et passionem. In omnibus suis pastoralibus officiis mansit inque pietatis exercitus, quamvis per totam vitam animi ariditatem esset expertus. Mente et corde cum verbo Dei cumque Ecclesiae magisterio consensit. Non laboribus parcens, non incommodis, nisus est in populo fidem disseminare, quam maxime habebat. Eius verba eiusque opera testabantur quantus esset et quam sincerus amor quo in Dominum et in proximum flagrabat. Firma cum voluntate se ipsum abdicavit continuo et nihil aliud appetivit, quam ut Dei voluntatem faceret, in humilitate laboraret ad eius regni aedificationem utilisque animis, Ecclesiae et sui temporis societati utilis esset. Ut Domino placeret et in Christi cresceret imitatione fieretque tractabilius perfectiusque in Dei manibus instrumentum, praeter virtutes théologales egregie etiam coluit virtutes cardinales, oboedientiam, paupertatem et castitatem.

Quasi improviso est mortuus cum esset etiam maximae navitati deditus, die 27 mensis Aprilis anno 1678, quinquaginta quinque annos natus. Paucis ante diebus (die nempe 23 mensis Aprilis) iam aegrotus, testamentum fecerat, per quod, praeter cetera, utiles et subtiles normas perscripserat de suarum Sororum Communitate, quae illum diem suae habent constitutionis diem.

Dei Servus est in vita fama sanctitatis fruitus, in morte et post mortem et eius ferventis apostolatus memoria ac non communium virtutum viva permansit in Congregatione Sororum a Sancto Puero Iesu. Attamen Canonizationis Causa solummodo iniri potuit anno 1941 per institutionem Rothomagi effectae commissionis historicae. Processus ordinarius, annis 1947-1980 celebratus, est ex iure probatus decreto die 25 mensis Martii anno 1988 promulgato. Praecedenti anno (die 3 mensis Martii anno 1987) sessio acta erat Consultorum Historicorum; die 14 mensis Aprilis anno 1992 prospero cum exitu Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, praesidente Rev.mo Antonio Petti, Fidei Promotore Generali factus est. Die porro 7 mensis Iulii, eodem anno, Patres Cardinales et Episcopi, in Congregationem Ordinariam collecti, Causae Ponente Exc.mo Paulino Limongi, Archiepiscopo titulari Nicaeensi in Haemimonto, sacerdotem Nicolaum Roland heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua

vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Nicolai Roland, Sacerdotis, Fundatoris Congregationis Sororum a Sancto Puero Iesu, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

& Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

II

ROMANA

DECRETUM

Canonizationis Ven. Servae Dei Columbae Gabriel (in saec.: Ioannae Mathildis), fundatricis instituti sororum Benedictinarum a caritate (1858-1926).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Columba Ioanna Gabriel die 3 mensis Maii anno 1858 orta est Stanislaopoli tunc in Polonico territorio sita. Ingressa inter moniales Benedictinas Leopolitanas muneribus iuncta est praeceptoris, antistitae, novitiarum magistrae et abbatissae. Multis rebus adversis exercitata et in paupertate anno 1900 Romam migravit, ubi cum sedulitate et caritate catechesi se dedidit ac pauperum, aegrotorum et praesertim iuve-

num operariarum assiduitati. Anno 1908 Congregationem Sororum Benedictinarum a Caritate condidit, quam cum amore atque prudentia ad mortem usque rexit, quae contigit die 24 mensis Septembris anno 1926.

Mulier eximiarum virtutum, in vita et post mortem fama sanctitatis est fruita: quocirca Vicarius Generalis Suae Sanctitatis pro Romana dioecesi canonizationis Causae initium fecit per processus cognitionalis celebrationem (annis 1933-1986). Rebus peractis iure statutis, Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 10 mensis Iulii anno 1990 edixit Servam Dei Columbam Ioannam Gabriel virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in modum exercuisse.

Ad beatificationem obtinendam Causae Actores ad Congregationem de Causis Sanctorum miram coniectam sanationem detulerunt, eiusdem Servae Dei deprecationi tributam. Attinet haec sanatio ad Albanum Sguotto, Patavinum, qui 64 annos natus, coxae destrae arthrosi laborans cum imminuta articulan perfunctione, claudicatione et doloribus, praecipue in femoris motu, in oppidi Cittadella (intra fines positi dioecesis Patavinae) valetudinarium est deductus ut artoprothesi curaretur. Die 28 mensis Aprilis mane, anno 1982, dum secabatur, cor sanguinisque cursus omnino costiterunt; quae institio, quamvis therapiae redanimationis statim essent adhibitae, tam longum tempus perduravit, ut cunctus chirurgicorum coetus prognosim duxerit irreparabiliter infaustam quoad vitam. Hac in condicione, pro viribus humanis desperata, Sorores Benedictinae a Caritate, locum Praglia incolentes, cum suae scholae discipulis aegro tique familiaribus confestim divinum petiverunt auxilium per Venerabilis Servae Dei Columbae Ioannae Gabriel intercessionem. Post 20-22 minuta improviso et inexplicabiliter cor suam instauravit motionem et aegrotus celeriter convaluit, inopinanter et sine reliquiis defunctus veterno.

De hoc casu annis 1985-1987 apud curiam Patavinam processus celebratus est, cuius auctoritas et vis decreto die 10 mensis Iulii anno 1990 promulgato, probata est.

Consilium Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, in sessione postridie Calendas Iunias anno 1992 habita, uno ore sic est elocutum: *Diagnosis:* « Cordis sanguinisque cursus institio inter sectionem saltem 20 minuta longa, cum mydriasi utriusque lateris immota » *Prognosis:* « Infausta quoad vitam et quoad valetudinem »; *Therapia:* « Quod ad formam attinet, apta, sed ad clinicam disciplinam inefficax »; *Sanationis ratio:* «Celérrima, perfecta et mansura, pro huius aetatis scientia inexplicabilis ».

Die 9 mensis Octobris eiusdem anni Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris actus est, cui praefuit Fidei Promotor Generalis,

Rev.mus Antonius Petti; postea, calendis Decembribus eiusdem anni, habita est Cardinalium et Episcoporum Congregatio Ordinaria, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Francisco Pironio. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Columba Gabriel, videlicet de celérrima, perfecta et mansura sanatione domini Albani Sguotto aò « arresto cardiocircolatorio intraoperatorio della durata di almeno 20 minuti ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

68 Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

III

SORANA

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Felicis Mariae Ghebré Amlak (in saec.: Hailé Mariam), sacerdotis professi ordinis Cisterciensis (1895-1934).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

«Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Iesu qui... humiliavit semetipsum factus oboediens usque ad mortem» *(Ph* 2, 5-6).

Servus Dei Felix Maria Ghebré Amlak, sacerdos Ordinis Cisterciensis, cum crescere statuisset in Christi cognitione et imitatione (cf. *Eph* 4, 13) vitae suae spiritalis virtutem humilitatis notam propriam fecit. Eam afflatum habebat et cibum animae, necessariam ad coniunctionem cum Deo adipiscendam: namque, uti S. Benedicti discipulus, ad caritatem perfectam pervenit omnibus humilitatis gradibus conscensis (cf. *Regula S. Benedicti,* 7, 67-69).

Natus est Servus Dei die 23 mensis Iunii anno 1895 in Erythraeo pago Beggù, ab Idris et Hiuetà, ad Ecclesiam Monophysitam-Coptam pertinentibus, statimque baptizatus est, nomine capto Hailé Mariam, quod « Vis Mariae » significat. Quattuor erat annorum, cum pii parentes ad catholicam fidem conversi sunt, et paulo post mater de vita decessit. Ad christianam pietatem a puero actus, est in ea progressus moderante parocho catholico loci Haddis Addi, Patre Iosepho Nascih; qua de re Missae constanter intererat et Rosarium frequenter recitabat.

Aliquot post annos in orphanotrophio Kerensi traductos, est in eiusdem urbis seminarium admissus, ubi denuo est baptizatus sub condicione atque confirmatus. Munere quoque functus est decani alumnorum seminarii et aeditui et exempli causa proferebatur, non modo ob humilitatem et oboedientiam, verum etiam propter caritatem, castitatem, adsiduitatem deprecationis, studii diligentiam, continentiam ac fidelem disciplinae observantiam. Rectore usus est Venerabili Servo Dei Angelico a None, O.F.M. Cap., quo dirigente eius in Eucharisticum Mysterium amor et tenerrima in Dei Matrem pietas vehementer et ordinate creverunt exque Passionis meditatione in eo est orta erga Cor Iesu ardens religio.

Die 22 mensis Septembris anno 1918 est sacerdos ordinatus. Aliquot menses in seminario mansit tamquam adiutor et praeceptor. Deinde ad Missionem oppidi Barentu est missus, ubi pacem et tranquillitatem inter incolas conciliavit iampridem ob falsas interpretationes turbat as.

Post annum in urbem Keren revocatus, seminarii alumnorum praefectus est nominatus, quos verbo persuadenti bona sacerdotii docebat, ad ea formabat et ad altam ducebat amoris Christi cognitionem. Eodem tempore sacrum exercebat ministerium catechizando et in sacramento paenitentiae Dei offensi benignitatem erga homines ostendendo.

Innumerabiles fuerunt conversiones atque discidia reconcinnata.

Ex hac apostolica experientia consilium in eo ortum est monasteria catholicorum monachorum in Aethiopia condendi ad schismaticorum unita-

tem cum Ecclesia fovendam, gnarus quantam vim habeat monachus apud populum Aethiopicum. Omnes impendit curas vitamque devovit ut sanctum hoc opus ad effectum adduceretur, quod Sancta Sedes iam proposuerat; quam ob causam is numerari potest in apostolis unitatis et oecumenismi.

Anno 1925 electus est magister spiritus Pontifìcii Collegii Aethiopici Romae siti. Magna cum cura in hoc munus incubuit, sed simul, permissu Superiorum Ordinem monasticum quaerebat paratum ad eum aliosque Aethiopes accipiendos instituendosque ad vitam monasticam pro futurorum monasteriorum in Aethiopia constitutione.

Anno 1927 abbatiam ingressus est Sancti Pauli extra moenia, sed illius aetatis Abbas, Servus Dei Ildefonsus Schuster, O.S.B., quamvis promptus esset ad illum solum accipiendum, quoniam sanctum eum habebat, negavit posse se munus sumere domorum in Aethiopia condendarum. Hinc ad Collegium Aethiopicum rediit die 8 mensis Novembris anno 1929.

Longum tempus inter Benedictinos actum utile tamen ei fuit ad cognoscendum hoc monachatus genus aptum esse posse ad populi Aethiopici indolem. Idcirco, cum abbatia cisterciensis Casamariensis, favore Cardinalis Alexii Lépicier, se paratam esse affirmavit ad Operis onus sumendum, is maximo cum gaudio illum excepit nuntium suumque gratum animum Domino significavit.

A monachis et ab Abbate Angelo Savastano, qui eius virtutes mirati sunt et magis magisque sibi persuaserunt sanctum secum habere, festive est exceptus. Die 7 mensis Decembris anno 1930 vestem monasterialem induit nomenque cepit Felicem. Facta professione delegatus est iuvenum professorum decanus, dum simul ad vitam spiritalem et ad studium dirigebat pueros, qui interim eum ab Aethiopia erant Casamarium secuti.

Eius vita interior, per consuetudinem cum religiositate cisterciensi altius institit in Christo eiusque in Virginem Mariam amor acrius tetendit ad Christum, secundum Patres Ordinis, qui quamvis hoc suadeant: «Ceterum quidquid illud est, quod offerre paras, Mariae commendare memento, ut eodem alveo ad largitorem gratiae gratia redeat quo influxit» (S. Bernardus, *In Nativitate B.M.V.,* 18), tamen animo Mariam fingere non possunt, quae Infantem in manibus non gestet oculosque in Crucifixo non deligat.

Sed et monachi et aspirantes Aethiopici non diu — quod valde dolendum est — exemplo fruiti sunt, quod virtutibus suis praebebat. Anno enim 1933, phthisi correptus, coepit dolenter de valetudinario demigrare ad

valetudinarium, in quibus aliorum aegrorum consolator fuit sanctaeque vitae suae memoriam reliquit. Cum eius oboedientia, tot in casibus exercitata, tanta esset, quanta eius humilitas, sine cunctatione a Superioribus iussus, sacram peregrinationem Lapurdum fecit; ibique, coram Virgine Immaculata, plenum suum iteravit obsequium erga voluntatem Dei. Die 8 mensis Iunii, anno 1934, in festo Cordis Iesu, sancte de vita decessit in nosocomio Sorano, sacramentis munitus et fratrum sodalium solacio affectus. Statim est nuntius vulgatus et omnis ordinis personae convenerunt corpus veneraturae dicentes: « Mortuus est il moretto santo ».

Corpus, post exsequias in vicino monasterio S. Dominici celebratas et in Abbatia Casamariensi, hic est sepultum in adiuncto coemeterio nuncque in ecclesia abbatiali requiescit.

Opus ab eo initum non remisit post eius mortem et hodie sex monasteria in Aethiopia in flore sunt, quorum monachi secundum Regulam Sancti Benedicti vivunt et consuetudines cistercienses et multum populo prosunt.

Sanctitatis fama, quam sibi vivus comparaverat, post mortem eius diffusa est, non solum in Italia et Aethiopia, sed in aliis etiam nationibus, quandoquidem est e virtutibus orta quas miro exercuit modo. Spiritu Sancto ducente, ad actionem gratiae semper et alacriter responderat. In castigatione, Dei et proximi amore bene ordinata, moderationem persecutus erat, ex qua magna eius demissio proflciscebatur et absoluta Dei voluntatis observantia. Super solida haec fundamenta splendidum suum spiritale exstruxerat aedificium, christianis, sacerdotalibus et monasticis virtutibus ornatum, in aura evangelicae simplicitatis. Cum nihil umquam Christo praeposuisset, eundem secutus est in amore suavi mysteriorum eius Amoris: eius Cordis Eucharistici, Matris eius, eius sponsae Ecclesiae, Vicarii eius in terra, meruitque ut Illum Crucifixum his ultimis verbis alloqueretur: «Amo Te, amo Te, amo Te, volo amare Te... ».

Fides eius in Deum firma fuit et inconcussa et summus eius consensus cum Ecclesiae Magisterio; quem in scriptis ostendebat, in catechesi tradenda et in colloquio cum Domino per deprecationem. Pro fide propaganda graves obibat labores nec dubitabat vitam periclitan. Ob constantem bonitatis et misericordiae divinae contemplationem spes in eo augebatur atque fiducia gratiae eius et providentiae. Domino vitam suam, proposita et praesertim opus inductionis monachatus catholici in Aethiopiam commendabat itemque suorum popularium reditum ad unitatem Ecclesiae, qui ei cordi erat plus quam quaelibet alia res. Haec fiducia ne morientem quidem eum deseruit.

Deus caput erat omnium eius cogitationum, siquidem in immensum illum amabat: « sine modo », iuxta S. Bernardi dictum *(De dilig. Deo,* 1). Ad Deum creberrime mentem erigebat in meditatione, in silentio et in contemplatione. Coniunctio eius cum Deo perfecta erat, quia eius amoris in Deum impulsus eo vehementiores erant et ardentiores, quo ipse ob morbum et dolorem debilior. Eius quoque caritas in proximum summa fuit, quam et multimodis exercuit et in omnibus vitae temporibus. Magnis cum incommodis et gravia subiens pericula, animis succurrebat, sed etiam corporibus, praecipue pauperum, aegrotorum et egenorum. Fortissimus potissimum fuit in vita sua devovenda pro schismaticorum reditu ad veram Ecclesiam et pro gentilium atque Macometi sectatorum conversione, quoniam Iesus dixit: « Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis » *(Io* 15, 13). Graviter aegrotans solacium praebebat serviebatque iis, qui cum eo morbis laborabant, eadem animi liberalitate, qua in seminarii alumnos inque sodales fratres usus erat.

Constanter optavit Christum sequi oboedientem, virginem ac pauperem semper sanctam servans aequabilitatem. Iustitiam coluit evangelicam et prudentiam, qua discidiis dissentionibusque medebatur. Eam ob rem providus fuit in tranquillitate tenenda inter aspirantes Aethiopicos et Itálicos in casibus parvi momenti, qui primis temporibus vitae communis contingunt.

Una ex maximis Servi Dei notis summa fuit temperantia quoad bonorum temporalium usum. Egregie hac ratione se gessit cum alumnus erat seminarii atque sacerdos, sed huius virtutis culmen attigit in monasterio, ubi mendicum se praebebat, quoniam omnia a patre sperabat monasterii, vere persuasum sibi habens se post nuncupata vota nec suum corpus possidere (cf. *Regula 8. Benedicti,* 58, 25).

Cum denique, una cum Iesu et eius Sanctissima Matre cruciatum subiit morbi acerbi et tunc segregantis, plus etiam effulserunt eius fortitudo et patientia, quas iam ostenderat in difficultatibus et in periculis insignique cum constantia in ascetica alacritate. Pariter admirationem excitavit, aestimationem et amorem obsequio erga divina consilia, serenitate, moderatione, urbanitate, amabilitate, pace, modestia, mansuetudine, bonitate et laetitia. Spiritus Sancti non solum dona receperat, verum etiam fructus.

Non mirum igitur si celerrime ex multis partibus est votum significatum, ut suprema Ecclesiae auctoritas Servum Dei fidelibus, imprimisque religiosis, exemplar proponeret. Idcirco episcopus Soranus Causae canonizationis initium fecit et est processus informativus ordinarius celebratus

annis 1955-1960. Promulgato decreto super Causae introductione, annis 1980-1984 instructi sunt processus apostolici apud Curias Soranam et Asmarensem. Die 24 mensis Martii anno 1992 exitu cum prospero actus est Theologorum Consultorum Congressus Peculiaris, praesidente Fidei Promotore Generali Antonio Petti. Die 20 mensis Octobris anno 1992 Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria collecti in Palatium Apostolicum, Causae Ponente Em.mo Cardinali Achille Silvestrini, professi sunt Servum Dei Felicem Mariam Ghebré Amlak virtutes théologales, cardinales et iis adnexas heroum in modum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Felicis Mariae Ghebré Amlak, Sacerdotis professi Ordinis Cisterciensis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

IV

TRIDENTINA

DECRETUM

Canonizationis Ven. Servi Dei Ioannis Nepomuceni De Tschiderer, episcopi Tridentini (1777-1860).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Servus Dei Ioannes Nepomucenus De Tschiderer die 15 mensis Aprilis anno 1777 Bauzani est natus; sacerdos ordinatus anno 1800 et anno 1832 Episcopus Auxiliaris Brixinensis nominatus. Anno 1834 ei regimen est commissum dioecesis Tridentinae, quam magna cum pastorali caritate administravit, apostolico ardore, prudentia et humilitate. Catechesim fovit, cultum eucharisticum et mariale, erga Apostolicam Sedem oboedientiam, presbyterorum formationem pariterque iuvenum et puellarum, vocationes sacerdotales, deque pauperibus, aegrotis, orphanis, surdis mutisque multam adhibuit curam. Populo adfuit praesertim in rebus afflictis, splendidum dans amoris in suum gregem testimonium. Fama sanctitatis insignis, die 3 mensis Decembris anno 1860 de vita decessit.

Canonizationis Causa anno 1873 initium habuit per eius successorem in curia episcopali Tridentina processuum ordinariorum informativorum celebratione. Rebus peractis iure statutis, Summus Pontifex Paulus VI, die 4 mensis Iulii anno 1968, Servum Dei virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in modum exercuisse edixit.

Ut optata obtineretur beatiflcatio, Causae Actores Congregationi de Causis Sanctorum coniectam miram sanationem iudicandam permiserunt, in archidioecesi Tridentina patratam anno 1891 atque deprecationi episcopi Ioannis Nepomuceni De Tschiderer adscriptam.

Casus hic ad Atilium Lanzinger spectat, familia ortum in qua antea aliquot phthisi mortui erant. Is, quindecim annos natus, dum Tridentini studiorum causa commorabatur, est contagione correptus arteriarum pulmonisque, quae iudicata est pulmonum morbus ex diplococcis. Etsi medicorum curae non defuerunt, eius condiciones gradatim sunt in peius mutatae

et gravissimae factae. Domum reductus in pagum Lavis, in quo natus erat, est ab alio medico visitatus, qui eum desperatum invenit. Haec dicta est diagnosis: Empyhaema pleuriticum et liquor exsudatus copiosus originem habens tuberculoticam, purulentus, et diagnosis infausta fuit quoad vitam brevi postea. Cum nihil scientia posset, cum fiducia est a Deo auxilium petitum per Venerabilis Servi Dei deprecationem, cuius reliquiae aegroti collo suspensae sunt. Eodem tempore familiares sacrum inierunt novendiale in honorem eiusdem Servi Dei. Octavo sacri novendialis die, videlicet die 25 mensis Iunii anno 1891, aegrotus multum exscreavit pus; postid eius condiciones inexplicabiliter ac celeriter meliores sunt factae, usque ad plenam stabilemque valetudinis recuperationem.

Huius sanationis documenta iuridicialia sunt apud Curiam Tridentinam collecta inter celebrationem processus apostolici continuativi super virtutibus (annis 1894-1895) et in processu apostolico super miro (anno 1908), cuius auctoritas et vis est probata decreto promulgato die 27 mensis Septembris anno 1908. Consilium medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, quod casum hunc inspexit in sessione Calendis Aprilibus habita anno 1992, una voce hanc pronuntiavit sententiam: *Diagnosis:* « Empyhaema pleuricum sinistram probabilis naturae tubercularis »; *Prognosis:* « Quam maxime cauta quoad vitam »; *Therapia:* « Idonea pro eo tempore, sed inefficax »; *Sanationis ratio:* « Rapida, mansura, inexplicabilis quoad modum secundum nostrae scientiae cognitiones ».

Die 19 mensis Iunii eodem anno est actus Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, Rev.mo Antonio Petti, Fidei Promotore Generali, praesidente; die 3 insequentis mensis Novembris effecta est Congregatio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Exc.mo Antonio Mauro, Archiepiscopo titulari Thagastensi.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Servo Dei Ioanne Nepomuceno De Tschiderer, episcopo Tridentino, videlicet de rapida et mansura sanatione Atilii Lanzinger ab « empiema pleurico sinistro di probabile natura tubercolare ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 21 mensis Decembris A. D. 1992.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 5 Maii 1993. — Cathedrali Ecclesiae Pembrokensi, Exc.mum P. D. Brendan Michaelem 0'Brien, hactenus Episcopum titularem Numanensem, et Auxiliarem archidioecesis Ottaviensis.

die 15 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Bialostocensi Exc.mum P. D. Stanislaum Szymecki, hactenus Episcopum Kielcensem.

die 24 Maii. Titulari episcopali Ecclesiae Pudentianensi, R. D. Petrum Villelmum Ingham, e clero archidioecesis Sydneyensis, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Accitanae, R. D. Henricum Fasching, e clero dioecesis Sancti Hippolyti, ibique Vicarium generalem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 31 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Veszprimiensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Iosephum Szendi, hactenus Episcopum eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Kaposvarensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Adalbertum Balas, hactenus Episcopum titularem Feraditanum maiorem et Auxiliarem Veszprimiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Debrecenensi-Nyiregyhazanae, noviter erectae, R. D. Nándor Bosák, Seminarii maioris Agriensis rectorem.

— Cathedrali Ecclesiae Pilsinensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Franciscum Radkovsky, hactenus Episcopum titularem Aggaritanum et Auxiliarem Pragensem.

— Cathedrali Ecclesiae Yarmuthensi, R. *D.* Iacobum Matthaeum Wingle, e clero dioecesis Pembrokensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tamatensi, R. D. Paulum Marchand, Societatis Mariae Montfortanae Superiorem provincialem, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Ottaviensis.

die 2 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Oeirensi-Florianensi, R. P. Ferdinandum Panico, Superiorem Missionariorum Sacratissimi Cordis Iesu in Brasilia.

die 9 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Geruntinae R. D. Petrum Tena Garriga, hactenus subsecretarium Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quem constituit Auxiliarem Barcinonensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Selemselitanae R. D. Iacobum Traserra Cundiera, Vicarium generalem archiepiscopi Barcinonensis, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Nonensi R. D. Ioannem Henricum Vives Sicilia, rectorem Seminarii Barcinonensis, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 15 Iunii. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Georgii Rol, Episcopi Engolismensis, P. D. Claudium Dagens, hactenus Episcopum titulo Vulturarensi ac Auxiliarem dioecesis Pictaviensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bistuensi, R. D. Carolum K. Moeddel, e clero archidioecesis Cincinnatensis et curionem paroeciae Sancti Iacobi in oppido vulgo Wyoming, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Danielis E. Pilarczyk, Archiepiscopi Cincinnatensis.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

NKONGSAMBEN. ET DUALAËN.

DECRETUM

quo fines mutantur.

Cum ad bonum animarum provehendum expostulatum sit ut territorium quod vulgo « Bonaberi » seu « La Sous-Prefecture Douala IV » archidioecesi Dualaënsi adscribatur, haec Congregatio pro Gentium Evangelizatione, attentis Ordinariorum quorum interest petitionibus, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne Paulo divina Providentia Pp. II concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re hoc Dicasterium statuit ut supra dictum territorium, usque adhuc ad dioecesim Nkongsambensem pertinens, ab ipsa separaretur atque archidioecesi Dualaënsi uniretur et praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Gentium Evangelizatione, die xn mensis Martii, A.D. MCMXCIII.

IOSEPHUS card. TOMKO, *Praefectus*

L. SS.

Carolus A. Schleck
Subsecretarius

In Congr. pro Gentium Evangel. tab., n. 1265/93

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 17 Decembris 1992. — Metropolitanae Ecclesiae Fianarantsoaënsi Exc.mum P. D. Filibertum Randriambololona, Societatis Iesu sodalem, hactenus Episcopum Antsirabensem.

— Cathedrali Ecclesiae Keningauensi, noviter erectae in Malaesia, R. D. Cornelium Piong, hactenus Vicarium generalem Kotakinabaluensem.

die 21 Decembris. — Titulari Ecclesiae Asuoremixtensi R. P. Woldetensae Ghebreghiorghis, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum Hararensem.

die 25 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Scodrensi R. D. Franciscum lilia, hactenus parochum in loco Miloti, in archidioecesi Dyrrachiensi-Tiranensi exstanti.

— Archiepiscopali Ecclesiae Dyrrachiensi-Tiranensi R. D. Rochum Mirdita, hactenus parochum paroeciae Dominae Nostrae a Bono Consilio, in archidioecesi Neo-Eboracensi exstanti.

— Cathedrali Ecclesiae Pulatensi R. P. Robertum Ashta, Ordinis Fratrum Minorum sodalem.

— Titulari Ecclesiae Bararitanae R. D. Iosephum Simoni, in praesens Vicarium generalem Scodrensem, quem deputavit Episcopum Auxiliarem Scodrensem.

die 22 Martii 1993. — Cathedrali Ecclesiae Mwalamyinensi Exc.mum P. D. Raimundum Saw Po Ray, hactenus Episcopum titolarem Buffadensem ac Episcopum Auxiliarem Yangonensem.

— Episcopum Coadiutorem E. P. D. Iosephi S.R.E. Cardinalis Cordeiro, Archiepiscopi Karachiensis, Exc.mum P. D. Simeonem Pereira, hactenus Episcopum Islamabadensem-Ravalpindensem.

— Cathedrali Ecclesiae Edeanae, noviter erectae in Kamarunia, Exc.mum P. D. Victorem Tonyé, hactenus Episcopum titularem Simininensem ac Episcopum Auxiliarem Dualaënsem.

— Cathedrali Ecclesiae Esekanensi, noviter erectae in Kamarunia, R. D. Ioannem Bosco Ntep, e clero archidioecesano Dualaënsi.

— Episcopum Coadiutorem Exc.mi P. D. Andreae Nguyên Van Nam, Episcopi Mythoënsis, R. D. Ioannem Baptistam Pham Minh Mân, rectorem Seminarii maioris interdioecesani apud Can Tho.

die 5 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Sokodensi R. D. Ambrosium Djoliba, Administratorem dioecesanum eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Morogoroënsi Exc.mum P. D. Telesphorum Mkude, hactenus Episcopum Tangaënsem.

— Episcopum Coadiutorem Exc.mi P. D. Augustini Sagna, Episcopi Ziguinchorensis, R. D. Maixent Coly, professorem in Seminario philosophico apud Brin.

— Cathedrali Ecclesiae Nagoyaënsi R. D. Augustinum Jun-ichi Namura, e clero eiusdem dioecesis.

die 4 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Berhampurensi R. D. Iosephum Das, Administratorem dioecesanum eiusdem dioecesis.

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Congregatio pro Gentium Evangelizatione ad suum beneplacitum renuntiavit:

die 21 Novembris 1992. — Exc.mum P. D. Andream Wouking, Episcopum Baffoussamensem, Administratorem Apostolicum « sede vacante » et « ad nutum Sanctae Sedis » Nkongsambensis dioecesis.

die 25 Decembris. — Exc.mum P. D. Franciscum lilia, Archiepiscopum Scodrensem, Administratorem Apostolicum « ad nutum Sanctae Sedis » Alexiensis dioecesis.

— Exc.mum P. D. Franciscum lilia, Archiepiscopum Scodrensem, Administratorem Apostolicum « ad nutum Sanctae Sedis » Sappensis dioecesis.

ACTA TRIBUNALIUM

Ex qua Ecclesia, nata et manifestata universali, ortae sunt diversae Ecclesiae locales, tamquam expressiones particulares unius et unicae Ecclesiae Iesu Christi. Nascentes in et ex Ecclesia universali, in ipsa et ab ipsa habent suam ecclesialitatem propterea formula Concilii Vaticani II: Ecclesia in et ex Ecclesiis,[44] inseparabilis est ab hac altera: Ecclesiae in et ex Ecclesia.[45] Patet prorsus hanc relationem Ecclesiam universalem inter et Ecclesias particulares naturam induere mystericam, neque comparari

[38] Decr. *Christus Dominus,* n. 6 § 3.

[39] IOANNES PAULUS II, *Allocutio ad Curiam Romanam,* 20-12-1990, n. 9: *AAS* 83 (1991) 745-747.

[40] Decr. *Christus Dominus,* n. 11 § 1.

[41] IOANNES PAULUS II, *Allocutio ad Episcopos Stat. Foed. Americae,* 16-9-1987, n. 3: 1. *Insegnamenti di Giovanni Paolo II,* X, 3 (1987) 555.

[42] Cf. S. CLEMENS ROMANUS, *Epist. II ad Cor.,* 14, 2: Funck, 1, 200; HERMAE PASTOR, *Vis.* 2, 4: *PG 2,* 897-900.

[43] Cf. *Act* 2, 1ss. S. IRENAEUS, *Adversus haereses,* III, 17, 2: *PG* 7, 929-930: « unde et omnibus linguis conspirantes hymnum dicebant Deo, Spiritu ad unitatem redigente distantes tribus, et primitias omnium gentium offerente Patri »; cf. etiam S. FULGENTIUS, *Sermo 8 in Pentecoste,* 2-3: *PL* 65, 743-744.

[44] Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 23 1: « [Ecclesiae particulares]... in quibus et ex quibus una et unica Ecclesia catholica exsistit ». Hac doctrina enucleatur, homogenea quidem continuitate quod iam prius erat affirmatum, verbi gratia, a Pio XII, Litt. Enc. *Mystici Corporis,* 1: *AAS* 35 (1943) 211: « ...ex quibus una constat ac componitur Catholica Ecclesia ».

[45] Cf. IOANNES PAULUS II, *Allocutio ad Curiam Romanam,* 20-12-1990, n. 9: *AAS* 83 (1991) 745-747.

posse necessitudini totum inter et partes in quolibet coetu vel societate mere humana occurrenti.

10. Quicumque fidelis per fidem et Baptismum incorporatur Ecclesiae, quae est una, sancta, catholica et apostolica. Nemo ad Ecclesiam universalem pertinet modo mediato, mediante incorporatione alicui Ecclesiae particulari, sed modo immediato, quantumvis ingressus in Ecclesiam universalem et vita in ipsa degenda necessario eveniant in aliqua particulari Ecclesia. Sub respectu igitur Ecclesiae prout est communio universalis communio fidelium et communio Ecclesiarum non sunt altera alterius consequentia, sed eandem constituunt rem, sub diverso aspectu consideratam.

Insuper, quod quis pertineat ad aliquam Ecclesiam particularem, numquam repugnat illi veritati in Ecclesia neminem esse advenam:[46] praesertim cum celebratur Eucharistiae quilibet fidelis in Ecclesia sua est in Ecclesia videlicet Christi, sive pertinet sive non pertinet, sub respectu canonico, ad illam dioecesim, paroeciam vel aliam communitatem particularem ubi fiat talis celebratio. In hoc sensu, firmis manentibus necessariis de iuridica dependentia normis,[47] qui ad unam pertinet Ecclesiam particularem, pertinet ad omnes Ecclesias; etenim actus pertinendi ad Communionem, qua actus pertinendi ad Ecclesiam, numquam est mere particularis, sed ipsa sua natura est semper universalis.[48]

III. DE COMMUNIONE ECCLESIARUM, EUCHARISTIA ET EPISCOPATU

11. Unitas sive communio Ecclesiarum particularium in Ecclesia universali, praeterquam in eadem fide communique Baptismo, radicatur praesertim in Eucharistia et in episcopatu.

In Eucharistia quidem radicatur communio, quoniam Sacrificium eucharisticum, quamvis celebretur semper in communitate particulari, numquam tamen est celebratio a sola istiusmodi communitate peracta: ipsa enim, recipiens praesentiam eucharisticam Domini, totum recipit donum salutis, ideoque, etsi in sua permanenti particularitate visibili, sese ostendit ut imago veraque praesentia Ecclesiae, quae est una, sancta, catholica et apostolica.[49]

[46] Cf. *Gal* 3, 28.

[47] Cf. exempli gratia, *C.I.C.,* can. 107.

[48] S. IOANNES CHRYSOSTOMUS, *In Ioann. hom.,* 65, 1 *(PG* 59, 361): « qui Romae sedet, Indos scit membrum suum esse »; cf. Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 13 § 1.

[49] Cf. Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 26 § 1; S. AUGUSTINUS, *In Ioann. Ev. Tract.,* 26, 13: *PL* 35, 1612-1613

Verumtamen auctus nostris diebus cultus ecclesiologiae eucharisticae, qui sine dubio fructus edidit magni pretii, nihilominus eo nonnumquam duxit, ut modo unilaterali extolleretur principium Ecclesiae localis. Autumant ergo quidam totum Ecclesiae mysterium praesens fieri ubi Eucharistia celebratur, tali quidem modo, ut quodlibet aliud unitatis universalitatisque principium reddatur non essentiale. Aliae autem opiniones, diversis influxibus theologicis obnoxiae, tendunt ad supradictam visionem particularem Ecclesiae modo adhuc magis radicali proponendam, adeo ut sustineant congregari in nomine Iesu (cf. *Mt* 18, 20) idem esse ac generare Ecclesiam: velut si congregatio, in nomine Christi facta communitas, in se portet potestates Ecclesiae, haud exclusa illa ad Eucharistiam attinente; Ecclesia, ut quidam affirmant, nasceretur « ab infra ». In hos aliosque similes errores incurrentes haud satis animadvertunt ipsam Eucharistiam efficere ut Ecclesia particularis nullo modo valeat sibi ipsi sufficere. Profecto ex unicitate atque indivisibilitate Corporis eucharistici Domini necessario sequitur unicitas ipsius Corporis mystici, quod est Ecclesia una et indivisibilis. Eucharistia enimvero centrum et origo exsistit, unde necessaria apertura oritur cuiuslibet commmunitatis celebrantis et cuiuscumque Ecclesiae particularis: qui enim se attrahi sinit in bracchia aperta Domini, ilico inseritur Corpori ipsius, unico quidem et indiviso. Hanc etiam ob causam exsistentia ministerii petrini, quod est fundamentum unitatis Episcopatus necnon Ecclesiae universalis, profunde cohaeret cum indole eucharistica Ecclesiae.

12. Unitas equidem Ecclesiae radicatur quoque in unitate episcopatus.[50] Sicut enim ipsa notio Corporis Ecclesiarum requirit esse Ecclesiam aliquam Caput Ecclesiarum, quae ipsa est Romana Ecclesia, « universo caritatis coetui praesidens »,[51] ita unitas episcopatus poscit esse Episcopum Caput Corporis seu Collegii Episcoporum, qui est Romanus Pontifex.[52] Etenim « Romanus Pontifex, ut successor Petri, est unitatis » tum episcopatus tum totius Ecclesiae « perpetuum ac visibile principium et fundamentum ».[53] Quae unitas episcopatus in saecula perdurat per successionem apostolicam, et fundamentum quoque exsistit identitatis Ecclesiae cuiuslibet tem-

[50] Cf. Cont. dogm. *Lumen gentium,* nn. 18 § 2, 21 § 2, 22 § 1; cf. etiam S. CYPRIANUS, *De unitate Ecclesiae,* 5: *PL* 4, 516-517; S. AUGUSTINUS, *In Ioann. Ev. Tract.,* 46, 5: *PL* 35, 1730.

[51] S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, *Epist, ad Rom., prot:. PC* 5, 685; cf. Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 13 § 3.

[52] Cf. Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 22 § 2.

[53] *Ibid.,* n. 23 § 1; cf. Const. dogm. *Pastor aeternus:* Denz.-Schön. 3051-3057; S. CYPRIANUS, *De unitate Ecclesiae,* 4: *PL* 4, 512-515.

poris cum Ecclesia a Christo aedificata super Petrum et super ceteros Apostolos.[54]

13. Episcopus est quidem visibile principium et fundamentum unitatis in Ecclesia particulari suo ministerio pastorali commissa.[55] Ut autem unaquaeque Ecclesia particularis plene sit Ecclesia, particularis nempe praesentia Ecclesiae universalis cum omnibus ipsius essentialibus elementis, ideoque ad imaginem Ecclesiae universalis formata, adsit in ipsa necesse est, tamquam elementum proprium, suprema Ecclesiae auctoritas: Collegium scilicet episcopale «una cum Capite suo Romano Pontifice, et numquam sine hoc Capite».[56] Primatus Romani Episcopi atque Collegium episcopale elementa sunt propria Ecclesiae Universalis « non derivata ex particularitate Ecclesiarum »,[57] sed nihilominus intima cuicumque Ecclesiae particulari. Itaque « ministerium Successoris Petri habendum est nobis non modo ut servitium quoddam "globale", attingens singulas Ecclesias particulares "ab extra", sed ut pertinens ad essentiam uniuscuiusque Ecclesiae particularis et quidem "ab intra" ».[58] Re enim vera ministerium Primatus ipsa sua natura secum fert potestatem vere episcopalem, non tantum supremam, plenam ac universalem, sed etiam immediatam, in omnes sive Pastores sive ceteros fideles.[59] Ministerium Successoris Petri intimum esse unicuique Ecclesiae particulari necessaria exsistit expressio fundamentalis illius mutuae interioritatis Ecclesiam universalem inter et Ecclesiam particularem intercedentis.[60]

14. Unitas autem Eucharistiae atque unitas episcopatus cum Petro et sub Petro unitatis Ecclesia radices sunt haud independentes, quippe cum Christus Eucharistiam et episcopatum instituent ipsa sua essentia inter se colligata.[61] Episcopatus namque unus est sicuti una est Eucharistia: unum quidem sacrificium unius Christi, qui mortuus est et resurrexit. Quod ita se

[54] Cf. Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 20; S. IRENAEUS, *Adversus haereses,* III, 3, 1-3: *PG* 7, 848-849; S. CYPRIANUS, *Epist.* 27, 1: *PL* 4, 305-306; S. AUGUSTINUS, *Contra advers. legis et propheta* 1, 20, 39: *PL* 42, 626.

[55] Cf. Const. dogm. *Lumen gentium, n.* 23 § 1.

[56] *Ibid.,* n. 22 § 2; cf. etiam n. 19.

[57] IOANNES PAULUS II, *Allocutio ad Curiam Romanam,* 20-12-1990, n. 9: *AAS* 83 (1991) 745-747.

[58] IOANNES PAULUS II, *Allocutio ad Episcopos Stat. Foed. Americae,* 16-9-1987, n. 4: *Insegnamenti di Giovanni Paolo II,* X, 3 (1987) 556.

[59] Cf. Const. dogm. *Pastor aeternus,* cap. 3: Denz.-Schön. 3064; Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 22 § 2.

[60] Cf. *supra,* n. 9.

[61] Cf. Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 26: S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, *Epist, ad Philadel.,* 4: *PG* 5, 700; *Epist, ad Smyrn.,* 8: *PG* 5, 713.

habere a liturgia variis modis manifestatur: exempli gratia, cum in luce ponitur, quamlibet celebrationem eucharisticam fieri in unione non modo cum Episcopo proprio, sed etiam cum Papa, cum ordine episcopali, cum universo clero et cum omni populo.[62] Quaevis igitur valida celebratio Eucharistiae prae se fert hanc universalem cum Petro cumque tota Ecclesia communionem, seu obiective ipsam requirit, ut apud Ecclesias christianas a Roma seiunctas contingit.[63]

IV. DE UNITATE ET DIVERSITATE IN COMMUNIONE ECCLESIALI

15. « Ecclesiae uni versalitas secum fert hinc quidem firmissimam unitatem, illinc simul pluralitatem atque diversitatem, quae nedum unitati obstent, eidem potius conferunt indolem "communionis" ».^ Quae, pluralitas complectitur sive diversitatem ministeriorum, charismatum, formarum vitae apostolatusque in singulis Ecclesiis particularibus exsistentium, sive varietatem traditionum liturgicarum et culturalium apud diversas Ecclesias particulares vigentium.[65]

Tum promovere unitatem quae non impediat diversitatem, tum agnoscere ac fovere diversitatem quae nedum obstet unitati, eam potius ditet, ad munus praecipuum pertinet Romani Pontificis pro universa Ecclesia,[66] necnon, servatis quidem generalibus iuris praescriptis ipsius Ecclesiae, ad munus uniuscuiusque Episcopi in Ecclesia particulari eius ministerio pastorali commissa.[67] Sed aedificare et custodire hanc unitatem, quae characterem communionis a diversitate haurit, cunctorum est quoque in Ecclesia fidelium, siquidem omnes vocati sunt ad illam cotidie exstruendam atque tuendam, praesertim illa caritate quae exstat « vinculum perfectionis ».[68]

16. Quo plenius eluceat hic aspectus communionis ecclesialis unitas nempe in diversitate, consideretur necesse est institutiones et communitates exsistere ab Apostolica Auctoritate constitutas ad peculiaria opera pastoralia perficienda. Ipsae, qua tales, ad Ecclesiam pertinent universalem,

[62] Cf. MISSALE ROMANUM, *Prex Eucharistica* III.

[63] Cf. Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 8 § 2.

[64] IOANNES PAULUS II, *Allocutio in audientia generali habita,* 27-9-1989, n. 2: *Insegnamenti di Giovanni Paolo II,* XII, 2 (1989) 679.

[65] Cf. Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 23 § 4.

[66] Cf. *ibid.,* n. 13 § 3

[67] Cf. Decr. *Christus Dominus,* n. 8 § 1.

[68] *Col* 3, 14; S. THOMAS AQUINAS, *Exposit. in Symbol. Apost.,* a. 9: « Ecclesia est una (...) ex unitate caritatis, quia omnes connectuntur in amore Dei, et ad invicem in amore mutuo ».

etiamsi membra earum membra sunt quoque Ecclesiarum particularium ubi degunt et operantur. Conditio vero haec pertinendi ad Ecclesias particulares, pro flexibilitate qua ipsa pollet,[69] diversis iuridicis modis sese exprimit. Quod quidem nedum quidpiam detrahat unitati Ecclesiae particularis in Episcopo fundatae, confert potius ad hanc unitatem diversitate interiore communionis propria locupletandam.[70]

Perpendentibus Ecclesiam prout est communio consideranda sunt quoque multiplicia instituta et societates, fructus charismatum vitae consecratae ac vitae apostolicae, quibus Spiritus Sanctus ditat Corpus Mysticum Christi: quae, licet ad Ecclesiae structuram hierarchicam non spectent, ad eius tamen vitam et sanctitatem pertinent.[71]

Omnes illae ecclesiales institutiones, ob earum indolem supradioecesanam in ministerio petrino radicatam, elementa etiam sunt, quae ad inserviendum communioni diversas inter Ecclesias particulares concurrunt.

V. DE COMMUNIONE ECCLESIALI ET OECUMENISMO

17. « Cum illis qui, baptizati, christiano nomine decorantur, integram autem fidem non profitentur vel unitatem communionis sub Successore Petri non servant, Ecclesia semetipsam novit plures ob rationes coniunctam ».[72] In Ecclesiis enim et Communitatibus christianis non catholicis multa inveniuntur elementa Ecclesiae Christi, ob quae fas est agnoscere cum gaudio et spe quandam communionem, etsi non perfectam.[73]

Haec communio exsistit praesertim cum Ecclesiis orientalibus orthodoxis, quae, quamvis seiunctae a Sede Petri, cum Ecclesia Catholica coniunctae esse pergunt arctissimis vinculis, cuiusmodi sunt successione apostolica et valida Eucharistia, quapropter titulum merentur Ecclesiarum particularium.[74] Etenim, «per celebrationem Eucharistiae Domini in his singulis Ecclesiis, Ecclesia Dei aedificatur et crescit »,[75] quia in quacumque valida Eucharistiae celebratione vere praesens fit Ecclesia una, sancta, catholica et apostolica.[76]

Cf. *supra*, n. 10.
Cf. *supra*, n. 15.
Cf. Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 44 § 4.
Ibid., n. 15.
Cf. Decr. *Unitatis redintegratio*, nn. 3 § 1 et 22; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 13 § 2.
Cf. Decr. *Unitatis redintegratio*, nn. 14 et 15 § 3.
Ibid., n. 15 § 1.
Cf. *supra*, nn. 5 et 14.

Quia autem communio cum Ecclesia universali, cuius personam gerit Successor Petri, non est quoddam complementum Ecclesiae particulari ab extra adveniens, sed unum e principiis internis quibus ipsa constituitur, conditio Ecclesiae particularis, qua potiuntur venerabiles illae communitates christianae, vulnere quoque afficitur. Atqui vulnere etiam multo profundiore laborant communitates ecclesiales, quae apostolicam successionem et Eucharistiam validam non servarunt. Quibus omnibus vulnus etiam iniungitur Ecclesiae Catholicae, vocatae a Domino ut omnibus fiat « unus grex, unus pastor »,[77] quatenus illi impeditur ab universalitate sua plene in historia consummanda.

18. Hoc rerum statu omnes vehementer urgentur ad operositatem oecumenicam fovendam, ut plena redintegretur communio in unitate Ecclesiae: in illa scilicet unitate « quam Christus ab initio Ecclesiae suae largitus est, quamque inamissibilem in Ecclesia catholica subsistere credimus et usque ad consummationem saeculi in dies crescere speramus ».[78] Cui oecumenicae actioni omni studio provehendae praecipui momenti et ponderis sunt oratio, paenitentia, studium, dialogus et actuosa cooperatio, ut, renovata ad Dominum conversione, omnes possint agnoscere Primatum Petri permanere in suis successoribus, nempe Romanis Episcopis, et ministerium petrinum videant ad effectum deductum secundum Domini intentionem tamquam universale servitium apostolicum, quod est praesens vigensque ab intra in cunctis Ecclesiis, quodque, salva substantia divina institutione definita, diversimode pro varietate locorum et temporum se manifestare potest, teste historia.

CONCLUSIO

19. Beata Virgo Maria exemplar est communionis ecclesialis in fide, in caritate et in unione cum Christo.[79] Ipsa « ab aeterno tempore Christi interfuit mysterio »,[80] ideoque adest, in medio Apostolorum in ipso corde Ecclesiae nascentis[81] necnon Ecclesiae omnium temporum. Namque, « congregata

[77] *Io* 10,16.

[78] Decr. *Unitatis redintegratio,* n. 4 § 3.

[79] Cf. Const. dogm. *Lumen gentium,* nn. 63 et 68; S. AMBROSIUS, *Exposit. in huc.,* 2, 7: *PL* 15, 1555; S. ISAAC DE STELLA, *Sermo* 27: *PL* 194, 1778-1779; RUPERTOS TUITIENSIS, *De Vict. Verbi Dei,* 12, 1: *PL* 169, 1464-1465.

[80] IOANNES PAULUS II, Litt. Enc. *Redemptoris Mater,* 25-3-1987, n. 19: *AAS* 79 (1987) 384.

[81] Cf. *Act* 1, 14; IOANNES PAULUS II, Litt. Enc. *Redemptoris Mater,* 25-3-1987, n. 26: *AAS* 79 (1987) 396.

[...] Ecclesia est in superioribus [coenaculi] cum Maria quae fuit Mater Iesu et fratribus eius. Non potest ergo Ecclesia nuncupari nisi fuerit ibi Maria mater Domini cum fratribus eius ».[82]

Ut concludat has Litteras, Congregatio de Doctrina Fidei, extrema resonans verba Constitutionis *Lumen gentium,*[83] invitat omnes Episcopos et, ope eorum, christifideles universos, imprimis theologos, ut sollicitam suam curam et studium communionis aedificandae ipsamque reflexione theologica altius in dies intellegendae intercessioni commendent Beatae Virginis.

Has Litteras in Conventu ordinario huius Congregationis deliberatas, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, in Audientia infrascripto Cardinali Praefecto concessa, adprobavit et publici iuris fieri iussit.

Romae, ex Aedibus Congregationis pro Doctrina Fidei, die 28 mensis Maii, anno 1992.

IOSEPH card. RATZINGER, *Praefectus*

L. © S.

& Albertus Bovone
archiep. tit. Caesarien. in Numidia, *Secretarius*

S. CHROMATIUS AQUILEIENSIS, *Sermo 30,* 1: *Sources Chrétiennes,* 164, p. 134; cf. PAULUS VI, Adhort. Apost. *Marialis cultus,* 2-2-1974, n. 28: *AAS* 66 (1974) 141.

[83] Cf. Const.. dogm. *Lumen gentium,* n. 69.

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

I

BOGOTEN. SEU GIRARDOTEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Aloisii Variara, Sacerdotis professi Societatis S. Francisci Salesii et Fundatoris Instituti Sororum Filiarum Ss. Cordium Iesu et Mariae (1875-1923).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Utinam mundus aetatis nostrae, qui tum in angore tum in spe quaerit, Evangelium accipiat non ab evangelizatoribus afflictis vel spe destitutis, neque ab impatientibus vel anxietate affectis, sed ab Evangelii ministris, quorum vita fervore renideat, ab iis videlicet, qui primi gaudium Christi in semet ipsis receperunt, neque renuunt vitam impendere, ut et Regnum nuntietur et Ecclesia in mundo penitus instauretur » (PAULUS VI, Adhortatio Apost. *Evangelii nuntiandi,* 80: *AAS* LXVIII [1976], p. 75).

Sicut olim, ita et nunc et in futurum Spiritus Sanctus efficiet ne Ecclesiae evangelizatores desint fortes in fide, in evangelio nuntiando fervidi, in regno Dei aedificando indefatigabiles et in apostolico servitio inque sui dono pro animarum bono laeti.

Talis fuit etiam sacerdos Aloisius Variara, qui libenter familiam reliquit et patriam, ut thesauros et gaudium redemptionis leprosis afferret Columbiae, quibus multimodis Dei paternitatem et maternam Ecclesiae sollicitudinem obtulit experiendam.

In oppido Viarigi is natus est, intra dioecesis Astensis fines, in Italia, die 15 mensis Ianuarii anno 1875, a Petro Variara et Barbara Livia Bussa, qui eum statim baptizandum curaverunt, utpote in periculo vitae versan-

tem. Anno 1884 Confirmationis accepit sacramentum et subsequenti anno primam Communionem. Studiis elementariis peractis pater, pueri animadversa bonitate atque pietate, sperans fore ut Salesianus fieret et sacerdos, eum Augustam Taurinorum misit, ad Oratorium loci Valdocco, rectum a Societate Sancti Francisci Salesii. Ibi ei solacio fuit raptim Sanctum Ioannem Bosco videre, iam tum aegrotum et morti proximum. Huius Sancti obtutu vehementer commotus statuit se Deo totum consecrare. In novitiatu, quod in oppidulo Foglizzo peregit, patenter progressus fecit in indole formanda, in pietatis studio et in cupiditate se sanctificandi. Humilior factus est et amabilior in aequales, qui primo eum superbiorem iudicaverant. Postridie Calendas Octobres anno 1892 vota perpetua est professus, deinde discipulus fuit Seminarii pro Missionibus Exteris loci Valsalice, in Taurinensi suburbio, ubi missionarii formabantur pro operibus Salesianis in mundo. Illic in animo eius acer et fortis appetitus exarsit Christo serviendi et animis in terris missionum. Occasio illud votum ad effectum adducendi ei data est a Salesiano Michaele Unia, qui eum invitavit ad se sequendum ad leprosorum valetudinarium loci Agua de Dios, pauca milia passuum distans ab urbe Tocalma, in archidioecesi Bogotensi. Rector Maior, Beatus Michael Rua, assensus est, existimans iuvenem alumnum, peculiari indole praeditum ad cantum et musicam, certe aptum esse ad vitam et laetitiam ferendam in triste leprosorum nosocomium. Sedem adeptus mense Augusto anno 1894, Dei Servus, domini Unia praeceptis obsequens, suum iniit apostolatum alacriter in pueris, leprosis vel leprosorum filiis, eos cantum docens et catechismum atque opportunas provehens exercitationes oblectatorias; constituit etiam et rexit homines symphoniacos, qui laudem sibi pepererunt et prosperos exitus. Eodem autem tempore diligenter atque perseveranter suam curavit spiritalem et theologicam formationem et, die 24 mensis Aprilis anno 1898, sacrum accepit presbyteratus Ordinem. Hinc ad antecedentes operas propria accesserunt sacerdotii munera: Eucharistiae celebratio, administratio sacramentorum, praesertim paenitentiae, moderatio spiritalis, religiosa familiis et aegrotis assiduitas praebenda. Religionem erga Sacrum Cor Iesu propagavit et Confraternitatem Sancti Ioseph fovit atque Sancti Aloisii Sodalicium. In difficultatibus ludum instituit puerorum leprosorum, quem defuncto domino Unia dedicavit. Anno 1905 permissu superiorum religiosorum et Bogotensis Ordinarii, Congregationem Sororum Filiarum Ss. Cordium Iesu et Mariae condidit, cuius sodales puellae leprosae erant et leprosorum filiae, quae in alia Instituta non admittebantur. Hoc opus, etsi multarum vocationum dono ei Deus benediceret, est a pertinacibus adversariis impugnatum, qui Servo Dei graves exhibuerunt

aegritudines, quas is forti mitique animo toleravit, quaerens oboedientiam superioribus suo conciliare conditoris officio. Continuos dolores ei attulerunt ii etiam, qui laborem eius inter leprosos non consentaneum putabant Salesianorum charismati, atque Columbiae Inspector, qui suis opinionibus suaque gubernandi ratione duriter Servi Dei patientiam periclitatus est, cui accipiendae fuerunt plures sedis mutationes: debuit enim ad contagiosorum valetudinarium loci Contractación demigrare (anno 1909), ad oppidum Agua de Dios dictum redire (ubi mansit annis 1910-1916), ad oratorium Bavariae, Bogotae positum, ire (ibique commoratus est annis 1917-1918), denuo ad Agua de Dios reverti, quia leprosus esse suspectus habitus (illic anno 1918 habitavit), ad paroeciam Barranquillae se conferre, Taribam, urbem in Venetiola sitam (ibique annis 1921-1922 habitavit) et Cucutam, Columbianam urbem, in qua doloribus animi et corporis purificatus, sancte mortem obiit Calendis Februariis anno 1923.

Eius vita continens fuit in Deum et animas actus amoris, in quarum bonum seipsum totum impendit. In Columbiam missus ut inter leprosos laetitiam afferret, hoc servavit mandatum, et etiam cum improbationum crux et adversa in ipsum procubuerunt et in eius opus, perrexit pauperibus aegrisque servire eosdemque consolari, qui magnam eius bonitatem bene intellexerunt eumque carissimum habuere. Inceptis suis non solum revera leprosorum favit humano socialique progressui, sed et eorum fidem excitavit, spem sustinuit eorumque auxit evangelio oboedientiam. Cum iis vixit simpliciter, amabiliter, ad omnia pro eis paratus, quorum gaudia communicabat et tristitias, paupertatem et solitudinem, factus omnia omnibus secundum Christi exemplum, qui non venit ministrari sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis (cf. *Mt* 20, 28). Dei voluntati obsequens, cum prudentia laboravit et cum fortitudine passus est pro eius gloria et regno; se abnegavit, quodlibet vitavit peccati genus, omnibus viribus sanctitatem appetivit, ut instrumentum fieret perfectius in dies in Domini manibus. Suam aluit vitam interiorem suumque operosum apostolatum coniunctione cum Christo, pia divinorum mysteriorum celebratione, deprecatione, pietate erga Sacrum Cor Iesu eiusque Passionem atque erga Virginem Mariam, votorum religiosorum observantia, humilitate et continentia. Mente et corde est evangelii praecepta secutus ac magisterium Ecclesiae, aliosque idem facere docuit. Christi crucem dilexit, iis ignovit, a quibus dolore afficiebatur, numquam de iniustitiis, quas percepit, est questus et, verus animarum pater ac magister, suas duxit filias spiritales in perfectionis via, eas educando ad se devovendas pro caelestis Patris gloria et mundi redemptione.

Ob eminentes suas virtutes et alacrem apostolatum pro leprosis, in vita et post mortem fama claruit sanctitatis; qua re Archiepiscopus Bogotensis anno 1959 Causa canonizationis initium fecit per processus ordinarii informativi celebrationem, cuius auctoritas et vis decreto probata est die 21 mensis Aprilis anno 1989 promulgato. Positione super virtutibus apparata, die 22 mensis Decembris anno 1992, felici cum exitu actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, cui praefuit Rev.mus Dominus Antonius Petti, Fidei Promotor Generalis. Patres Cardinales dein et Episcopi in Congregatione Ordinaria die 16 mensis Februarii habita anno 1993, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Martínez Somalo, Servum Dei Aloisium Variara heroum in modum virtutes théologales, cardinales et his adnexas exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Aloisii Variara, Sacerdotis professi Societatis S. Francisci Salesii et Fundatoris Instituti Sororum Filiarum Ss. Cordium Iesu et Mariae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 2 mensis Aprilis A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 83 S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

II

FIRMANA

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Paulae Renatae Carboni, virginis saecularis (1908-1927).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Christi asseclae a Deo non secundum opera sua, sed secundum propositum et gratiam Eius vocati atque in Iesu Domino iustificati, in fidei baptismate vere filii Dei et consortes divinae naturae, ideoque reapse sancti effecti sunt. Eos proinde oportet sanctificationem quam acceperunt, Deo dante, vivendo tenere atque perficere » (CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 40).

Inde ab Ecclesiae primordiis Christi asseclae fuerunt, qui vitae christianae donum non solum pie acceperunt ac servaverunt, verum etiam diligenter atque sapienter auxerunt, et ita magnam spiritalem pulchritudinem et eminentem christianam perfectionem sunt adepti. In hac verorum filiorum Dei et constantium Evangelii testium innumerabili multitudine, iuvenis laica Paula Renata Carboni est annumeranda, quae fertile quoddam fuit solum, in quo gratiae semen radices in profundum egit et brevi tempore fructus copiosos edidit sanctitatis.

Haec Serva Dei orta est die 21 mensis Februarii anno 1908 in oppido Móntefalcone Appennino, in finibus sito Italiae Asculanae provinciae, a legitimis coniugibus Raphaele Carboni, eximio medico, et Rosa Majeski, certis ambobus atheis. Etsi filiorum studiosi erant, nulla tamen voluerunt eos religiosa educatione imbuere, immo in eorum animos odium contra Ecclesiam infundere nisi sunt. Sed Deus, « qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire » *(1 Tim* 2, 4), per vias humanitus inopina-

biles in illum « tenebrarum nidum » (sic Serva Dei suam appellavit familiam) fidei lumen et ipsam heroicam christianam virtutem immisit.

Paula Renata die 22 mensis Iunii anno 1908 Baptismum accepit materterae cura quae, parentibus insciis, eam ad sacrum fontem detulit paroecialis ecclesiae.

Tranquille pueritiam egit in loco ubi nata est et ab anno 1910 in pago Grottazzolina, in quem familiam immigraverat.

Ludo peracto, cum sorore Iosepha Firmum missa est ut studia persequentur. Pater eius, pro suis persuasionibus, domum quaesivit religionis expertem, apud quam illam pacta mercede collocaret. Eam se in venisse putavit in familia Maricotti, sed deceptus est, siquidem erat ibi ipsa Actionis Catholicae dioecesana praeses. Duae puellulae tunc primum aura fidei circumdatae sunt et suis in cordibus fortem vehementemque Dei amorem efflorescere animadverterunt. Clam christianam doctrinam doctae sunt, qua maxime alliciebantur, et die 22 mensis Aprilis anno 1922 multa cum pietate ab Archiepiscopo Firmano sacramentum Confirmationis acceperunt et primam Communionem. Ex eo die Paulae vita non eadem fuit, quae antea. Fide simplici et ardenti illustrata et tota Domini Iesu amore capta, ei soli vixit, nihilque aliud cupivit, nisi quam optimo modo eius facere voluntatem atque laborare, precari et pati pro eius regno et gloria.

Dum arduum perfectionis christianae montem, quasi advolans, scandebat, sedulo ac fructuose studiis se dedidit, prius apud scholas ludi magistris instituendis et postea apud scholas technicas. Anno 1925 Anconae est magistrae adepta diploma; deinde in Firmano Instituto Sanctae Clarae praeceptrix fuit, ubi superiorum, collegarum et discipularum existimationem sibi conciliavit, tum propter docendi facultates, tum propter humanas christianasque virtutes. A parentibus obtinuit ut libere in religiones incumberet inque apostolatum et munere fungeretur secretariae iuventutis femininae Actionis Catholicae dioecesanae. Die 21 mensis Maii anno 1927 virginitatis votum suscepit et, cum a confessario vetita esset Soror missionaria fieri, statuit in familia vivere tamquam in coenobio, exemplum imitans Sanctae Teresiae a Iesu Infante et deprecans atque dolores capiens pro peccatorum et suorum conversione, quibus splendidum dedit testimonium laetae et constantis oboedientiae voluntati Dei ac dulcis de eorum bono spiritali sollicitudinis. Sodalibus et discipulis verum fuit vitae exemplar ac tuta in via perfectionis fautrix. Impigram operam dedit catechesi tradendae, peccatorum conversioni, fidei propagationi et animarum saluti. Sicut

servus bonus et fidelis, de quo evangelium loquitur (cf. *Mt* 25, 14 ss.), est ingeniose talenta mercata desuper accepta eaque duplicavit, eademque iis suppeditabat, in quos Providentia efficiebat ut incurreret. Redemptionis bona cum aliis communicare officio fuit ei et gaudio. Scripsit: « Meum mandatum erit ad Iesum párvulas animas reducere in tenebris errabundas. Ita eius divino cordi laetitiam afferam, ita contenta ero; me pro eis devovebo, pro eis vivam et sicut mater pati sciam, me dedere et vitam offerre pro earum vita ». Haec apostolatus voluntas ex amore in Dominum oriebatur, quemadmodum ipsa affirmavit: « Quod me ad agendum impellit pro aliis, caritas est Iesu, quae in me est. Alios adiuvare in iis, quae possum, est mihi gaudium, purum gaudium, quod caritas parit, amor quo Dominum amo ».

Flammam caritatis alebat, quae fortior fiebat in dies et nitentior, coniunctione cum Deo, sacramentis, pia divinorum mysteriorum participatione, deprecatione, meditatione, ferventi erga Eucharistiam, Christi Passionem, Virginem Mariam pietate, sui castigatione, vanitatum et mundi rerum contemptu. Anima eius, Spiritus Sancti donis roborata, adeo ad quodlibet parata erat sacrificium, ut dicere potuerit: « Parvum meum cor Domini sitit amorem, et pluries mori vellem ac pluries reviviscere, ut paterer et ad eum omnes animas referrem ». Cum serenitate et patientia indignitates toleravit, difficultates et morbos, se semper laetam ostendens se consociare in Redemptoris passionem et crucem atque suum apostolatum fecundum reddere doloris rore.

Erga omnes suas baptismales promissiones fidelis, quas summa cum generositate, perseverantia et spiritali delectatione ad effectum adduxit, paucis annis caelo maturuit. Mense Augusto anno 1927 in febrim typhicam incidit. Mira cum tranquillitate et fidei speique vitae aeternae spiritu suam toleravit infirmitatem, tam fortis, ut eos, qui sibi aderant, consolaretur. Sancte in Domino obdormivit die 11 subsequentis mensis Septembris, clara sanctitatis fama. Eius devotio pro parentum et aliorum familiarium conversione suos fudit fructus, quoniam singuli deinceps divinae misericordiae cesserunt.

Durante sanctitatis fama, ad quam fama accessit signorum, Archiepiscopus Firmanus canonizationis Causae initium fecit per processus ordinarii informativi celebrationem (annis 1951-1964). Dein a Sancta Sede obtento permissu, ad normam M. P.. « Sanctitas clarior », apud eandem curiam instructus est processus cognitionalis (annis 1981-1983), cuius auctoritas et

vis probata est decreto die 27 mensis Decembris anno 1984 prodito. Apparata Positione super virtutibus, exitu cum prospero actus est die 10 mensis Novembris anno 1992 Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, Fidei Promotore Generali, Rev.mo Domino Antonio Petti, praesidente. Patres Cardinales porro et Episcopi, in Congregatione Ordinaria diei 19 mensis Ianuarii anno 1993 coacti, Causae Ponente Exc.mo Domino Iosepho Mees, archiepiscopo titulari Yprensi, Servam Dei Paulam Renatam Carboni heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse confessi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Paulae Renatae Carboni, virginis saecularis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 2 mensis Aprilis A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

ffi Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

III

HIEROSOLYMITANA

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Simonis Srugi, laici professi Societatis S. Francisci Salesii (1877-1943)

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra opera bona et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est » (*Mt* 5, 16).

Qui in communione vivit cum Christo ac fideliter eius sequitur doctrinam, lucernae accensae similis est vel civitati supra montem positae. Talis etiam fuit Servus Dei Simon Srugi, qui, intime Domino coniunctus, diligenter, prompte atque perseveranter eius voluntatem fecit et operum bonitate virtutumque magnitudine evangelii lumen tum inter christianos effudit, tum inter macometanos, qui Dei sanctitatis in eo repercussum viderunt.

Verus hic Christi testis die 27 mensis Aprilis natus est anno 1877, decem filiorum ultimus, in urbe Nazareth, et post paucos dies simul, pro Orientali consuetudine, Baptismi et Confirmationis sacramenta recepit. Parentes eius, qui Azar Srugi et Dalleh Khawali vocabantur, ad ritum melkitam Catholicum pertinebant et fide atque amore erga Ecclesiam enitescebant. Postquam hi mortui sunt, puer est ab avia benigne curatus, deinde quattuor egit annos in orphanotrophio S. Familiae, in urbe Bethlehem ab Italico canonico Antonio Belloni condito. Ibi Servus Dei penitus in Iesu notitiam intravit et amorem, studia est persecutus et vestitici didicit artem. Anno 1892 est in paupere Ephebeo loci Beitgemàl collocatus, a sodalibus Societatis Sancti Francisci Salesii administrato, ab urbe Ierusalem triginta fere milia passuum distante, multis obnoxio periculis et difficultatibus, pagis macometanis circumdato, aere pestilenti, fame, siti ac miseria vexatis. Hac in domo, ad quam nullus Salesianus se conferre cupiebat, Simon Srugi ad mortem usque commoratus est, numquam sedis mutatione

petita, numquam impatientia et lassitudine significata propter incommoditates et privationes, quae erant ei obeundae.

Inde ab initio suae in pago Beitgemàl habitationis, Servus Dei perfectione eminuit, qua sua scholastici ac vestifici munia exsequebatur, religionum studio facilitateque in aliis, qualibet in necessitate, adiuvandis. Interea in eo consilium maturuit ut coadiutor salesianus fieret; qua re, novitiatu peracto, anno 1896 vota religiosa temporanea nuncupavit et anno 1900 perpetua. Cum gaudio et fidelitate ex sua consecratione vixit, Deo serviens eumque omnibus viribus venerans et quam optime suae communitatis atque loci incolarum bono operam dans. Silentio et in occultatione se omnibus omnia fecit et diligenter pluribus est functus officiis, ex quibus orphanorum magistri et custodis, fumarii, aeditui atque caerimoniarum praefecti. Sed negotia, quibus maxime se dedit quaeque eum loci habitatoribus earum reddiderunt, negotia molitoris et infirmorum ministri fuerunt. Cum peritia, prudentia, summa cum iustitia veraque caritate in haec incubuit humilia et utilia ministeria. Omnes excipiebat cum benignitate et amabilitate et, ut aliis morem gereret, libenter ac aequo animo molestias laboresque subiit graves et diuturnos. In omni homine, et praesertim in pauperibus et aegrotis, fratrem videbat et Dei filium; idcirco sine ullo catholicorum, schismaticorum et macometanorum discrimine, eadem cum sedulitate et urbanitate omnibus serviebat omnesque consolabatur, sicut bonus Samaritanus, de quo Evangelium loquitur (cf. *Lc* 10, 30-37). Hoc modo, illis in regionibus tanta afflictis paupertate diversisque perturbatis motibus, Christi amorem illustravit et mutuae necessitudinis, bonitatis et pacis thesauros cum humilitate et simplicitate diffudit. Non minor eius fuit accuratio de sodalibus fratribus et ephebei discipulis, quibus cotidie splendidum dedit testimonium fidelitatis erga vocationem, perfectae regulae oboedientiae, votis religiosis, superioribus, et caritatis Societatis Salesianae Sancti Ioannis Bosco. Tanti a suis existimabatur, ut pro certo haberetur eum, sua deprecatione et vitae sanctitate, esse Domus angelum custodem et praesidium. Et, cum eius communitas est difficultatibus probata internis atque externis — sicut per prius totius orbis terrarum bellum et Arabum cum Hebraeis certamina — Servus Dei animorum concordiam fovit et suam perrexit operam beneficam explicare pro amicis ac inimicis, et prompte iis, qui dolorum luctuumque causa erant, ignovit.

Sic se gerebat quia viva erat eius fides et eius vitae rationis exemplar Christus fuit, quem ardenter et perseveranter usque ad extremos dies suos amavit et secutus est. Verbis doctus Evangelii, caelestem Patrem laudavit eique servivit totus, in solo Domino spem posuit, proximum dilexit, aliis se

dedidit, misericordiae spiritalis et corporalis opera fecit, beatitudines coluit et testatus est, quas divinus Magister pauperibus spiritu, mitibus, misericordibus, mundis corde et pacificis servavit (cf. *Mt* 5, 3-9). Vitam suam spiritalem suumque apostolatum aluit laeta Dei voluntati oboedientia, assidua deprecatione, veritatum aeternarum meditatione, pia divinorum mysteriorum participatione, ferventi erga Eucharistiam, Iesu Passionem, Virginem Mariam pietate. Animarum salutis studiosus, magis operibus quam verbis, fidei diffusioni favit et regni Dei aedificationi; dicebat: « Totus labor noster et tota nostra precatio amoris sint actus ad animas salvandas una cum Iesu et Maria ». Cum minister infirmorum erat baptismi sacramentum multis puerulis macometanis morientibus ministravit, magna affectus laetitia semper, quod iis portas aperuerat paradisi.

Anno 1939 Dei Servus est pestilenti febri correptus: exinde eius valetudo est gradatim in deterius mutata. Cum labore, dum potuit, sua munia continuavit, affirmans quieti se daturum in paradiso. Suam infirmitatem tacitus tulit, felix posse se passionis Christi participem fieri. Mortem appropinquare praesentiens, pie Unctionem Infirmorum recepit et Sanctum Viaticum; postea dixit: « Nunc possum tranquillus mori ». In aeternitatem introivit nocte diei 27 mensis Septembris anno 1943, ampla et firma fama sanctitatis insignis, quae subsequentibus annis apud christianos et macometanos perseveravit.

Canonizationis inita Causa, processus ordinarius informativus est apud Patriarchalem Curiam Hierosolymitanam celebratus annis 1964-1966. Anno 1968 promulgatum est decretum super scriptis et anno 1978 decretum super Causae introductione. Apud eandem Curiam annis 1981-1983 est processus apostolicus celebratus, cuius auctoritas et vis Idibus Decembribus est probata anno 1985. Apparata positione super virtutibus, prospero cum exitu, die 24 mensis Novembris anno 1992, actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Patres Cardinales deinde et Episcopi, in Congregatione Ordinaria die 16 mensis Februarii habita anno 1993, Causae Ponente Em.mo Cardinali Pio Laghi, Servum Dei Simonem Srugi heroum in modum virtutes théologales, cardinales hisque adnexas exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis

Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: ***Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Simonis Srugi, laici professi Societatis S. Francisci Salesii, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 2 mensis Aprilis A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, ***Praefectus***

L. © S.

ffi Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., ***a Secretis***

IV

MATRITEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Francisci Assisii Méndez Casariego, sacerdotis Canonici Matritensis, Fundatoris Congregationis Sororum a Trinitate (v. d. « Hermanas Trinitarias ») (1850-1924).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Si fuerint alicui centum oves, et erraverit una ex eis, nonne relinquet nonaginta novem in montibus et vadit quaerere eam, quae erra vit? Et si contigerit ut inveniat eam, amen dico vobis quia gaudebit super eam magis quam super nonaginta novem, quae non erraverunt. Sic non est volun-

tas ante Patrem vestrum, qui in caelis est, ut pereat unus de pusillis istis » [*Mt* 18, 12-14).

Pastoris exemplum imitatus, qui ovem quaerit errantem, sacerdos Franciscus Assisius Méndez Casariego puellarum atque puerorum misertus est, qui in spiritali ac materiali miseria vivebant, et ardenti industriaque pastorali caritate impulsus, eos quaesivit, invenit, domum dedit eis, necessaria ad vivendum, christiana humanaque eos imbuit educatione, eosdem ad filiorum Dei dignitatem reduxit effecitque ut maternam Ecclesiae sollicitudinem experirentur.

Insignis hic Christi testis Matriti ortus est die 21 mensis Iunii anno 1850 a Iosepho Méndez et Antonia Casariego, qui eum secundum Dei leges et Ecclesiae informaverunt. Dum iurisprudentiae apud Studiorum Universitatem operam dabat, vocationem ad sacerdotium animadvertit; quam ob rem nomen professus est in ordinem studiorum iuris canonici et civilis estque in utroque licentiae diplomate insignitus, ac theologiae studia peregit. Presbyterali ordinatione accepta die 19 mensis Septembris anno 1874, cum sedulitate sacro se dedidit ministerio in paroecia Incarnationis, prius tamquam parochi vicarius et postea tamquam parochus. Anno 1881 nominatus est cappellanus Regis honorarius et post quattuor annos regius praedicator. Nova Matritensi constituta dioecesi est cathedralis ecclesiae canonicus designatus (anno 1885): quo munere egregie ad mortem usque est functus.

Post aliquot considerationis atque deprecationis annos, adiumento fultus Mariae Annae Allsopp y González-Manrique, postridie Calendas Februarias anno 1885 Congregationem Sororum a Trinitate instituit, quae anno 1888 approbationem obtinuit dioecesanam et anno 1902 pontificiam. Hoc Institutum, quod in pluribus Hispaniae urbibus celeriter crevit, sibi statuerat in suis domibus accipere et protegere puellas in difficultatibus versantes et ad gravia pericula expositas ad mores pertinentia, easdem ad virtutem revocare, illas docendo christianos humanosque valores observare. Deinceps Servus Dei de pueris quoque curavit, « golfos » appellatus, qui, neglecti, in urbe Matrito vagabantur mendicantes ac parva furta facientes. Tam multi erant, ut vera exsisterent socialis pernicies, cui nemo medebatur. Pro iis hospitium aperuit, quod est vocatum « Porta Caeli », ubi discebant se pro civibus probis gerere et bonis christianis. In illos colligendos ipse Servus Dei incumbebat, qui multa cum caritate, patientia et sacrificii spiritu, diuque noctuque et in quolibet caeli statu illos quaerebat. Eius Sororibus, sacerdotibus et laicis adiuvantibus, eis assiduitatem praebebat, in difficultates incurrens nec leves nec paucas. Ut perutilem hunc apostola-

tum explicaret, cogitavit de Instituto masculino condendo, Ordini a Sanctissima Trinitate aggregando; sed inceptum parvi temporis fuit, praesertim propter Conditoris mortem.

Dum singulari cum ardore se conferebat in iuventutem eorruptam atque periclitantem ad bonam frugem eompellendam et educandam, Servus Dei formationem spiritalem Sororum suarum excoluit et, verbis, scriptis atque exemplo, illis opitulabatur ad Sanctissimam Trinitatem laudandam, ad vivendum pro sua consecratione et ad serviendum ratione quam optima dolentibus Christi membris. Et hoc cum humilitate fecit atque benignitate, cum animi vigore simulque cum prudentia, multorum ita aestimationem et amorem sibi concilians.

In ministerio exsequendo multas subiit res difficiles et simultates, sed semper mansit serenus et fortis, siquidem spem suam in Dei gratia inque providentiae auxilio collocaverat. In lumine fidei ambulavit et in Dei atque proximi dilectione. Cupidus progrediendi in Christi imitatione, diligenter, ferventer ac laetanter sacerdotalia explevit munera, congruenter Evangelio vixit, quod cum perseverantia nuntiavit et integritate, quolibet in casu caelestis Patris voluntatem fecit, filius fuit obsequens Ecclesiae, animam suam aluit et suum apostolatum fecundum reddidit per fervidam Missae celebrationem, aeternarum veritatum meditationem, deprecationem communem et privatam, pietatem erga Eucharistiam, Iesu Passionem, Virginem Mariam, castigationem, paenitentiam et sacrificium.

Laboribus confectus pro regno Dei obitis, post paucos morbi dies de vita decessit Calendis Aprilibus anno 1924.

Sanctitatis fama, quam sibi vivus comparaverat, post eius mortem confirmata est et aucta; quam ob rem Episcopus Matritensis canonizationis Causae initium fecit per processus ordinarii informativi celebrationem (annis 1955-1972), ad quem additus est processus rogatorialis Romanus (anno 1957). Annis 1981-1983 instructus est Matritensis processus cognitionalis, ad normam M. P. « Sanctitas clarior ». Harum canonicarum inquisitionum auctoritas et vis decreto probata est die 30 mensis Iunii anno 1984 promulgato. Prospero cum exitu pridie Nonas Octobres anno 1992 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, cui praefuit Fidei Promotor Generalis, Rev.mus Dominus Antonius Petti. Patres Cardinales deinde et Episcopi, in Congregatione Ordinaria postridie Calendas Februarias habita anno 1993, Causae Ponente Em.mo Cardinali Iosepho Caprio, Servum Dei Franciscum Assisium Méndez Casariego heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Francisci Assisii Méndez Casariego, Sacerdotis, Canonici Matritensis, Fundatoris Congregationis Sororum a Trinitate, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 2 mensis Aprilis A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

ÊB Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 28 Iunii 1993. — Cathedrali Ecclesiae Ocaniensi, R. D. Georgium Henricum Lozano Zafra, e clero archidioecesis Bucaramanguensis templique cathedralis parochum.

— Metropolitanae Ecclesiae Kansanopolitanae in Kansas, Exc.mum P. D. Iacobum Patricium Keleher, hactenus Episcopum Bellevillensem.

die 3 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Albae Pompeiensis, Exc.mum P. D. Sebastianum Dho, hactenus Episcopum Salutiarum.

die 7 Iulii. — Praelatitiae Ecclesiae Humahuacensi, R. P. Petrum Olmedo Rivero, C.M.F., hactenus Administratorem Apostolicum eiusdem ecclesiasticae circumscriptionis.

die 10 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae De Parania Superiore, noviter erectae, Exc.mum P. D. Ansgarium Páez Garcete, hactenus Episcopum Sancti Petri Apostoli.

die 17 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Viridimontanensi-Gorzoviensi, Exc.mum P. D. Adamum Dyczkowski, hactenus Episcopum titularem Alta vensem et Auxiliarem Legnicensem.

— Cathedrali Ecclesiae Kielcensi R. D. Casimirum Ryczan, apud Universitatem Catholicam Lublinensem professorem.

die 21 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Corensi, Exc.mum P. D. Robertum Lückert León, hactenus Episcopum Cabimensem.

die 22 Iulii. — Episcopum coadiutorem cathedralis Ecclesiae Viedmensis, R. D. Marcellum Melani, Societatis S. Francisci Salesii sodalem.

— Cathedrali Ecclesiae Rivi Nigri Vallensis Superioris, noviter erectae, R. D. Iosephum Petrum Pozzi, Societatis S. Francisci Salesii sodalem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Theuzitanae, R. D. Iosephum Aloysium Mollaghan, hactenus curionem in civitate Bonaerensi, quem constituit Auxiliarem Bonaërensem.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Caroli Vurolicensis, noviter erectae, Exc.mum P. D. Ruben Ansgarium Frassia, hactenus Episcopum titularem Caeciritanum et Auxiliarem Bonaërensem.

die 23 Iulii. — Archiepiscopali Ecclesiae Camerinensi-Sancti Severini in Piceno, R. P. Petrum Georgium Nesti, Congregationis Passionis Iesu Christi sodalem, apud Pontificium Athenaeum Antonianum in Urbe professorem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, 6 Luglio 1993, si è riunita alla presenza del Santo Padre, la Congregazione delle Cause dei Santi.

Da Lunedì 9 a Lunedì 16 Agosto 1993, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Giamaica, a Mérida e a Denver.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

17 luglio 1993. S. E. mons. Giacinto Berloco, Arcivescovo tit. di Fidene, *Nunzio Apostolico in Costa Bica.*

26 » » S. E. mons. Luigi Bressan, Arcivescovo tit. di Severiana, *Nunzio Apostolico in Thailandia e Singapore e Delegato Apostolico in Laos, Malaysia e Brunei e in Myanmar.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

31 maggio 1993. P. Daniele Ols, O.P., *Relatore della Congregazione delle Cause dei Santi.*

28 giugno » Il prof. Antonio Quacquarelli, *Consultore della Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium ».*

NECROLOGIO

8 luglio 1993. Mons. José de Jesús Tirado Pedraza, Arcivescovo em. di Monterrey *(Messico).*

19 » » Card. Gordon Joseph Gray, del titolo di S. Chiara a Vigna Clara.

21 » » Mons. Eugène Polge, Arcivescovo em. di Avignone *(Francia).*

2 agosto » Card. Guido Del Mestri, Diacono di S. Eustachio.

An. et vol. LXXXV 9 Octobris 1993 N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

EPISTULA APOSTOLICA

Hungariae episcopis missa una cum litteris a Summo Pontifice manu propria subsignatis quibus nova ordinatio circumscriptionibus ecclesiasticis datur.

Venerabiles Fratres in episcopatu,

Hungaricae nationis inde ab initio, catholica Ecclesia « ad Gentes divinitus missa ut sit "universale salutis sacramentum" » *(Ad gentes,* 1), « cuique ex divino mandato incumbit officium eundi in mundum universum et Evangelium praedicandi omni creaturae » *(Dignitatis humanae,* 13), memorabilem in modum suum salutis munus in populo illo sustinuit.

Itaque, postulante Principe Taksony qui legatum suum Romam miserat, iam anno CMLXII Summus Pontifex Ioannes XII Zachaeum elegit, quem episcopum consecra vit et in Hungariam misit.

Tamen Ecclesiae in Hungaria ordinatio sancto regi Stephano debetur. Anno millesimo primo Ravennae Concilium celebratum adstante Summo Pontifice Silvestro II — qui Principi Stephano coronam miserat — Strigoniensem Sedem agnovit « matrem et caput ». Interea dioeceses constituebantur Veszprimiensis, Colocensis, Agriensis, Iaurinensis, Quinque Ecclesiensis, Csanadiensis, Biharensis et Vaciensis.

Sanctus rex Stephanus, dum studebat populum suum ecclesiasticis institutionibus convenientibus instruere, ipsi, tamquam salutarem hereditatem, fidelitatem erga Apostolicam Sedem reliquit.

In mentem prompta venit huius gloriosae historiae originum memoria, cum vestrae Nationis ecclesiasticae circumscriptiones novae ordinantur, ut nostri temporis pastoralibus necessitatibus aptentur.

Pentecostes sollemnitas peculiarem lucem in consilia haec effundit; est enim Spiritus Sanctus, qui « suo adventu... mundum in "ultima tempora" inducit, in tempus Ecclesiae » *(Catholicae Ecclesiae Catechismus,* 732) eandemque Ecclesiam « diversis donis hierarchicis et charismaticis » *(Lumen gentium,* 4) locupletat, ut Christus, qui in terris eam condidit veluti visibile corpus, per eam in omnes veritatem et gratiam effundere possit (cf. *Lumen gentium,* 8).

In Ecclesiis suis particularibus, quae ab ipsa Nationis conversione initium sumunt, et una cum suis Episcopis, qui communione coniuncti cum Romano Pontifice, Petri Successore, ipsarum « visibile principium et fundamentum sunt unitatis » *(Lumen gentium,* 23), Hungarici catholici « vocantur, ut tamquam viva membra ad Ecclesiae incrementum eiusque iugem sanctificationem vires suas omnes, beneficio Creatoris et gratia Redemptoris acceptas, conferant » *(Lumen gentium,* 33).

In Hungaria, Ecclesia, haud levibus aerumnis superioribus temporibus pressa, nunc de libertate feliciter recuperata cuncti populi gaudium participat et gratias agit Domino, quandoquidem nunc Christi eiusque Evangelii lucem societati libere ostendere potest.

Novae tamen rerum condiciones, in quibus ad suam missionem explendam vocatur, circumscriptionum ecclesiasticarum ordinationem novam requirunt, ut, ad Concilii Vaticani II optata, « populi Dei saluti quam perfectissima fieri potest ministret » *(Christus Dominus,* 22). Itaque duas novas dioeceses condere opportunum duximus, Kaposvarensem et Debrecenensem-Nyiregyhazanam, fines aliarum dioecesium mutare, et ad metropolitanam Sedem dioecesim Veszprimiensem efferre.

In nova hac dispositione clarissimus est locus qui Budapestino, nationis capiti, contingit, cui, regiminis unitate effecta, congruentes pastorales structuras exoptamus, quae ad amplam eius implicatam que socialem condicionem respondeant.

Memores Nostri apostolici itineris non multo ante peracti, haec consulta cum ferventibus ominibus coniungere volumus pro tota in Hungaria Ecclesia.

Dent ipsa renovati studii copiam in nova Nationis evangelizatione, ad quam omnes, episcopos scilicet, sacerdotes, religiosos et laicos, invitavimus, proximos eventus prospectantes, primum scilicet millennium baptismi Hungariae et alterum christiani aevi millennium (cf. Conferentiae episco-

palis congressionem Budapestini habitam, die xx mensis Augusti, anno MCMXCI).

Una vobiscum, dilecti Fratres, huius rei felicem exitum Mariae « Magnae Dominae Hungariae » concredo, quae inter Apostolos Pentecostes die erat. Ipsa Spiritus Sancti donorum copiam obtineat istius Nationis Ecclesiae!

Nova Hungaricarum circumscriptionum ecclesiasticarum compositio.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Hungarorum gens, quae, ducente Sancto Stephano Primo Rege, Beata Virgine Maria auxiliante, « Magna Domina Hungarorum », firme in fide catholica egit radices, hodie, cum Ecclesia per Pentecostes mysterium sanctificatur, dono accipit novam suarum ecclesialium communitatum dispositionem.

Namque Conferentia episcopalis Hungarica, cupiens votis Concilii Oecumenici Vaticani II obsecundare, quod attinet ad aptiorem circumscriptionum ecclesiasticarum compositionem, opus suscepit novo ordine, gradatim ac progrediente ratione, Provincias ecclesiasticas et dioeceses disponendi, naviter adiuta a Venerabili Fratre Angelo Acerbi, Archiepiscopo titulari Zellensi. Quo in opere absolvendo hoc semper fuit propositum, ut in unaquaque dioecesi magis perspicua Ecclesiae natura pateret, atque Episcopus apte et efficaciter munera sua explere posset, prout religiosae, spirituales ac morales necessitates, necnon societatis et culturae mutationes, quae hodie in cursu sunt, magis magisque postulant.

Attente igitur propositionibus perpensis Nobis exhibitis, cognito voto Nuntii Apostolici, quem supra memoravimus, audito consilio Secretariae Status et Congregationis pro Episcopis, ea quae sequuntur statuimus:

Latini ritus Hierarchia in Hungaria in posterum quattuor provinciis ecclesiasticis constabit, videlicet: I. Strigoniensi-Budapestinensi; II. Colocensi-Kecskemetensi; III. Agriensi; IV. Veszprimiensi.

Praeterea abbatia territorialis S. Martini in Monte Pannoniae immediate subiecta Sanctae Sedi remanebit.

I. Provincia Strigoniensis-Budapestinensis (vetere nomine Strigoniensis appellata) constituetur sede metropolitana Strigoniensi-Budapestinensi, necnon suffraganeis dioecesibus Iaurinensi, Albae Regalensis, Haidudoroghensi.

Archidioecesis Strigoniensis-Budapestinensis, quae prima exsistit in Hungaria sedes, cuius metropolitana ecclesia, Basilica Primatialis sub titulis Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae et S. Adalberti Episcopi et Martyris in urbe Esztergom sita est, concathedralis basilica autem sub titulo S. Stephani Regis in urbe Budapest est posita, hoc modo instituetur: fines urbis Budapest, qui usque adhuc in tres partes dividuntur exstantes in dicione archidioecesis Strigoniensis et dioecesium Vaciensis ac Albae Regalensis, sub dicione archidioecesis Strigoniensis-Budapestinensis positi erunt excepto districtu Csepel, qui remanebit sub iurisdictione Episcopi Albae Regalensis. Accipiet a dioecesi Albae Regalensis insulam Szentendre, pagos Dunabogdány, Pilisszentlászló, Tahitótfalu, Leányfalu, Pomáz, Budakalász, Budakalász-Szentistvántelep, Csobánka, Üröm, Pilisborosjenô, Nagykovácsi, Pilisszentkereszt. Cedet dioecesi Vaciensi paroecias in comitatibus Nógrád et Pest sitas ad septemtrionem Danubii. Cedet dioecesi Albae Regalensis oppidum Budaörs et vicos Budajenô, Telki. Cedet dioecesi Iaurinensi regionem Szigetköz.

Dioecesis Iaurinensis, cuius ecclesia cathedralis sub titulo Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae in urbe Gyór sita est, hoc modo mutabitur: accipiet regionem Szigetköz ab archidioecesi Strigoniensi-Budapestinensi. Accipiet vicos Bársonyós, Kajárpéc, Tárkány, et Tényô ab abbatia territoriali S. Martini in Monte Pannoniae. Amplectetur vicum Bakonysárkány a dioecesi Albae Regalensis. Cedet dioecesi Albae Regalensis paroecias in parte dioecesis orientali iacentes: Bokod (cum filia Dad), Kecskéd, Kömlod, Környe, Oroszlány, Tatabánya-Alsógalla, Tatabánya-Bánhida, Tatabánya-Felsógalla, Tatabánya-Óváros, Vàrgesztes, Vértessomló, Vértesszólós. Tradet vicos Gyórasszonyfa, Táp et Tápszentmiklós abbatiae territoriali S. Martini in Monte Pannoniae.

Dioecesis Albae Regalensis hoc modo disponetur: ecclesiam cathedralem (basilicam minorem) habet sub titulo S. Stephani Confessoris, Protoregis Hungariae, in urbe Székesfehérvár sitam. Cedet archidioecesi Strigoniensi-Budapestinensi paroecias in urbe Budapest positas — excepto districtu Csepel — eidemque tradet insulam Szentendre, pagos Dunabogdány, Pilisszentlászló, Tahitótfalu, Leányfalu, Pomáz, Budakalász, Budakalász-Szentistvántelep, Csobánka, Üröm, Pilisborosjenô, Nagykovácsi, Pilisszentkereszt. Tradet vicum Inota dioecesi Veszprimiensi, vicum Bakonysárkány dioecesi Iaurinensi, atque vicum Hard dioecesi Quinque Ecclesiensi. Accipiet vero: ab archidioecesi Strigoniensi-Budapestinensi oppidum Budaörs et vicos Budajenô, Telki; a dioecesi Iaurinensi partes orientales Bokod (cum filia Dad), Kecskéd, Kömlod, Környe, Oroszlány, Tatabánya-Alsógalla,

Tatabánya-Bánhida, Tatabánya-Felsogalla, Tatabánya-Óváros, Várgesztes, Vértessomló, Vertesszölös; ab archidioecesi Veszprimiensi partes in comitatu Fe j er iacentes: Balatonbozsok, Dég, Enying, Kozépbogárd, Lajoskomárom, Lepsény, Mátyásdomb, Mezokomárom, Mezoszentgyörgy, Mezôszilas, Szabadhidvég.

Dioecesis Haidudoroghensis, ritus Byzantini, cuius ecclesia cathedralis sub titulo Praesentationis Beatae Mariae Virginis in urbe Hajdúdorog sita est, et Exarchatus Apostolicus Miscolcensis, eiusdem ritus, non mutantur.

Abbatia territorialis S. Martini in Monte Pannoniae, quae basilicam habet sub titulo S. Martini in Monte Pannoniae, comprehendet abbatiam Bakonybél, vicos Bakonypéterd, Gyor-Gyorszentiván, Gyôr-Kismegyer, Gyor-Ménfocsanak, Lazi, Nyalka, Pannonhalma, Ravazd, Tarjánpuszta, Veszprémvarsány et Vének. Accipiet vicos Gyórasszonyfa, Táp et Tápszentmiklós a dioecesi Iaurinensi. Cedet vicos Bársonyós, Kajárpéc, Tárkány et Tényo dioecesi Iaurinensi.

II. Provincia Colocensis-Kecskemetensis (vetere nomine Colocensis appellata) constituetur sede metropolitana Colocensi-Kecskemetensi, nec non suffraganeis dioecesibus Szegediensi-Csanadiensi et Quinque Ecclesiensi.

Archidioecesis Colocensis-Kecskemetensis, cuius metropolitana ecclesia sub titulo Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae in urbe Colocia sita est, ecclesia autem concathedralis sub titulo Ascensionis Domini Nostri in urbe Kecskemét est posita, comprehendet integrum comitatum Bács-Kiskun, cuius unam partem recipiet quae includit urbem Kecskemét a dioecesi Vaciensi, et pagos Dávod, Püspökpuszta, Dunafalva, Homorud, Sárhát, Sárosd, Szabadságpuszta et Riha-Elesd a dioecesi Quinque Ecclesiensi ei tributos. Cedet vicum Bogyiszló dioecesi Quinque Ecclesiensi.

Dioecesis Szegediensis-Csanadiensis, cuius ecclesia cathedralis sub titulo Magnae Dominae Hungarorum in urbe Szeged sita est, constabit ex integro comitatu Békés et toto comitatu Csongrád, cuius unam partem hanc urbem includentem recipiet a dioecesi Vaciensi; praeterea recipiet aliquas partes meridionales comitatus Jász-Nagykun-Szolnok, videlicet Kunszentmárton I, Kunszentmárton II, Mesterszállás, Kuncsorba, Turkeve ab archidioecesi Agriensi traditas; atque Mezótúr, Mezohék, Kungyalu a dioecesi Vaciensi provenientes. Cedet dioecesi Debrecenensi-Nyiregyhazanae, noviter conditae, partem dioecesis, in comitatu Hajdu-Bihar comprehensam.

Dioecesis Quinque Ecclesiensis, cuius ecclesia cathedralis (basilica minor) sub titulo SS. Apostolorum Petri et Pauli in urbe Pécs sita est, sibi sumet vicos Bogyiszló ab archidioecesi Colocensi-Kecskemetensi et Hard a dioecesi Albae Regalensis, simul tradet archidioecesi Colocensi-Kecskeme-

tensi pagos Dávod, Püspökpuszta, Dunafalva, Homorud, Sárhát, Sárosd, Szabadságpuszta et Riha-Elesd.

III. Provincia Agriensis constituetur sede metropolitana Agriensi, nec non suffraganeis dioecesibus Vaciensi et Debrecenensi-Nyiregyhazana, noviter erecta.

Archidioecesis Agriensis, cuius metropolitana ecclesia (basilica minor) sub titulis Immaculatae Conceptionis atque SS. Michaelis Archangeli et Ioannis Apostoli Evangelistae in urbe Eger sita est, tradet orientalem territorii regionem dioecesi Debrecenensi-Nyiregyhazanae noviter erectae, videlicet: comitatum Szabólcs-Szatmár-Bereg et partem comitatus Hajdu-Bihar usque adhuc ad eam pertinentem. Praeterea tradet dioecesi Vaciensi paroecias in comitatu Nógrád sitas atque paroecias Kunszentmárton I, Kunszentmárton II, Mesterszállás, Kuncsorba, Turkeve, Bucsa et Dévaványa dioecesi Szegediensi-Csanadiensi. Accipiet vicum Jánoshida a dioecesi Vaciensi.

Dioecesis Vaciensis, cuius ecclesia cathedralis sub titulis Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae et S. Michaelis Archangeli in urbe Vae sita est, sequenti mutatur ratione: cedet archidioecesi Strigoniensi-Budapestinensi paroecias in urbe Budapest positas; totam partem comitatus Bács-Kiskun, quae adhuc in eius dicione est, archidioecesi Colocensi-Kecskemetensi, atque totam partem comitatus Csongrád, usque adhuc in eius dicione, et paroecias trans fluvium Tisza sitas (Mezotúr, Mezohék, Kungyalu) dioecesi Szegediensi-Csanadiensi, vicum vero Jánoshida, archidioecesi Agriensi. Adnectuntur ei paroeciae a Danubio versus septemtrionem exsistentes quae usque adhuc sub iurisdictione archidioecesis Strigoniensis-Budapestinensis sunt et partes comitatus Nógrád quae usque adhuc ad archidioecesim Agriensem pertinebant.

Dioecesis Debrecenensis-Nyiregyhazana noviter erecta, cuius ecclesia cathedralis sub titulo S. Annae in urbe Debrecen est et ecclesia concathedralis sub titulo Magnae Dominae Hungarorum in urbe Nyíregyháza, componatur ex comitatibus Szabólcs-Szatmár-Bereg et Hajdu-Bihar, quorum prior usque adhuc in dicione archidioecesis Agriensis fuit et alter partim in dicione eiusdem archidioecesis et partim in dioecesi Szegediensi-Csanadiensi.

IV. Provincia Veszprimiensis constituetur sede metropolitana Veszprimiensi, nec non suffraganeis dioecesibus Sabariensi et noviter erecta Kaposvarensi.

Archidioecesis Veszprimiensis, cuius metropolitana ecclesia sub titulo S. Michaelis Archangeli in urbe Veszprém sita est, componatur ex paroeciis

in comitatu Veszprém exsistentibus, nec non pagis in comitatu Zala, qui iacent a vicis Zalavár - Zalaszabar - Orosztony - Kerecseny - Gelse - Pölöskefô - Zalaszentbalázs - Börzönce — iis tamen exclusis — versus septentrionem. Accipiet vicum Inota a dioecesi Albae Regalensis. Cedet dioecesi Kaposvarensi noviter conditae comitatum Somogy, partes comitatus Zala a vicis Zalavár - Zalaszabar - Orosztony - Kerecseny - Gelse - Pölöskefo - Zalaszentbalázs - Börzönce — iis quidem inclusis — versus meridiem sitas et paroecias in comitatibus Tolna et Baranya iacentes. Cedet dioecesi Albae Regalensis paroecias in comitatu Fejér sitas, seu Balatonbozsok, Dég, Enying, Kozépbogárd, Lajoskomárom, Lepsény, Mátyásdomb, Mezokomárom, Mezoszentgyörgy, Mezôszilas, Szabadhidvég.

Dioecesis Sabariensis, cuius ecclesia cathedralis sub titulo Visitationis Beatae Mariae Virginis in urbe Szombathely sita est, non mutatur.

Dioecesis noviter erecta Kaposvarensis, cuius ecclesia cathedralis sub titulo Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae in urbe Kaposvár sita est, constabit ex territorio seiuncto ab archidioecesi Veszprimiensi, id est, ex comitatu Somogy, ex partibus comitatuum Tolna et Baranya, ex parte comitatus Zala quae extenditur a vicis Zalavár - Zalaszabar - Orosztony - Kerecseny - Gelse - Pölöskefo - Zalaszentbalázs - Börzönce — iis quidem inclusis — versus meridionem.

Primatis Hungariae titulus unitus permanet antiquae sedi Strigoniensi, nunc Strigoniensi-Budapestinensi appellatae.

Ut uniuscuiusque novae dioecesis Pastori in ducendo regimine validum tribuatur adiutorium, Collegium Consultorum, ad normam iuris communis, quam primum instituatur.

Circa Seminarii dioecesani erectionem necnon candidatorum ad sacerdotium formationem, praescripta iuris communis serventur, prae oculis habitis normis et regulis a Congregatione de Institutione Catholica statutis.

Cum fas erit, selecti Seminarii alumni, philosophicis et theologicis disciplinis imbuendi necnon sacerdotes ad studia complenda Romam mittantur.

Quod vero attinet ad novae uniuscuiusque dioecesis regimen, administrationem bonorum, dioecesani Administratoris « sede vacante » electionem, fidelium iura et onera, aliaque id genus, quae sacri canones praescribunt adamussim serventur.

Simul ac harum dioecesium erectio ad effectum deducta fuerit eo ipso sacerdotes dioecesi illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum officium detinent: ceteri vero sacerdotes seminariique tirones illi dioecesi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Acta et documenta, quae ad novam unamquamque dioecesim eiusque clericos, fideles et forte bona temporalia respiciunt, quanto citius, ad eam dioecesim transmittantur ad quam, iuxta praedicta, eadem pertinebunt.

Ad haec omnia perficienda deputamus memoratum Venerabilem Fratrem Angelum Acerbi, in Hungaria Apostolicum Nuntium, necessarias et opportunas eidem tribuentes facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis, simul ac fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Iubemus denique singula et omnia hisce Apostolicis Litteris decreta plene sortiri vim suam tam nunc quam in posterum usque tempus, rebus quibusvis, etiam speciali mentione dignis, haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die tricesimo primo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

CONSTITUTIO APOSTOLICA

INSULARUM MARSHALLENSIUM

In territorio Insularum Marshallensium a dioecesi Carolinensium-Marshallensium distracto, Praelatura territorialis erigitur Insularum Marshallensium appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo expeditius spirituali Christifidelium bono nec non aptius et efficacius Evangelizationis operae in Insulis Marshallensibus consuleretur, opportunum visum est hoc territorium a dioecesi Carolinensium-Marshallensium, ad quam usque nunc pertinebat, distrahere, et novam ibi Apostolicam Praefecturam Insularum Marshallensium nuncupatam erigere.

Ideo, re mature deliberata auditoque voto Venerabilis Fratris Thomae A. White, Archiepiscopi titulo Sebanensis atque Delegati Apostolici in Oceano Pacifico, nec non Congregationis pro Gentium Evangelizatione, supra dictum territorium Reipublicae Insularum Marshallensium constituimus apostolicam praefecturam Insularum Marshallensium nuncupandam, quam provinciae ecclesiasticae Aganiensi suffraganeam volumus et assiduae pastorali curae Societatis Iesu committimus, simulque statuimus dioecesim remanentem Carolinensium nomine appellari, seu vulgo « Caroline Islands », dempto titulo Marshallensium.

Sedem novae Praelaturae in urbe Dalap-Uliga-Darrit ponimus, quae est caput istius Reipublicae « Marshall Islands » vulgo appellatae, sacramque ibidem aedem ad gradum cathedralis ecclesiae evehimus, iuribus ac privilegiis concessis quae ad eiusmodi templa spectant.

Ad sacrorum alumnorum institutionem quod attinet, iuris communis serventur praescripta, minime Congregationis pro Institutione Catholica neglectis praeceptis.

Quod autem ad novae Praelaturae pertinet regimen, bonorum ecclesiasticorum administrationem, « sede vacante » Administratoris electionem, fidelium iura horumque similia, serventur quae sacri canones praescribunt.

Simul ac novae Praelaturae constitutio ad effectum deducta erit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio officium ecclesiasticum habent, ceteri vero sacerdotes Seminariique tirones et quilibet clerici illi sedi in cuius territorio legitimum detinent domicilium.

Documenta autem et acta quae conditam Praelaturam respiciunt, ad eiusdem Curiam mittantur atque ibidem in tabulario serventur.

Haec autem, quae praescripsimus, committimus perficienda Venerabili Fratri Thomae A. White, Archiepiscopo titulo Sebanensi et Delegato Apostolico in Oceano Pacifico, vel, absente eo, illi qui negotia curat Apostolicae Sedis in eadem regione, ac omnes eis tribuimus necessarias et convenientes facultates, etiam subdelegandi quemvis virum in dignitate ecclesiastica constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione sincerum actus effectae exsecutionis exemplar sedulo mittendi.

Has denique Litteras Nostras firmas esse nunc et in posterum volumus, quibuslibet rebus haud quaquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo tertio mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*
Antonius Macculi, *Protonot. Apost. s. n.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 328.280

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Templo paroeciali sanctuario Sanctorum Martyrum Ugandensium Kampalae in loco « Namugongo » nuncupato exstanti et a Summo Pontifice per Apostolicam Visitationem in Uganda die VII mensis Februarii hoc anno in Basilicarum Minorum numero motu proprio adscripto, sueta iura atque liturgicas concessiones tribuuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter Apostolicam Nostram Visitationem in Uganda hoc anno die VII mensis Februarii libentes sane excepimus preces, quas Venerabilis Frater Emmanuel Wamala, Archiepiscopus Metropolita Kampalaënsis atque Praeses Coetus Episcoporum eius Nationis, nomine quoque cleri populique sui Nobis porrexit, atque templum paroeciale sanctuarium Sanctorum Martyrum Ugandensium, quod Kampalae in loco « Namugongo » nuncupato exstat, motu proprio titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoravimus: clara enim est ecclesia, aedificata illic ubi die III mensis Iunii anno MDCCCLXXXVI Sanctus Carolus Lwanga passus est martyrium et ad quam Ugandenses Christifideles frequentes accedunt pia meditatione recolentes gloriosam eorundem Martyrum passionem, ex qua ii haud paucas hauriunt vires ad testificandam catholicam fidem sua ipsorum cotidiana vita et moribus. Nunc vero rata omnino habentes quae Congre-

gatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, statuit, Apostolica auctoritate usi sacrum aedificium, de quo supra facta est mentio idemque in Basilicarum Minorum numero adscriptum, omnibus iuribus ac liturgicis concessionibus, quae ecclesiis hoc nomine insignitis rite competunt, exornamus, iis tamen servatis, quae secundum Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX editum, sunt servanda. Has denique Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvni mensis Aprilis, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri decimo quinto.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco Su Sigilli
In Secret. Status tab., n. 321.078

II

Templo Beatae Virginis Mariae sub titulo « Notre Dame d'Avioth », in dioecesi Virodunensi, Basilicae Minoris dignitas tribuitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Multa iam saecula « sancta Ecclesia beatam Mariam Dei Genetricem cum peculiari amore veneratur, quae indissolubili nexu cum Filii sui opere salutari coniungitur » *(Sacrosanctum Concilium,* 103). Et iusta quidem ratione, per maternam enim eius intercessionem Christifidelis a malis eripitur atque fidei ceterorumque virtutum incrementum iugiter experitur. Haud mirum igitur si populus christianus Deiparam Virginem attente semper coluit, sub eius praesidium saepissime confugit eidemque templa praeclara et sacella plurima ubique per orbem terrarum dicavit.

Nos Ipsi, qui Redemptoris nostri Matrem filiali affectu veneramur, populi marialem pietatem profecto fovere volumus, plane fisi fideles per eam ad Christi salvificum mysterium Ecclesiaeque fraternam communionem facilius certiusque perduci. Quamobrem libentes accepimus petitionem Venerabilis Fratris Marcelli Herriot, Episcopi Virodunensis, qui petiit ut templum ibi Sanctissimae Dei Genetrici dicatum ab Apostolica Sede hono-

re Basilicae Minoris honestaretur. Audito ergo consilio Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, certiores facti omnia instituta ad cultum sollemniorem necessaria ibi accommodata esse, Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine statuimus ut aedes Beatae Virginis Mariae sub titulo « Notre Dame d'Avioth » in posterum dignitate Basilicae Minoris frui possit, iuribus additis et privilegiis huiusmodi templorum propriis, servatis vero iis quae servanda sunt secundum Decretum « de titulo Basilicae Minoris » die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX evulgatum. Quae vero concedimus, volumus nunc et semper firma esse, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Maii anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco £8 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 326.166

EPISTULA

Feria V in Coena Domini presbyteris missa.

1. « Gesù Cristo è lo stesso ieri, oggi e sempre

Cari fratelli nel Sacerdozio di Cristo! Mentre oggi ci incontriamo presso le tante Cattedre vescovili del mondo — i componenti delle comunità presbiterali di tutte le Chiese insieme con i Pastori delle diocesi — alla nostra mente ritornano con nuova forza le parole su Gesù Cristo, che sono diventate il filo conduttore del 500° anniversario dell'evangelizzazione del Nuovo Mondo.

« Gesù Cristo è lo stesso ieri, oggi e sempre »: sono le parole sull'Unico ed Eterno Sacerdote, che «entrò una volta per sempre nel santuario... con il proprio sangue, dopo averci ottenuto una redenzione eterna ».[2] Ecco, sono giunti i giorni — il « Triduum Sacrum » della santa liturgia della Chiesa — in cui, con venerazione ed adorazione anche più profonda, rinnoviamo la

[1] ***Eb*** **13, 8.**
[2] ***Ibid.*** **9, 12.**

Pasqua di Cristo, quella « sua ora »[3] che è la benedetta « pienezza del tempo ».[4]

Per mezzo dell'Eucaristia, questa « ora » della redenzione di Cristo continua, nella Chiesa, ad essere salvifica, e proprio oggi la Chiesa ricorda la sua istituzione durante l'Ultima Cena. « Non vi lascerò orfani, ritornerò da voi ».[5] « L'ora » del Redentore, « ora » del suo passaggio da questo mondo al Padre, « ora » della quale Egli stesso dice: « Vado, e tornerò a voi ».[6] Proprio attraverso il suo « andare pasquale », Egli continuamente viene e continuamente è presente tra noi, nella forza dello Spirito Paraclito. È presente in modo sacramentale. È presente per mezzo dell'Eucaristia. È presente realmente.

Noi, cari fratelli, abbiamo ricevuto dopo gli Apostoli questo ineffabile dono in modo tale da poter essere i ministri di questo andare di Cristo mediante la Croce e, nello stesso tempo, del suo venire mediante l'Eucaristia. Che cosa è per noi questo Santo Triduo! Che cosa è per noi questo giorno — il giorno dell'Ultima Cena! Siamo ministri del mistero della redenzione del mondo, ministri del Corpo che è stato offerto e del Sangue che è stato versato in remissione dei nostri peccati. Ministri di quel Sacrificio per mezzo del quale Lui, l'Unico, è entrato una volta per sempre nel santuario: « offrendo se stesso senza macchia a Dio, purifica la nostra coscienza dalle opere morte, per servire il Dio vivente ».[7]

Se tutti i giorni della nostra vita sono segnati da questo grande mistero della fede, quello di oggi lo è in modo particolare. Questo è il nostro giorno con Lui.

2. In questo giorno ci ritroviamo insieme, nelle nostre comunità presbiterali, affinché ciascuno possa più profondamente contemplare il mistero di quel Sacramento per mezzo del quale siamo diventati, nella Chiesa, ministri dell'offerta sacerdotale di Cristo. Siamo diventati, nello stesso tempo, servi del sacerdozio regale di tutto il Popolo di Dio, di tutti i battezzati, per annunziare i « magnalia Dei » — le « grandi opere di Dio ».[8]

E bene includere, quest'anno, nel nostro ringraziamento un particolare elemento di riconoscenza per il dono del « Catechismo della Chiesa Cattolica ». Tale testo, infatti, è anche una risposta alla missione che il Signore ha

[3] Cf. *Gv* 2, 4; 13, 1.
[4] *Gal* 4, 4.
[5] *Gv* 14, 18.
[6] *Ibid.* 14, 28.
[7] Cf. *Eb* 9, 14.
[8] *At* 2, 11.

affidato alla sua Chiesa: custodire il deposito della fede e trasmetterlo integro con autorevole e affettuosa sollecitudine, alle generazioni che si susseguono.

Frutto della feconda collaborazione di tutto l'Episcopato della Chiesa Cattolica, esso viene affidato anzitutto a noi Pastori del Popolo di Dio, per rafforzare i nostri profondi legami di comunione nella medesima fede apostolica. Compendio dell'unica perenne fede cattolica, esso costituisce uno strumento qualificato e autorevole per testimoniare e garantire quell'unità nella fede, per la quale Cristo stesso, all'avvicinarsi della sua « ora », ha rivolto al Padre un'intensa preghiera.[9]

Riproponendo i contenuti fondamentali ed essenziali della fede e della morale cattolica, come essi sono creduti, celebrati, vissuti, pregati dalla Chiesa oggi, il Catechismo è un mezzo privilegiato per approfondire la conoscenza dell'inesauribile mistero cristiano, per dare nuovo slancio ad una preghiera intimamente unita a quella di Cristo, per corroborare l'impegno di una coerente testimonianza di vita.

Nello stesso tempo, tale Catechismo viene a noi donato come sicuro punto di riferimento per il compimento della missione, affidataci nel sacramento dell'Ordine, di annunziare in nome di Cristo e della Chiesa la « Buona Novella » a tutti gli uomini. Grazie ad esso, possiamo attuare, in maniera sempre rinnovata, il comandamento perenne di Cristo: « Andate dunque e ammaestrate tutte le nazioni... insegnando loro ad osservare tutto ciò che vi ho comandato ».[10]

In tale sintetico compendio del deposito della fede, possiamo infatti trovare una norma autentica e sicura per l'insegnamento della dottrina cattolica, per lo svolgimento dell'attività catechetica presso il Popolo cristiano, per quella nuova evangelizzazione, di cui il mondo di oggi ha immenso bisogno.

Cari Sacerdoti, la nostra vita e il nostro ministero diventeranno, di per se stessi, eloquente catechesi per l'intera comunità a noi affidata, se saranno radicati nella Verità che è Cristo. La nostra, allora, non sarà una testimonianza isolata, ma corale, offerta da persone unite nella stessa fede e comunicanti allo stesso calice. È a questo « contagio » vitale che dobbiamo mirare insieme, in comunione effettiva ed affettiva, per realizzare la « nuova evangelizzazione » che sempre più urge.

Cf. *Gv* 17, 21-23.
Mt 28, 19-20.

3. Riuniti nel Giovedì Santo in tutte le Comunità presbiterali della Chiesa su tutta la terra, ringraziamo per il dono del sacerdozio di Cristo a cui partecipiamo attraverso il sacramento dell'Ordine. In questo ringraziamento vogliamo includere il tema del « Catechismo », perché ciò che contiene e ciò a cui serve è in modo particolare legato con la nostra vita sacerdotale e con il ministero pastorale nella Chiesa.

Ecco — nel cammino verso il grande Giubileo dell'Anno 2000 —- la Chiesa è riuscita ad elaborare, dopo il Concilio Vaticano II, il compendio della dottrina della fede e della morale, della vita sacramentale e della preghiera. Questa sintesi può recare in vari modi sostegno al nostro ministero sacerdotale. Può anche illuminare la consapevolezza apostolica dei nostri fratelli e sorelle che, conformemente alla loro vocazione cristiana, desiderano insieme con noi dare testimonianza di quella speranza,[11] che ci ravviva insieme in Gesù Cristo.

Il Catechismo presenta la « novità del Concilio », collocandola, al tempo stesso, nell'intera Tradizione; è un Catechismo così pieno di quei tesori che troviamo nella Sacra Scrittura e poi nei Padri e Dottori della Chiesa lungo lo spazio dei millenni da permettere a ciascuno di noi di diventare simile a quell'uomo della parabola evangelica « che estrae dal suo tesoro cose nuove e cose antiche »,[12] le antiche e sempre nuove ricchezze del Deposito divino.

Ravvivando in noi la grazia del sacramento dell'Ordine, consapevoli di ciò che significa per il nostro ministero sacerdotale il « Catechismo della Chiesa Cattolica », confessiamo con l'adorazione e l'amore Colui che è « la via, la verità e la vita ».[13]

« Gesù Cristo è lo stesso ieri, oggi e sempre ».

Dal Vaticano, l'8 aprile — Giovedì Santo — dell'anno 1993, quindicesimo di Pontificato.

IOANNES PAULUS PP. II

[11] Cf. *1 Pt* 3, 15.
[12] *Mt* 13, 52.
[13] *Gv* 14, 6.

HOMILIAE

I

Ob decretos Dei Servis Dinae Bélanger et Ioanni Duns Scoto Beatorum caelitum honores.*

« Vi esortiamo a non accogliere invano la grazia di Dio ».[1]

1. Con queste parole, proclamate poc'anzi, l'apostolo Paolo ricordava ai fedeli di Corinto il grande dono da essi ricevuto con l'annuncio del Vangelo e, nello stesso tempo, li poneva di fronte alla grave loro responsabilità di persone libere, in grado di accogliere o di opporre resistenza ad una simile grazia.

Come nell'esperienza umana l'offerta gratuita di un dono comporta un implicito invito alla riconoscenza, così anche nel rapporto con Dio la libera iniziativa del Padre celeste, buono e generoso, pone l'uomo di fronte ad una scelta: riconoscere il dono ricevuto ed accoglierlo con gratitudine, oppure rifiutarlo chiudendosi nel proprio mortificante egoismo. Proprio questo l'Apostolo intende sottolineare.

2. « In ogni cosa — egli aggiunge — ci presentiamo come ministri di Dio, con molta fermezza ».[2] Carissimi fratelli e sorelle, quanto attuali appaiono queste parole per noi credenti, giunti ormai alle soglie del terzo Millennio dell'era cristiana! La nostra epoca ha urgente bisogno di autentici testimoni del Vangelo; l'umanità attende, anche se spesso in modo inconsapevole, il dispiegarsi di una rinnovata e coraggiosa evangelizzazione. Anche per gli uomini della società contemporanea la grazia di Dio non deve rimanere vana. Occorre che essa porti abbondanti frutti di vita, di pace e di progresso spirituale.

Il periodo quaresimale, nel quale già da alcune settimane ci troviamo, è veramente «il momento favorevole»,[3] nel quale la Chiesa ci invita a fare esperienza del « deserto ». La preghiera e la penitenza caratterizzano questo itinerario di conversione e di rinnovamento, nell'anelito mai totalmente appagato d'incontrare il Signore. Un incontro intimo e personale, libero dalle distrazioni terrene e dai compromessi egoistici. Un incontro che trasformi il

* Die 20 m. Martii a. 1993.

[1] *2 Cor* 6, 1.

[2] *Ibid,* 6, 4.

[3] *Ibid.* 6, 2.

ritmo frenetico della vita quotidiana in armoniosa risposta alla costante chiamata di Cristo attraverso gli eventi e le circostanze di ogni giorno.

L'esortazione dell'Apostolo a non accogliere invano la grazia del Redentore si rinnova dunque questa sera per ogni fedele, affinché si renda capace, con l'aiuto del Redentore, di portare frutti di bene e si prepari degnamente alla celebrazione delle feste pasquali.

3. Ci accompagnano e ci sono di sprone in questo impegno di corrispondenza alla grazia di Dio due nostri fratelli nella fede, che hanno cercato di mettere a frutto i doni di natura e di grazia ricevuti dalla Provvidenza divina. Nel corso di questa suggestiva liturgia ho avuto, infatti, la gioia di proclamare beata Dina Bélanger, Religiosa della Congregazione di Gesù-Maria, e di dichiarare il riconoscimento del culto liturgico di Giovanni Duns Scoto, Francescano.

Lontane fra loro nel tempo, queste due « riuscite » personalità di credenti hanno dato testimonianza di una corrispondenza pronta e generosa alla grazia divina, attuando nella loro vita un intreccio di doti naturali e di doni celesti, che suscita la nostra ammirazione.

Nato in Scozia verso il 1265, Giovanni Duns Scoto fu detto « Beato » quasi all'indomani del suo pio transito, avvenuto a Colonia l'8 novembre 1308. In tale diocesi, come pure in quelle di Edimburgo e di Nola, oltre che nell'ambito dell'Ordine Serafico, gli fu reso nei secoli un culto pubblico, che la Chiesa gli ha solennemente riconosciuto il 6 luglio 1991[4] e che oggi conferma.

Alle Chiese particolari menzionate, che sono presenti questa sera nella Basilica Vaticana con i loro degnissimi Pastori, come pure a tutta la grande Famiglia Francescana, rivolgo il mio saluto, tutti invitando a benedire il nome del Signore la cui gloria risplende nella dottrina e nella santità di vita del Beato Giovanni, cantore del Verbo Incarnato e difensore dell'Immacolato Concepimento di Maria.

4. Nella nostra epoca, pur ricca di immense risorse umane, tecniche e scientifiche, ma nella quale molti hanno smarrito il senso della fede e conducono una vita lontana da Cristo e dal suo Vangelo,[5] il Beato Duns Scoto si presenta non solo con l'acutezza del suo ingegno e la straordinaria capacità di penetrazione nel mistero di Dio, ma anche con la forza persuasiva della sua santità di vita che lo rende, per la Chiesa e per l'intera umanità, Maestro di pensiero e di vita. La sua dottrina, dalla quale, come affermava

[4] Cf. *AAS* 84 (1992) 396-399.

[5] Cf. *Redemptoris missio,* 33

il mio venerato Predecessore Paolo VI, « si potranno ricavare Incide armi per combattere e allontanare la nube nera dell'ateismo che offusca l'età nostra »,[6] edifica vigorosamente la Chiesa, sostenendola nella sua urgente missione di nuova evangelizzazione dei popoli della terra.

In particolare, per i Teologi, i Sacerdoti, i Pastori d'anime, i Religiosi, ed in modo speciale per i Francescani, il Beato Duns Scoto costituisce un esempio di fedeltà alla verità rivelata, di feconda azione sacerdotale, di serio dialogo nella ricerca dell'unità, egli che, come affermava Giovanni de Gerson, fu sempre mosso nella sua esistenza « non dalla contenziosa singolarità del vincere, ma dall'umiltà di trovare un accordo ».[7]

Possano il suo spirito e la sua memoria illuminare della luce stessa di Cristo il travaglio e le speranze della nostra società.

5. Cette lumière jaillit également du visage de celle que l'Eglise vénérera désormais comme bienheureuse, Dina Bélanger, de la Congrégation de Jésus-Marie. À l'heure de la prière du soir, il nous est bon de tourner nos regards vers cette âme ardente, parvenue à un si haut degré d'intimité avec Dieu qu'elle notait, dès la période de son noviciat: « Ma faim de la communion croissait toujours. Une journée sans pain, n'est-ce pas une journée sans soleil, des heures dont le soir tarde à venir? ». Elle voulait en effet voir Jésus seul vivre en elle, afin que son être tout entier soit anéanti dans le sien.

Dina Bélanger s'approche de l'idéal admirable que nous fait méditer saint Paul, lorsqu'il s'écrie: « Ce n'est plus moi qui vis, c'est le Christ qui vit en moi ».[8] Dans une congrégation dont le but est de « faire connaître Jésus et Marie par l'éducation chrétienne », Soeur Marie de Sainte-Cécile de Rome conduit sa vie et son action de manière à laisser le Christ agir en elle et à n'être plus qu'un instrument totalement remis entre ses mains.

Ses souffrances lui permirent de connaître l'identification qu'elle recherchait. En passant par la croix de la maladie et de la mort, elle consommait son offrande à Celui qui fut et qui demeure aujourd'hui le seul but de sa vie, la Lumière qui éclaire tout homme venu en ce monde, la clarté au cœur des ténèbres et de la nuit, la voix qui parle dans notre âme.

6. L'intimité de la présence du Christ en Dina Bélanger, la vie de la Trinité sainte en elle, apparaissent tout particulièrement dans son esprit

[6] Epist. Apost. *Alma Parens; AAS* 58 (1966) 612.

[7] Lectiones duae « Poenitemini », lect. ait., consid. 5: cit. in Epist. Apost. *Alma Parens: AAS* 58 (1966) 614.

[8] *Ga* 2, 20.

d'offrande au Cœur du Fils de Dieu. Jésus est, écrit-elle, la « vie de ma vie», car elle s'efforce toujours de laisser son cœur battre au rythme du sien. Elle se sait accompagnée à chaque instant, dans l'éternel présent qui fait dire à saint Paul: « Le voici maintenant le moment favorable, le voici maintenant le jour du salut ».[9] Tout entière tendue dans le désir de correspondre à la volonté divine, elle ne vit plus que dans la liberté accordée par Dieu à ses enfants, dans l'esprit de sa devise: « Jésus et Marie, la règle de mon amour, et mon amour la règle de ma vie ». De cette fidélité aux intentions du Cœur eucharistique de Jésus et du Cœur immaculé de sa Mère, jaillissent les traits les plus simples et les plus beaux de charité à l'égard de ses Sœurs. Comme si elle avait reçu la grâce de sainte Thérèse de l'Enfant-Jésus, sortie de ce monde l'année même de sa propre naissance, Dina Bélanger veut « consumer le monde entier dans l'amour »; elle devient apôtre et missionnaire selon le cœur de Dieu.

Son message nous est livré ce soir, frères et sœurs, avec une pureté, une limpidité merveilleuses. L'accueil de Jésus dans notre vie, l'union de son cœur au nôtre, l'amour de la Vierge très sainte, l'esprit fraternel dans les communautés, telles sont les grâces que nous pouvons demander au Seigneur par l'intercession de Dina Bélanger, elle qui nous laisse comme ultime devise: « Aimer et laisser faire Jésus et Marie ».

7. « Vi esortiamo a non accogliere invano la grazia di Dio ». Carissimi fratelli e sorelle, ritorniamo, quasi guidati per mani dai due nuovi Beati, all'invito che la liturgia odierna ci ripete con pressante insistenza. Siamo tutti chiamati alla santità; dobbiamo tutti costruire nella nostra vita quel dialogo di amore e di unione con Dio, che porta alla vera felicità ed al pieno compimento delle più intime aspirazioni del cuore umano.

Gli itinerari per seguire la chiamata evangelica possono essere diversi, secondo l'inesauribile ricchezza della grazia soprannaturale. Unica, però, è la meta: riprodurre nella propria esistenza l'immagine stessa del Figlio di Dio.

L'autentica spiritualità si fonda su questa elementare e decisiva condizione: tradurre in concreto l'annuncio evangelico, rispondendo senza tentennamenti all'azione salvifica del Signore.

8. « Ecco ora il momento favorevole, ecco ora il giorno della salvezza! ».

Adesso è il tempo della nostra conversione. Dina Bélanger, giovane seguace di quella Claudine Thévenet che domani avrò la gioia di proclamare

[9] *2 Co* 6, 2.

Santa, ci stimola con il suo esempio ad amare i disegni di Dio nella semplicità del vivere quotidiano. Giovanni Duns Scoto ci ricorda che l'amore attivo verso i fratelli nasce dalla ricerca della verità e dalla sua contemplazione nel silenzio della preghiera e nella testimonianza senza ombre di una piena adesione alla volontà del Signore.

Carissimi fratelli e sorelle, come nelle loro esistenze non fu vana la grazia di Dio, così avvenga anche per noi. Lo chiediamo con fiducia al Signore per la loro stessa intercessione.

Beata Dina Bélanger, beato Giovanni Duns Scoto, pregate per noi!

II

Ob decretos servabus Dei Claudinae Thévenet Theresiaeque « de los Andes » Beatorum caelitum honores.*

1. « Io sono la luce del mondo ».[1]

L'odierna domenica, la IV di Quaresima, potrebbe essere chiamata a giusto titolo il giorno della Luce. Nel cammino, infatti, che preparava i catecumeni al battesimo, nei primi secoli del Cristianesimo, essi pregustavano, nella liturgia di questo giorno permeata di molteplici richiami al tema biblico della luce, il momento in cui gli occhi della loro anima si sarebbero aperti mediante il lavacro battesimale alla luce della fede, entrando così a far parte della comunità della Chiesa.

Il sacramento del Battesimo segna il passaggio dalla morte alla vita, grazie alla partecipazione al mistero di Cristo crocifisso e risorto. Cristo è la vita; e la vita « è la luce del mondo ». Il Verbo che è venuto nel mondo, il Figlio consustanziale al Padre, è lui stesso « Luce da Luce ». Coloro che l'accolgono, accolgono la luce. Si aprono i loro occhi; si apre la vista interiore dell'anima per vedére « le grandi opere di Dio » (magnalia Dei).[2]

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales atque Praesules Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi, de spirituali bono Christifidelium in Indonesia degentium solliciti, re mature perpensa auditisque pariter eorum, quorum interest, faventibus votis, censuerunt nuper ibidem novam condendam esse dioecesim. Nos igitur, Qui gravissimo fungimur munere Pastoris et Patris universae catholicae Ecclesiae, talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate haec decernimus. A-Bangiarmasina dioecesi separamus totam partem territorii civilis patrio sermone « Kalimantan Tengah » nuncupati; ex eaque novam constituimus dioecesim ab urbe principe eiusdem regionis Palangkaraiensem appellandam, quam metropolitanae Sedi Pontianakensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus, cuius limites iidem erunt ac territorii civilis supra memorati. Praeterea iubemus Episco-

pi cathedram poni in templo exstante in urbe « Palangkaraya » atque pro canonicis consultores dioecesanos eligi et adhiberi ad normam iuris; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum Venerabilis Frater Petrus Sambi, Archiepiscopus titulo Bellicastrensis atque in Indonesia Apostolicus Pronuntius vel ab eo delegatus sacerdos, factis nempe necessariis facultatibus. Re autem acta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur. Hanc denique Apostolicam Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 330.741

II

GUMLAËNSIS

In India nova conditur dioecesis Gumlaënsis nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo aptius evangelizationis operi in India consuleretur, Congregatio pro Gentium Evangelizatione, re mature perpensa auditisque pariter eorum quorum interest faventibus votis, censuit nuper ibidem novam condendam esse dioecesim. Nos igitur, de universo Dominico grege solliciti, talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate sequentia decernimus. Ab archidioecesi Ranchiensi distrahimus partem septemtriona-

lem territorii districtus civilis « Gumla » nuncupati ex eaque novam constituimus dioecesim ab urbe principe eiusdem regionis Gumlaënsem appellandam, quam suffraganeam metropolitanae Sedi Ranchiensi facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus, cuius quidem limites iidem erunt ac partis septemtrionalis territorii districtus civilis supra memorati, firmis manentibus ceteris limitibus. Praeterea iubemus Episcopi cathedram poni in principe huiusce novae dioecesis templo, Sancto Patricio dicato, quod in urbe Gumlaënsi exstat atque pro canonicis consultores dioecesanos eligi et adhiberi ad normam iuris; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum Venerabilis Frater Georgius Zur, Archiepiscopus titulo Sestensis atque in India Apostolicus Pronuntius, vel ab eo delegatus sacerdos, factis nempe necessariis facultatibus. Re autem acta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Congregationem, quam diximus, cito mittantur. Hanc denique Apostolicam Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodetricesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Antonius Macculi, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 328.908

III

SIMDEGAËNSIS

In India nova conditur dioecesis Simdegaënsis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pro Nostro supremi Ecclesiae Pastoris munere de omnium Christifidelium spirituali bono atque regimine solliciti, accipiendam esse putamus

sententiam Congregationis pro Gentium Evangelizatione, de nova videlicet in Indiae finibus constituenda dioecesi, antea auditis eorum quorum interest faventibus votis. Summa igitur Apostolica potestate usi ab archidioecesi Ranchiensi separamus meridianam partem territorii districtus civilis « Gumla », quod « sub-divisio Simdega » nuncupatur, ex eaque novam condimus dioecesim ab urbe principe eiusdem regionis Simdegaënsem appellandam, quam suffraganeam metropolitanae Sedi Ranchiensi facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus, cuius quidem limites iidem erunt ac meridianae partis territorii supra memorati, firmis manentibus ceteris limitibus. Praeterea iubemus Episcopi cathedram poni in principe huiusce novae dioecesis templo, Sanctae Annae dicato, quod in urbe Simdegaënsi exstat atque pro canonicis consultores dioecesanos eligi et adhiberi ad normam iuris; cetera autem secundum canonicas leges volumus temperari. Quae praescripsimus perficienda curabit Venerabilis Frater Georgius Zur, Archiepiscopus titulo Sestensis atque in India Apostolicus Pronuntius, vel ab eo delegatus sacerdos, factis nempe necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Congregationem, quam diximus, cito mittantur. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum efficacem esse foreque volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodetricesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Antonius Macculi, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 328.910

IV

PILZNENSIS

Nova dioecesis in Bohemia Pilznensis erigitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pro supremi Ecclesiae Pastoris munere de omnium christifidelium spiritali bono atque regimine solliciti, accipiendam esse sententiam putamus Venerabilium Fratrum Miloslavi Vlk, Archiepiscopi Pragensis, Antonii Liska, Episcopi Budovicensis, et Iosephi Koukl, Episcopi Litomericensis, qui, audita Conferentia Episcoporum Reipublicae Cechae, ab Apostolica Sede enixe expostulaverunt ut, circumscriptionum ecclesiasticarum sibi concreditarum dismembratis territoriis, nova exinde erigeretur dioecesis. Summa igitur Apostolica Nostra potestate, perpensa sententia Venerabilis Fratris Ioannis Coppa, Archiepiscopi titulo Sertensis et in Republica Cecha Apostolici Nuntii, distrahimus: ab archidioecesi Pragensi decanatus: Plzeñ, Plzeñ — sever, Rokycany, Rakovnik, Tachov, Cheb, Sokolov, Karlovy Vary; a dioecesi Budovicensi decanatus: Domazlice, Nepomuk, Klatovy; a dioecesi Litomericensi decanatus: Zatec et Chomutov, ex iisque novam condimus dioecesim Pilznensem appellandam, quam metropolitanae Sedi Pragensi subicimus atque iurisdictioni Congregationis pro Episcopis.

Huius novae dioecesis sedem in urbe Plzeñ statuimus, templumque paroeciale ibi exstans, Deo in honorem Sancti Bartholomaei dicatum, ad gradum et dignitatem Ecclesiae cathedralis evehimus, eique insignia, privilegia et honores tribuimus quibus ceterae in orbe catholico cathedrales Ecclesiae fruuntur. Iubemus deinde, ut Pastor constitutae communitatis ecclesialis in suo regimine validum recipiat adiutorium, et Collegium Consultorum, ad normam iuris communis, quam primum, instituatur. Iubemus deinde, ad normam can. 122 C.I.C., ut mensa episcopalis huiusce dioecesis constet Curiae emolumentis, fidelium oblationibus, necnon parte ei obveniente ex divisione bonorum, quae hucusque ad Mensas episcopales (quae vulgato nomine appellantur « Mitras ») Pragensem, Budovicensem et Litomericensem pertinuerunt.

Circa Seminarii dioecesani erectionem necnon sacrorum candidatorum institutionem serventur praescripta iuris communis, prae oculis habitis normis et regulis a Congregatione pro Institutione Catholica statutis.

Quod vero attinet ad novae dioecesis regimen, administrationem bonorum, Administratoris dioecesani, sede vacante, electionem, fidelium iura, et onera, aliaque id genus, quae sacri canones praescribunt adamussim serventur.

Simul ac Pilznensis dioecesis institutio ad effectum deducta fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum officium detinent; ceteri vero sacerdotes seminariique tirones Ecclesiae illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium. Acta et documenta quae conditam dioecesim, eius clericos, fideles et forte bona temporalia respiciunt, a Curiis Pragensi, Budovicensi et Litomericensi ad Curiam Pilznensem rite transmittantur. Haec, quae praescripsimus, committimus perficienda memorato Venerabili Fratri Ioanni Coppa, necessarias et opportunas ei tribuentes facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Has denique Litteras Nostras firmas esse nunc et in posterum volumus, quibusvis rebus haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo primo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

& BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*
Archangelus Moscone, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 328.664

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servae Dei Elisabeth Vendramini Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Caritas Christi urget nos » *(2 Cor* 5, 14). Hoc dictum paulinum fideliter per totam vitam et in sua navitate

secuta est Venerabilis Serva Dei Elisabeth Vendramini, Sororum Tertiariarum Franciscanarum Elisabethinarum de Patavio Conditrix: quod dictum, plerumque verbis expressum « In Caritate Christi », sanctitatis fervorem adhuc et apostolicum ardorem inspirat Instituti ab ea conditi.

Bassani ea orta est, in dioecesi Vicentina, die 9 mensis Aprilis 1790 e Francisco Vendramini et Antonia Angela Duodo, quorum alter ad cives medii ordinis pertinebat, altera ad nobiles Vénetos. Viginti septem annos nata, optimo iuveni Ferrariensi nuptura, improviso et tamen secure caelitus animadvertit debere se Domino totam et solum devovere et pauperem fieri cum pauperibus, ut horum animi et corporis morbos levaret.

Tribus actis annis meditationis et deprecationis Bassani, ubi nata erat, domum paternam reliquit die 7 mensis Augusti anno 1820 ut se curae traderet iuvenum destitutarum, in orphanotrophio eiusdem urbis. Anno 1828 Patavium migravit, in vicum ex pauperrimis civitatis. Ibi clarius se ostendit eius propositum Familiam religiosam instituendi, pauperum servitio deditam. Ei se iunxerunt primae discipulae, eius exemplo illectae et apostolatu. Vestem religiosam primae Sorores induerunt die 4 mensis Octobris anno 1830 quae ex Sancta Elisabetha Húngara, Tertii Ordinis Franciscani Patrona, nomen traxerunt Elisabethinas. Venerabilis Serva Dei eiusque sociae suam coluerunt consecrationem et pauperum servitium eandem ipsae paupertatem exercentes egregie et iucunde.

Mater Elisabeth filias et Sorores incitabat ad sanctitatem et caritatem verbis et scriptis, sapientia illa spiritali, quam ipsa cotidie hauriebat de vitae trinitariae Dei mysterio per precationis et contemplationis spiritum singularem. Eodem tempore omnes confirmabat exemplo plenae suae sedulitatis erga fratres. Quo exemplo inductae Sorores sua caritatis ministeria explicaverunt in valetudinariis, in gerontocomiis, in ludis parvorum puerorum, qui Patavii ipsis Serva Dei eiusque Instituto molientibus aperti sunt. Eorum servitium quadam signatum est nota heroum propria, sic ut in casibus nonnullarum pestilentiarum, quae in regione saevierunt, cum aliquot sorores cholera morbo mortuae sunt. Matris Elisabeth iter ad perfectionem cotidie in dolore corporis processit. Multis affecta morbis facta est, in mysterio Christi Corporis Mystici, veluti cor palpitans et columen spiritale recentis sui Instituti. In amore erga Christum cruci affixum, erga Eucharistiam et Mariam Virginem Perdolentem auxilium invenit et solacium, quibus suam Deo et animis oblationem perficeret.

Corpore consumpta, sed viva spiritu, pie in Domino sopita est Patavii die 2 mensis Aprilis anno 1860, a civitate desiderata et praesertim a pauperibus.

Quamvis fama sanctitatis in vita et post mortem fruita esset, eius Canonizationis Causa tardius inchoata est. Celebratis Processu Ordinario Informativo (annis 1937-1947) et Processu Additicio, annis 1963-1964, apud episcopalem curiam Patavinam, collecta et inspecta sunt argumenta de Venerabili Serva Dei. Rebus peractis exitu cum faventi quae normis praescribuntur, de virtutibus disceptatum est. Coram Nobis, die 18 mensis Februarii anno 1989, Decretum promulgatum est, quo agnovimus Matrem Elisabeth Vendramini heroum more exercuisse virtutes théologales, cardinales et adnexas.

Interea apud eandem episcopalem curiam Patavinam actus erat Processus canonicus, anno 1956, de asserta mira sanatione, precibus Venerabilis Servae Dei tributa. Hac a Medicis et Theologis inquisita, coram Nobis editum est Decretum super miro die 10 mensis Iulii anno 1990.

Dein statuimus ut Beatificationis ritus die 4 mensis Novembris eodem anno celebraretur.

Hodie igitur, in Vaticana Basilica Sancti Petri Apostoli, inter Missarum sollemnia hanc sumus formulam elocuti: « Nos, vota fratrum nostrorum Antonii Mattiazzo, Episcopi Patavini; Andreae Quélen, Episcopi Molinensis; Angeli Rizzo, Episcopi Ragusiensis; Iacobi Fihey, Episcopi Constantiensis-Abrincensis; necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servae Dei Elisabeth Vendramini, Ludovica Teresia de Montaignac de Chauvance, Maria Schininà et Martha Le Bouteiller Beatorum nomine in posterum appellentur, earumque festum die ipsarum natali: Elisabeth Vendramini die secunda Aprilis, Ludovicae Teresiae de Montaignac de Chauvance die vicesima septima Iunii, Mariae Schininà die undecima Iunii et Marthae Le Bouteiller die decima octava Martii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae autem per has Litteras decrevimus rata esse et firma volumus et nunc et in posterum, rebus quibuslibet contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Novembris, anno MCMLXXXX, Pontificatus Nostri tertio decimo.

& AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 276.251

II

Venerabili Servae Dei Narcissae a Iesu Martillo Moran Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Qui se humiliât, exaltabitur » *(Lc* 18, 14). Hae Evangelii Christi voces ad effectum adductae sunt etiam in Venerabili Dei Serva Narcissa a Iesu Martillo Moran quae Christum summa est alacritate et perseverantia et delectatione spiritali sectata per occultationis paupertatis atque humilitatis sui despicientiaeque semitam, adsiduas ipsi atque ásperas velut pro hominum salute holocaustum offerens poenas. Tam clara tamen effulsit virtutum illius species ut hominum conspectui latere nequiverit vivensque ideo ipsa ac magis multo post obitum disseminatami late et confirmatam habuerit sanctitatis famam.

Orta est in parvo oppido archidioecesis Guayaquilensis in Aequatoria exeunte anno millesimo octingentesimo tricesimo secundo pientissimis parentibus Petro Martillo et Iosepha Moran. Quibus dein ambobus orbata, victum ut quaereret totiusque levaret onera domus, Guayaquilium sese contulit ubi plures est annos commorata, insignibus quibusdam spiritalibus magistris, inter quos et episcopis et presbyteris eius pietatis vitam quae interea magno animo suique ipsius deditione in opera incubuit sartricis in precesque ac paenitentias. Sub Christi cruce, cum Divini Magistri dolores ad exemplar Sanctae Mariannae a Iesu de Paredes imitari cuperet, suam intellexit vocationem ad victimae statum omnibusque ergo viribus suis spiritalem secuta est vitam reparatricem et expiatricem, unde Cor Iesu consolaretur eiusque regni auxiliaretur propagationi. Cum amica coniunctissima esset Beatae Mercedi a Iesu Molina, apud illam domicilium collocavit. Humilis et simplex, lepida et überaus pauperibus dividebat operum suorum lucra. Praeter corporis castigationes pondus magnum et tempus meditationi tribuebat precationique. Excolebat cotidie pietatem in Eucharistiae sacramentum et sacratissimum Cor Iesu eiusque Matrem Mariam. Liberum semper suum animum servavit a saeculi vanitate a terrestribusque bonis alienum, et, cum illud tota spectaret ut cum Domino summopere dilecto coniungeretur, cui idcirco se multis adligavit votis, inter quae virginitatis perpetuae, paupertatis atque oboedientiae. Admonita a suo confessario mense Iunio anno millesimo octingentesimo sexagesimo octavo in urbem Limam migravit ubi hospitio suscepta est in coenobio Dominae Nostrae a

Patrocinio. Quamquam hospes dumtaxat domi erat, fideliter tamen monasterii regulam sequi voluit ipsiusque communitatis vitae esse particeps, ut omni oblata uti posset opportunitate in christianae perfectionis via ulterius progrediendo Inibi inopinate die octavo mensis Decembris anno millesimo octingentesimo undeseptuagesimo abiit a vita.

Licet eius sanctitatis fama sine intermissione perstaret, canonizationis tamen causa anno dumtaxat millesimo nongentesimo sexagesimo primo est demum incohata, processu ordinario informativo apud curiam Guayaquilensem rite instructo. Singulis deinde ex lege necessariis peractis, die vicesimo tertio mensis Octobris anno millesimo nongentesimo octogesimo septimo coram Nobis divulgatum est decretum quo Narcissam a Iesu Martillo Moran sponte Nostra pronuntiavimus théologales, cardinales eisque adnexas exercuisse heroum in modum virtutes. Interea vero eandem apud memoratam curiam Guayaquilensem processus iam erat canonicus actus de quadam coniecta mira sanatione anno millesimo nongentesimo sexagesimo quinto effecta atque eidem Venerabili Servae Dei adsignata. Qua ex more inspecta die septimo mensis Martii anno millesimo nongentesimo nonagésimo altero promulgatum est decretum super miro. Quapropter constituimus ut Romae eodem ipso anno, die vicesimo quinto mensis Octobris, ritus beatificationis celebraretur.

Hodie igitur, in foro ante Vaticanam Basilicam sito, inter sacra hanc pronuntiavimus formulam:

«Nos, vota Venerabilium Fratrum Richard! Mariae Caries **Gordo,** Archiepiscopi Barcinonensis, Ambrosii Echebarria Arroita, Episcopi Barbastrensis, Ioannis Ignatii Larrea Holguín, Archiepiscopi Guayaquilensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque Christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Braulius Maria Corres, Fridericus Rubio et sexaginta novem Socii, Philippus a Iesu Munárriz et quinquaginta Socii et Narcissa a Iesu Martillo **Moran** Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali: Braulii Mariae Corres, Foderici Rubio et sexaginta novem Sociorum die trigesimo mensis Iulii; Philippi a Iesu Munárriz et quinquaginta Sociorum die decimo tertio mensis Augusti; Narcissae a Iesu Martillo Moran die octavo mensis Decembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae vero his decrevimus Litteris et nunc firma rataque esse volumus et in futurum, rebus quibuslibet contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Octobris, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco «SigilU
In Secret. Status tab., n. 326.583

III

Venerabili Dei Servae Mariae S. Ceciliae Romanae Beatorum honorem decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Ecce sto ad hostium et pulso: si quis audierit vocem meam et aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum et cenabo cum illo, et ipse mecum » *(Ap* 3, 20).

Qui verbum Domini audit et in eius dilectione manet, eius familiaritate fruetur et accumbet in regno eius (cf. *Lc* 13, 29). Hoc est praeconium, simplex quidem et mirum, quod Ecclesiae terrarumque orbi reliquit Soror Maria S. Ceciliae Romanae (quae saeculari nomine vocabatur Dina Bélanger), quae a pueritia Evangelio obtempera vit Christoque cor suum aperuit, qui eandem supernis donis locupletavit et suae dilectionis ad mensam accumbere est passus. Tam alta vivaque fuit coniunctio cum Iesu, ut cum S. Paulo dicere posset: « Vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus » *(Gal* 2, 20).

Haec divini Magistri vera discipula, Octavio Bélanger et Seraphina Matte orta est, catholicis ferventibus, Quebecensi in urbe in Canadia, die xxx mensis Aprilis anno MDCCCXCVII eodemque die gratiae donum per baptismum accepit. Decem annos nata, primum ad eucharisticum convivium pientissime accessit. Eucharistia principem locum in eius affectibus obtinuit vimque pariter praebuit eandemque in perfectionis christianae itinere **Gomitata** est, quod iam tum decurrere libenter studioseque incohavit. Humanam quoque et culturalem institutionem curiose coluit et plectrocymbali prospere incubuit in artem, magistrae diploma assequens. Crebrescenti Dei amore concitata et animarum, Corporis Mystici Christi vitam participavit. Die tandem xi mensis Augusti anno MDCCCCXXI, antiquum vehemensque optatum explere potuit, in urbe Sillery ingressa Congregationem

Religiosarum Iesu et Mariae, quam iuventutis instituendae causa Beata Claudina Thévenet condiderat. Propensa voluntate Spiritus Sancti motui obsecundabat suique oblita nihil aliud concupivit quam Sponsi suae animae voluntatem pure libenterque persequi et Immaculatam Deiparam laudare. Regulam et vota religiosa egregie observavit atque sollicitudinem amoremque in sorores discipulasque quas musicam docebat vertit. Si quidem certis temporibus dumtaxat eius navitas externa circumscribebatur ob haud firmam valetudinem, operositas autem interior vehemens fuit et dives, mira luce circumfusa et fructuum über. A mundi vanitate soluta et a mundanis bonis seiuncta, omni ope Dei necessitudinem conquisivit, quem dilexit cuique humiliter et penitus dediticia inservivit. Unum esse cum Christo valde cupiens, privilegio quodam aerumnas passionis spiritalisque coniunctionis cum Domino spiritales delicias degusta vit, qui anima paene fuit eius animae eiusque amoris fons et regula. Eadem sensit quae fuerunt in Christo Iesu (cf. *Ph* 2, 5), idcirco deprecatione et abnegatione animarum sanctificationem fovit et Dei regni incrementum. Gravis ipse morbus, qui eam haud paucos annos corripuit, veluti eius amoris alimonia locuples fuit eiusque apostolici studii. Lampade accensa munita, vitam aeternam est ingressa die iv mensis Septembris anno MCMXXIX, fama sanctitatis circumfusa. Canonizationis Causa apud Curiam Quebecensem incohata est anno MCML. His completis quae ius praescribit, Nobis coram, die xni mensis Maii anno MCMLXXXIX decretum prodiit, quo agnovimus Dei Servam heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse. Apud Curiam interea Bathurstensem in Canadia canonica inquisitio peracta est de sanatione quadam miraculosa, anno MCMXXXIX patrata et Dei Servae intercessioni adscripta. Cum autem felicem exitum habuissent suetae inquisitiones, die x mensis Maii anno MCMXC decretum super miro prodiit. Statuimus igitur beatificationis ritum die xx mensis Martii anno MCMXCIII celebratum iri.

Hanc igitur hoc die inter sacra diximus formulam: « Nos, vota Fratris Mauritii Couture, Archiepiscopi Quebecensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Serva Dei Dina Bélanger Beatae nomine in posterum appelletur eiusque festum die ipsius natali, id est quarta Septembris, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus minime obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Martii, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ® Sigilli
In Secret. Status tab., n. 326.610

ALLOCUTIONES

I

Ad eos qui conventui Romae habito « de periodica coniugum continentia » interfuerunt.*

Your Eminence,
Excellencies,
Brothers and Sisters in Christ,

1. I am happy to welcome you, experts from différent parts of the world, gathered under the auspices of the Pontifical Council for the Family to study the latest developments in the question of the naturai methods of regulating birth. Together, you represent a very substantial expertise in the fields of research, of teaching and promoting fertility based upon responsible procréation and periodic continence.

The thème of your meeting, "The Natural Regulation of Fertility: The Authentic Alternative", indicates not just that you propose an alternative to contraception, abortion and sterilization, but also that you promote a true "humanization" of God's wonderful gift of procréation. Your proposai is anchored in an eminently holistic anthropology, the philosophical and theological foundations of which you are closely examining. Your discussions aim to harmonize the rigour of scientific discourse with the ethical demands of conjugal love. The authentic alternative of which your Conference speaks is profoundly rooted in the truth about the human person, and for this reason it is the object of the Church's keen interest and attention.

*** Die Um. Decembris a. 1992.**

2. In the exercise of their mission to transmit life, married couples are deeply affected by social and economie circumstances. Sometimes, even when they are elearly open to life, couples find themselves obliged to distance births, not for any selfish reason but out of an objective sense of responsibility. Conditions of poverty, or serious health problems, can cause a couple to be unprepared for the gift of new life. The fact that in certain cases women find it necessary to work outside the home brings a change in the perception of a woman's role in society and in the time and attention dedicated to family-life. In particular, certain family policies on the part of legislatore do not facilitate the procreative and educational duties of parents. The Church therefore recognizes that there can be objective reasons for limiting or spacing births, but she insists, in accordance with *Humanae vitae,* that couples must have "serious motives" in order for it to be licit to renounce the use of marriage during the fertile days while making use of it during the infertile periods to express their love and safeguard their mutual fidelity.[1]

3. The Church, which has a duty to teach God's plan for the transmission of life, does not fail to stand by couples at a time when they must decide about what means are to be used to fulfil their obligations and responsibilities. The Church's pastoral care seeks to support couples and to help them by offering correct solutions, so that they can act in ways that conform to the dignity of matrimony and married love.

It is important to publicize the fact that the methods which the Church finds moral and acceptable are today receiving the support of ever new scientific confirmations. Recent years have been rieh in scientific research, with significant results for a more precise knowledge of the rhythms of female fertility. Your Conference proposes to show in a concrete and factual way that, as the Church teaches, "a true contradiction cannot exist between the divine laws pertaining to the transmission of life and those pertaining to the fostering of authentic conjugal love".[2] I am pleased to know that as a result of these days of study you intend to make updated information available to Episcopal Conferences, universities and other interested institutions.

In this regard I wish to encourage the Church's pastors and other Catholics—doctors, marriage counsellors, teachers and married couples themselves—to promote "a broader, more decisive and more systematio

[1] Cf. No. 16.

[2] *Ibid.,* 24.

effort to make the natural methods of regulating fertility known, respected and applied".[3] This is an area in which it is also possible to develop widespread interconfessional collaboration with all those who have at heart respect for life and human nature. Such collaboration can extend also to those who, although they do not share the faith and moral vision of Christians, nevertheless support the human values involved in the Church's proposai.

4. As indicated, your Conference's interest goes beyond the scientific aspects of the natural methods of regulating fertility, to the way of living which is their necessary complément. Expérience shows that there is a close connection between the practice of the natural régulation of fertility and a lifestyle based on spouses' respect for each other and for the ethical demands of human sexuality. As I wrote in *Familiaris consortio:* "Theological reflection is able to perceive and is called to study further the différence, both anthropological and moral, between contraception and recourse to the rhythm of the cycle: it is a différence which is much wider and deeper than is usually thought, one which involves in the final analysis two irreconcilable concepts of the human person and of human sexuality".[4] Artificial contraception often expresses a utilitarian approach to human sexuality which easily leads to dissociating its physical aspects from the full context of married love as commitment, mutuai fìdelity, responsibility and openness to the mystery of life. On the other hand the way of living which follows from the exercise of periodic continence leads the couple to deepen their knowledge of each other and achieve a harmony of body, mind and spirit which strengthens and encourages them on their journey together through life. It is marked by a constant dialogue and enriched by the tenderness and affection which constitute the heart of human sexuality. "In this way", as *Familiaris consortio* points out, "sexuality is respected and promoted in its truly and fully human dimension, and is never 'used' as an 'object' that, by breaking the personal unity of soul and body, strikes at God's création itself at the le vel of the deepest interaction of nature and person".[5]

Because of the generous contribution of scientists, educators and married couples, one can speak of a turning-point in the defence and promotion of the dignity of conjugal life. There is a growing awareness of the

[3] ***Familiaris consortio,* 35.**

[4] **No. 12**

[5] ***Ibid.***

true nature of married love, which is capable of bringing about an authentic libération from so many abuses of power against women and the family both in industrialized countries and, to an even greater degree, in the developing ones. The results of scientific studies, the expérience gained in teaching programmes in diocèses in différent parts of the world, in associations and movements, and especially the testimony of couples themselves, show the validity, the advantages and the ethical value of methods based upon periodic continence. These methods, with their corresponding way of living, free couples from the cultural, economie and politicai conditioning imposed by programmes of family planning.

They liberate the person, above ali women, from recourse to pharmaceutical or other forms of interférence in the naturai processes connected with the transmission of life. They have pro ved to be practicable not only for elite groups but for couples everywhere, including the poorest and least economically developed peoples.

5. I wish to assure you of the importance of your specific contribution to the welfare of marriage and the family, and to encourage you in your work. Your Conference offers a concrete response to a call I made in the Apostolic Exhortation *Familiaris consortio:* "With regard to the question of lawful birth régulation, the ecclesial community at the présent time must take on the task of instilling conviction and offering practical help to those who wish to live out their parenthood in a truly responsible way".[6] I thank you for having accepted the invitation of the Pontificai Council for the Family to take part in this meeting. Upon your scientific and educational work, intensified by your commitment, I invoke the Lord's blessings. May he always be close to you and your families.

II

Ad quosdam Germaniae episcopos limina Apostolorum visitantes.*

Lieber Herr Kardinal,
liebe Brüder im Bischofsamt!

1. Zu Eurem Besuch im Hause des Bischofs von Rom heiße ich Euch, die Ihr für die Pastoral in den Diözesen im Norden und Westen Deutsch-

[6] No. 15.

* Die 14 m Decembris a. 1992.

lands Verantwortung tragt, herzlich willkommen. Einige von Euch darf ich zu ihrem ersten »Ad-limina-Besuch« besonders begrüßen: unseren lieben Kardinal Meisner als Erzbischof von Köln in der Nachfolge des unvergessenen Kardinals Josef Höffner und unseren Mitbruder Hubert Luthe, der als zweiter Bischof von Essen die Leitung des Ruhrbistums als Nachfolger von Kardinal Franz Hengsbach übernommen hat. Herrn Kardinal Meisner danke ich für seine Worte, mit denen er einen Einblick in die Lage Eurer Region und in die Sorgen, die Euch belasten, vermittelt hat. Das vornehmste Ziel Eures Besuches, der Euch zu den Gräbern der Apostelfürsten Petrus und Paulus führt, ist, die Gnade Eures Bischofsamtes neu zu beleben. Es ist für mich als Nachfolger des heiligen Petrus eine edle Aufgabe, Euch in Eurem apostolischen Amt zu bestärken.

Eure Region verfügt über ein wertvolles und reiches christliches Erbe. Dies durfte ich während meiner beiden Pastoralbesuche in Deutschland selbst erfahren. Ihr habt bei unseren Gesprächen mit großer Offenheit die Gesamtheit der Schwierigkeiten im pastoralen Bereich benannt. Sie sind symptomatisch für die fortschreitende Säkularisierung, die Euer christliches Erbe immer mehr in den Hintergrund zu drängen droht. Wenn auch die Gläubigen sich dadurch nicht selten -entmutigen lassen, hat sich dennoch vielerorts ein lebendiges Gemeindeleben bewahrt. Es gibt Zeichen der Hoffnung; Eure pastoralen Anstrengungen sind nicht vergebens. Laßt Euch auch in Zukunft nicht entmutigen, sondern setzt Eure Arbeit zusammen mit Euren Priestern, Diakonen, Ordensleuten und verantwortlichen Laien fort! Übermittelt ihnen den Ausdruck meines Vertrauens und die Zusicherung, daß ich um ihre Sorgen weiß und sie im Gebet vor den Herrn trage.

2. In der Ausübung Eures Amtes als Hirten des Volkes Gottes wird es entscheidend sein, die Bedeutung der Eucharistie als Quelle unserer Kraft immer wieder ins Bewußtsein zu rufen. Im Gottesdienst der Gemeinde erfüllen nicht nur die Priester ihre Aufgabe und erleben ihn als die Mitte ihrer priesterlichen Existenz, sondern auch die übrigen Glieder der Kirche haben hier ihren Ort. Die volle und aktive Teilnahme an der heiligen Liturgie ist »die erste und unentbehrliche Quelle, aus der die Christen wahrhaft christlichen Geist schöpfen sollen«.[1] Sorgt dafür, daß in den Gemeinden der Sinn für das Mysterium erhalten bleibt oder wieder neu belebt wird. Es ist Eure Aufgabe, über die würdige Gestaltung der Gottesdienste in Euren Gemeinden zu wachen. Niemand, »auch wenn er Priester ist, darf nach

[1] ***Sacrosanctum Concilium,*** Nr. 14.

eigenem Gutdünken in der Liturgie etwas hinzufügen, wegnehmen oder ändern«,[2] auch nicht mit der Absicht, den zum Gottesdienst versammelten Gläubigen aktuelle gesellschaftspolitische Anliegen bewußt machen zu wollen. In der Feier der heiligen Geheimnisse muß der Mensch vor allem Gott und nicht in erster Linie sich selbst wiederfinden.

Die Gläubigen müssen von der Eucharistie als der Mitte ihres christlichen Lebens ausgehen, damit sie ihren Auftrag im Rahmen der Verkündigung der Frohbotschaft und ihr Zeugnis als Laien für das Reich Gottes erfüllen. Aus der Eucharistie sollen sie Kraft schöpfen für ihre Evangelisierungsarbeit auf allen Ebenen des alltäglichen Lebens wie auch in den Bereichen von Politik, Gesellschaft, Kultur, Wirtschaft und Wissenschaft, aber auch des internationalen Lebens und der Massenmedien, ja auf allen Gebieten menschlichen Lebens in der Welt.[3] Auf diese Weise verändert die Kraft des Ostermysteriums die Welt und führt sie dem Reich Gottes entgegen.

3. In diesem Zusammenhang möchte ich eine weitere Sorge ansprechen: nämlich die offensichtlich immer stärker werdende Tendenz in der Gesellschaft, den Lebensrhythmus sowohl aus wirtschaftlichen Gründen als auch um einer einseitigen Bevorzugung der Freizeitgestaltung willen zu ändern. Aus derartigen Strömungen erwächst die Gefahr, daß der traditionell religiöse Gehalt des Sonntags, des Tages des Herrn, in den Hintergrund tritt; dieser ist vielen Menschen oft nicht mehr bewußt. Wo aber das Geschenk des Sonntags und der christlichen Feiertage seines ursprünglichen Gehaltes entleert wird, verkommt es zum Dispositionsgut reiner Nützlichkeitserwägungen. Dazu macht die soziale Errungenschaft des arbeitsfreien Samstags den Sonntag mehr und mehr zum ausklingenden Teil des »Wochenendes«. Andererseits verlangen hochtechnisierte Produktionsanlagen und die Tätigkeiten im sozialen Bereich eine verstärkte Flexibilität des Arbeits- und Produktionsprozesses, bei der das generelle Verbot der Sonntagsarbeit manchem hinderlich erscheint.

Bei aller Einsicht in diffizile Sachzusammenhänge bitte ich Euch, dem Erhalt der Sonntagskultur auch weiterhin Eure Aufmerksamkeit zu schenken, da es ja um die Erhaltung von mehr als nur einem kirchlichen Feiertag geht. Die Bedeutung des Sonntags muß uns auch deswegen ein Anliegen bleiben, um in unserer Zeit wenigstens ansatzweise den Blick auf die Dimension des Transzendenten offenzuhalten.

[2] *Sacrosanctum Concilium,* Nr. 22.

[3] Vgl. *Evangelii nuntiandi,* Nr. 70.

4. Eurer besonderen Aufmerksamkeit möchte ich auch die Sorge um die Priesterberufe anempfehlen. Bei allen Initiativen bezüglich einer adäquaten Berufungspastoral werden wir dem Priestertum und seiner unersetzlichen spezifischen Bedeutung für die Kirche nur dann gerecht, wenn wir es nicht isoliert für sich selbst betrachten, sondern die Gesamtpastoral als Berufungspastoral verstehen. Menschsein ist immer Gerufensein von Gott, das sich auf die verschiedenste Weise ereignet. Erst recht kann dann Christsein in der Wechselbeziehung von Gottes Ruf und der Antwort des Menschen gelebt werden. Durch diese dialogische Grundstruktur wird der Gemeinschaftsraum der Kirche vorgeprägt. Gerufensein und gemeinschaftsbezogene Antwort gehören im Priestersein stets zusammen. Zuerst ereignet sich »Berufung« in der persönlichen gläubigen Begegnung zwischen Gott und dem konkreten Menschen.

Deshalb muß es in den verschiedenen Formen der Berufungspastoral darum gehen, Menschen das Gespür für den Anruf Gottes in ihrem Leben zu vermitteln.

Da christlicher Glaube wie auch der Dienst des Priesters wesensmäßig auf die Kirche bezogen und nur in ihr lebbar sind, hat jede Art von Berufung eine ekklesiale Dimension: zur eigenen Berufungsüberzeugung gehört untrennbar die Annahme durch die Kirche. Die Verbindung von persönlichem Berufungsbewußtsein und kirchlicher Eignungsfeststellung wird in einer Zeit zunehmender Individualisierung schwieriger und zugleich immer wichtiger. Deswegen bitte ich Euch, bei Initiativen zugunsten der Förderung geistlicher Berufe in den Diözesen, Dekanaten, Pfarreien, Orden und geistlichen Gemeinschaften besonders darauf zu achten, daß dieser Zusammenhang deutlich zur Geltung kommt.

5. In den letzten Jahren und Jahrzehnten hat sich gezeigt, daß Priesterbildung ein Lebensprozeß ist, der nicht mit der Weihe seinen Abschluß findet, sondern ein lebenslanges Reifen darstellt. Dazu bedarf es in allen Dimensionen und Altersstufen einer je neuen menschlichen, theologischen, spirituellen und pastoralen Formung, die über bloße »Weiterbildung« hinaus auf eine umfassende Persönlichkeitsentwicklung abzielt. Während der Bischofssynode 1990 und im daraus entstandenen nachsynodalen Apostolischen Schreiben *Pastores dabo vobis* wurde deshalb die Bedeutung einer »Formatio permanens« im Leben des Priesters nachdrücklich betont.[4] Eine besondere Aufgabe kommt dabei dem Presbyterium in der Diözese sowie

[4] Vgl. Nr. 70, 81.

den verschiedenen Formen geistlicher Begleitung zu. In diesem Zusammenhang danke ich Euch, daß Ihr in Eurem gemeinsamen »Brief an die Priester« vor wenigen Wochen diese Frage aufgegriffen und wichtige Hinweise dazu gegeben habt.

6. Wenn wir Priestersein als umfassenden Lebensweg verstehen, kommt der ersten Ausbildungszeit bis zur Weihe eine besondere Bedeutung zu. In dieser Zeit werden Haltungen grundgelegt und Einstellungen vermittelt, die für das zukünftige Wirken entscheidend sind. Wie auch das nachsynodale Apostolische Schreiben, so betonte schon Eure »Rahmenordnung«, daß Priesterausbildung nur in einer »Gleichzeitigkeit« von geistlichem Leben und menschlicher Reife, theologischer Bildung und pastoraler Befähigung erfolgen kann. Dabei ist darauf zu achten, daß die Kandidaten für den Priesterberuf zu einer geistlich fundierten Kooperationsfähigkeit ausgebildet werden, damit sie den Anforderungen, die der priesterliche »Dienst an der Einheit« in einer sich wandelnden Gesellschaft stellt, gerecht werden können.

Das Seminar ist nie eine bloße Organisationsform, sondern bietet gerade unter veränderten Bedingungen die Chance, verschiedenste Erfahrungen mit Gott und der Welt in einen gemeinsamen Lebensraum einzubringen und sie auf die Lebensentscheidung für den priesterlichen Dienst hin zu überprüfen und auszurichten. Deshalb muß es Euer besonderes Anliegen sein, liebe Brüder, an dieser Institution festzuhalten und in Verbindung damit gewachsene neue Erfahrungen zu prüfen, um bewährte Ausbildungsformen in sinnvoller Weise auf die gewandelten Zeit- und Lebensverhältnisse abzustimmen. Bei dieser Gelegenheit bitte ich Euch, den Verantwortlichen für die Priesterausbildung mein besonderes Wort des Dankes für alle ihre Bemühungen zu übermitteln.

7. Wie ich bereits in *Pastores dabo vobis* erwähnt habe,[5] muß der wissenschaftlichen Ausbildung im Blick auf die weltweit immer dringender werdende Neuevangelisierung zunehmende Bedeutung beigemessen werden. Angesichts der Herausforderung, eine nie zuvor erlebte Vielzahl und Verflochtenheit verschiedener Lebensbereiche vom Glauben her und auf ihn hin zu deuten, ist ein hohes theologisches Reflexionsniveau erforderlich. Bei diesem Bemühen können gerade die theologischen Fakultäten durch ihre Einbettung in das öffentliche Leben in Deutschland und die mit der Universitäts- und Hochschulstruktur gegebenen institutionellen Möglich-

[5] Nr. 51.

keiten des Kontaktes und des interdisziplinären Dialogs wichtige Dienste leisten. Dabei ist der enge Zusammenhang von Theologie und Glaube, von Wissenschaft und Frömmigkeit entscheidend.

An den Fakultäten in Eurem Land hat sich insofern eine Weiterentwicklung vollzogen, als sie mehr und mehr von qualifizierten Laien besucht werden, denen für ihre Tätigkeit im Bereich von Kirche und Gesellschaft wichtige theologische Kenntnisse und spirituelle Impulse vermittelt werden müssen. Es kommt darauf an, diese Entwicklung mit der primären Aufgabe einer wissenschaftlich fundierten Priesterausbildung zu verbinden, damit das notwendige »sentire cum Ecclesia« zugleich an Weite und Tiefe gewinnt. Dabei darf nicht übersehen werden, daß heute viele junge Menschen in ihrem Glauben verunsichert sind, weil sie nicht mehr die notwendige Fundierung und Stütze in Familie und Gesellschaft besitzen.

Anerkennend kann ich feststellen, daß Ihr regelmäßige Kontakte zu Euren theologischen Fakultäten pflegt. Allerdings bitte ich Euch darauf hinzuwirken, daß diese Kontakte zu einem von der Liebe zur Kirche geprägten Verhältnis zwischen dem Amt der Bischöfe und der Aufgabe der Professoren der Theologie beitragen. Eine hohe wissenschaftliche Qualifikation der Professoren allein genügt nicht; es gehört vielmehr zu ihrer Berufung, daß sie den Glauben der Kirche, der Gegenstand ihres Forschens ist, auch in der Lehre und mit ihrem Lebensbeispiel bezeugen.

In diesem Zusammenhang wird auch ein Problem schmerzhaft bewußt, das Euch, wie ich aus vielen Gesprächen weiß, seit Jahren beschäftigt. Trotz vielfältiger Anstrengungen gelingt es nicht, den wissenschaftlichen Nachwuchs in ausreichendem Maße für die vorhandenen Lehrstühle sicherzustellen. Dies gilt insbesondere unter dem Aspekt, daß Professoren an theologischen Fakultäten in der Regel Priester sein sollen. Die Bemühungen um eine genügende Präsenz der Theologie an den Hochschulen müssen darum von Überlegungen begleitet werden,)die dazu führen, die Besetzung der Lehrstühle mit qualifizierten Nachwuchswissenschaftlern durch eine Straffung des Studienangebotes auch in Zukunft zu ermöglichen. Deswegen möchte ich Euch ermuntern, sorgfältige Überlegungen anzustellen, um eine ausgewogene Verteilung der Studieneinrichtungen in Deutschland für die Zukunft zu sichern.

Ein weiteres Problemfeld, das Eure Aufmerksamkeit erfordern wird, ist das Studium der Philosophie. Als wichtige Voraussetzung für das Studium der Theologie wird der Philosophie bisweilen leider in sehr verkürzter Weise Rechnung getragen. Meine Bitte geht dahin, die Fakultäten auf diesen Mangel aufmerksam zu machen, wo dies notwendig ist.

Eurer Unterstützung bedarf ferner eine lobenswerte Initiative des bayerischen Episkopats, die einzige Katholische Universität in Deutschland zu gründen und zu unterhalten. Die Universität Eichstätt braucht aber die Hilfe und Solidarität der gesamten Deutschen Bischofskonferenz, handelt es sich hier doch um ein Zentrum, das den Dialog zwischen Glauben und Kultur fördert und eine integrale Ausbildung anbietet, nämlich die der beruflichen Bildung und der Formung im Lichte des katholischen Glaubens.

8. Die Anwesenheit des Priesters ist an vielen Orten notwendig. Dennoch verlangt die pastorale Situation, daß die hauptberuflichen Mitarbeiter in den Pfarrgemeinden sich ihrer Verantwortung noch mehr bewußt werden, da ihr Dienst nicht ein Beruf ist wie jeder andere, sondern ihm entscheidend eine Berufung zugrunde liegt. Die Sendung der Kirche erfordert eine bewußte Zusammenarbeit aller, die in der Seelsorge unter der Verantwortung der Bischöfe stehen; denn Ihr habt den Auftrag, das kirchliche Leben in Einheit auszurichten.

Die wertvolle Arbeit, die von den hauptberuflichen Mitarbeitern geleistet wird, sollte jedoch den großen Idealismus, der von den Laien in Euren Pfarreien aufgebracht wird, nicht unterdrücken. Eine fruchtbare Zusammenarbeit aller wird jedem Christen das Bewußtsein vermitteln, daß die Kirche, die Diözese und die Pfarrei seine eigene Sache ist und daß in der Tat sein Heil auf dem Spiel steht. Jeder Getaufte hat in der Kirche seinen Platz, denn Christus erwartet ihn dort. Dementsprechend gilt es, Mitverantwortung zu fördern, Schwerpunkte zu bilden, die gemeinsame Arbeit abzusprechen und aufzuteilen und einzelne Aufgaben und Verantwortungen sinnvoll zu delegieren.

Ziel aller unserer Überlegungen muß es sein, mehr Raum für die eigentliche Seelsorge zu schaffen. Es muß besser möglich werden, daß die Priester und Diakone die Menschen, die nach persönlicher Beratung und Hilfe suchen, auf ihrem Weg begleiten. Je mehr die Priester in der Lage sind, die Funktion des Managers und des Machers abzulegen, desto mehr können sie als Seelsorger wirken. Der Dienst an den Sakramenten und die Verkündigung des Evangeliums haben für den Priester Vorrang. Auf den anderen Gebieten der Pastoral wird er sich verstärkt seiner Mitarbeiter bedienen müssen.

9. Vor ähnlichen Problemen stehen in Euren Diözesen auch die Ordensgemeinschaften. Die Ordensleute sind je nach dem ihnen eigenen Charisma in die diözesane Gemeinschaft eingefügt. Den wertvollen Beitrag der Ordensgemeinschaften zum Leben der Diözesen möchte ich ausdrücklich gut-

heißen. »Es gibt verschiedene Gnadengaben, aber nur den einen Geist«, sagt der heilige Paulus. Die Konstitution *Lumen gentium* stellt fest: »Die Ordensleute sollen sorgfältig darauf achten, daß durch sie die Kirche wirklich von Tag zu Tag mehr... Christus sichtbar mache, wie er auf dem Berg in der Beschauung weilt oder wie er den Scharen das Reich Gottes verkündet oder wie er die Kranken und Schwachen heilt und die Sünder zum Guten bekehrt«.[7] Die Ausstrahlung der kontemplativen Klöster, die Predigt, die Beteiligung an der Pfarrseelsorge, die Betreuung der Kranken, der Unterricht und die karitativen Werke sind Tätigkeitsfelder, in denen sich die Ordensleute Eurer Diözesen mit großer Hingabe einsetzen.

4	marzo	1993.	Al sig. Joseph Martin Murray (Lake Charles).
24	aprile	»	Al sig. Benoît Richard (Saint John, New Brunswick).
28	»	»	Al sig. John Humphrey Page (Clifton).
5	maggio	»	Al sig. Renato Aubert (Roma).
»	»	»	Al sig. Luciano Caroppo (Roma).
»	»	»	Al sig. Luigi Turcarelli (Roma).
7	»	»	Al sig. Jean Vacherot (Paris).
20	»	»	Al sig. Joseph Bartley III (Peoría).
»	»	»	Al sig. Clement C. Cunningham (Peoría).
»	»	»	Al sig. Frank M. Puzio (Trenton).
27	»	»	Al sig. Josef Schultz (Münster).
6	giugno	»	Al sig. Toru Tensaka (Giappone).
»	»	»	Al sig. Thomas A. Barrett (Paterson).
»	»	»	Al sig. John W. Barter (Paterson).
»	»	»	Al sig. Thomas G. Ferguson (Paterson).
»	»	»	Al sig. John McCormick (Paterson).
»	»	»	Al sig. James L. Murray (Paterson).
»	»	»	Al sig. Frank A. Petrucelli (Paterson).
»	»	»	Al sig. Victor F. Winkler (Paterson).
10	»	»	Al sig. Alberto Giordano (Ventimiglia-San Remo).
18	»	»	Al sig. John Baptist Surachai Kitbumrung (Bangkok).
»	»	»	Al sig. Joseph Somsak Lee Sawadtrakul (Bangkok).
»	»	»	Al sig. Paul Mary Suvij Suvaruchiporn (Bangkok).
»	»	»	Al sig. Pierre Jorrot (Ordinariato Militare Francia).
»	»	»	Al sig. Jean Tecimer (Esarcato Ap. Armeno Stati Uniti e Canada).
21	»	»	Al sig. Karl Schlund (Bamberg).
2	luglio	»	Al sig. Jack Davies (Alger).
»	»	»	Al sig. James McGrath (Glasgow).
7	»	»	Al sig. Peter Kule (Edmonton degli Ucraini).
»	»	»	Al sig. Paolo Mascagni (Grosseto).
»	»	»	Al sig. Mario Santini (Grosseto).
»	»	»	Al sig. Antonio Senatore (Grosseto).
15	»	»	Al sig. Francesco Egidi (Roma).
*	»	»	Al sig. Nazzareno Lavanna (Roma).
*	»	»	Al sig. Paolo Pasquali (Roma).

16	luglio	1993	Al sig. Emile Baby (Pamiers).
»	»	»	Al sig. René Dechaume (Pamiers).
»	»	»	Al sig. Jacques Tessier (Paris).
29	»	»	Al sig. Joseph Marie Leonardus Eva De Kroon (Breda).
»	»	»	Al sig. Bruno Squizzato (Milano).
4	agosto	»	Al sig. Gisbert Kaufmann (Essen).
»	»	»	Al sig. James Little (Southwark).
10	»	»	Al sig. Daniel Konate (Bamako).

La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa:

23	giugno	1993.	Al sig. Lucio Alberto Savoia *(Italia).*
2	luglio	»	Al sig. Francis Cullen (Glasgow).
9	»	»	Al sig. Nicolas-Ambroise Ndiaye (Dakar).
29	»	»	Al sig. Giovan Leonardo Maffei (Napoli).

La Commenda con placca dell'Ordine di San Silvestro Papa:

28	aprile	1993.	Al sig. John Baptist Akio Kobayashi (Tokyo).
7	maggio	»	Al sig. Gustaw Hofmann (Linz).
»	»	»	Al sig. Edgard Demuylder (Mechelen-Brussel).
27	»	»	Al sig. Georg Fackler (Augsburg).
18	giugno	»	Al sig. Pasquale Massaro (Andria).
12	agosto	»	Al sig. Mario Guerrucci (Civitavecchia-Tarquinia).

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

28	aprile	1993.	Al sig. Peter Anthony Bergasse (Castries).
»	»	»	Al sig. Deacon Nathalbert Polycarp Husbands (Castries).
»	»	»	Al sig. George Theophilus (Castries).
»	»	»	Al sig. Ernst Exner (Wien).
»	»	»	Al sig. Dieter Henn (Wien).
»	»	»	Al sig. Cari Unger (Wien).
2	maggio	»	Al sig. Giovanni Moreschi (Roma).
5	»	»	Al sig. Lucio Righetti (Roma).
»	»	»	Al sig. Oreste Rossi (Roma).
»	»	»	Al sig. Rinaldo Turchi (Roma).
7	»	»	Al sig. Peter Aigner (Eisenstadt).
27	»		Al sig. Ludwig Häring (Augsburg).
»	»	»	Al sig. Philibert Magin (Augsburg).
31	»	»	Al sig. Roberto Casale *(Italia).*
2	giugno	»	Al sig. Alberto Giussani (Como).
»	»	»	Al sig. Alessandro Picchi (Como).
15	»	»	Al sig. Giuseppe De Miceli *(Italia).*
7	luglio		Al sig. Luigi Cataldi (Nardo-Gallipoli).
»	»	»	Al sig. Alfred Gratzl (Wien).

15	luglio	1993.	Al sig. Dino Giovannini (Roma).
16	»	»	Al sig. Gianfranco Stefanucci (Roma).
29	»	»	Al sig. Roberto Calatti (Milano).
»	»	»	Al sig. Paulus Cornelius Maria Van de Ven (Roermond).
10	agosto	»	Al sig. Crispin A. Sorhaindo (Roseau).
23	»	»	Al sig. Maximilian Liebmann (Graz-Seckau).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

24	dicembre	1992.	Al sig Amedeo Luciano *(Italia).*
2	aprile	1993.	Al sig Engelbert Brendel (Köln).
»	»	»	Al sig Josef Steinbach (Köln).
24	»	»	Al sig Dante Befani (Paraná).
28	»	»	Al sig Antonius Van den Elzen fs-Hertogenbosch).
»	»	»	Al sig Hendrikus Johannes Paus (Utrecht).
»	»	»	Al sig Francesco Buti (Volterra).
»	»	»	Al sig Flaminio Antonio Tredici (Volterra).
5	maggio	»	Al sig Guido Adobati (Roma).
»	»	»	Al sig Roberto Felicetti (Roma).
»	»	»	Al sig Gaetano Libertini (Roma).
»	»	»	Al sig Pio Marinangeli (Roma).
»	»	»	Al sig. Giuseppe Panizzon (Roma).
»			Al sig Alfonso Tesoro (Roma).
7	»	»	Al sig. David Russell (Sydney).
14	»	»	Al sig. Gino Vai (Massa Marittima-Piombino).
»	»	»	Al sig. Ermanno Lenzi (Pitigliano-Sovana-Orbetello).
20	»	»	Al sig. Sebastiano Campus (Roma).
»	»	»	Al sig. Milvio Iafolla (Roma).
27	»	»	Al sig. Severino Bordo (Camerino-San Severino Marche).
»		»	Al sig. Franz Forster (Linz).
»	»	»	Al sig. Josef Worauer (Linz).
»		»	Al sig. Roman Triller (Paderborn).
»	»	»	Al sig. Richard J. Howa (Salt Lake City).
»	»	»	Al sig. Ray M. Kingston (Salt Lake City).
ʊ	giugno	»	Al sig Martinus Johannes Henricus Cornelis van den Dungen (Breda).
JL	»	»	Al sig. Wilhelmus Godefridus Maria Heijmans (Roermond).
10	»	»	Al sig. Robert Wagner (Augsburg).
»	»	»	Al sig. Roberto Spremberg (Roma).
21	»	»	Al sig. Franz Josef Weber (Paderborn).
»	»	»	Al sig. Pietro Martellozzo (Padova).
2	luglio	»	Al sig. Simon De Hey (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. Jacobus Hermanus Cornelis Couwenburg (Utrecht).
»	»	»	Al sig. Antonius Franciscus Rutten (Utrecht).
7	»	»	Al sig. Stanislaw Chojnacki (Krakow).
»	»	»	Al sig. Manfred Elser (Wien).
»	»	»	Al sig. Albert Mann (Wien).
»	»	»	Al sig. Paul Schenk (Wien).

16	luglio	1993.	Al sig;. Paolo Franci (Roma).
29	»	»	Al sig;. Eberhard Schmidt (Berlin).
»	»	»	Al sig;. Johannes Emanuel Oomen (Breda).
»	».	»	Al sig;. Franciscus Marinus Adrianus Smits (Breda).
»	»	»	Al sig. Hans Heinrich Kurth (Köln).
»	»	»	Al sig. Natale Mauri (Milano).
»	»	»	Al sig;. Antonius Nicolaus Johannes Maria Jägers ('s-Hertogenbosch).
»	»	»	Al sig. Jacobus Cornelis Maria Bruys (Utrecht).
4	agosto	»	Al sig. Lazzaro Dallara (Alessandria).
»	»	»	Al sig. Karl Krampol (Regensburg).
»	»	»	Al sig. Alois Keck (Rottenburg-Stuttgart).
»	» .	»	Al sig. Michael Schnieber (Rottenburg-Stuttgart).
»	»	»	Al sig. Chrysostomus Zodel (Rottenburg-Stuttgart).
10	»	»	Al sig. Kurt Nachbauer (Freiburg im Breisgau).
»	»	»	Al sig. Franz Hillebrand (Fulda).
»	»	»	Al sig. Hans Jostberens (Paderborn).
23	»	»	Al sig. Aloisius Lafer (Graz-Seckau).

NECROLOGIO

15	settembre	1993.	Mons. Wilhelm Wöste, Vescovo tit. di Tignica.
19	»	»	Mons. Antonio F. Frondosa, Arcivescovo em. di Capiz *(Filippine).*
24	»	»	Mons. Anton Herre, Vescovo tit. di Galazia.
26	»	»	Mons. Federico Kaiser Depel, Vescovo tit. di Berrea.
28	»	»	Mons. Edward Kisiel, Arcivescovo em. di Bialystok *(Polonia).*
30	»	»	Mons. Afonso Niehues, Arcivescovo em. di Florianopolis *(Brasile).*
3	ottobre	»	Mons. Virgil Patrick Copas, Arcivescovo-Vescovo em. di Kerema *(Papua Nuova Guinea)*
4	»	»	Mons. Patelisio Punou-Ki-Hihifo Finau, Vescovo di Tonga *(Oceania).*
5	»	»	Card. Francesco Carpino, del titolo della Chiesa suburbicaria di Albano.
6	»	»	Card. Victor Razafimahatratra, del titolo di Santa Croce in Gerusalemme, Arcivescovo di Antananarivo *(Madagascar).*
9	»	»	Mons. Bernard James Ganter, Vescovo di Beaumont *(Stati Uniti d'America).*
14	»	»	Mons. Venmani S. Selvanather, Arcivescovo em. di Pondicherry e Cuddalore *(India).*
15	»	»	Mons. Grégoire Ephrem Jarjour, Arcivescovo tit. di Edessa di Osroene dei Siri.
18	»	»	Mons. José Esaúl Robles Jiménez, Vescovo di Zamora *(Messico).*
22	»	»	Mons. Salvador Alberto Schlaefer Berg, Vescovo tit. di Fiumepiscense.

An. et vol. LXXXV 9 Decembris 1993 N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE ENCYCLICAE

Cunctis catholicae Ecclesiae episcopis de quibusdam quaestionibus fundamentalibus doctrinae moralis Ecclesiae.

IOANNES PAULUS PP. II

VENERABILES FRATRES IN EPISCOPATU,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

VERITATIS SPLENDOR in omnibus Creatoris operibus effulget, praesertim vero in homine facto ad imaginem et similitudinem Dei (cf. *Gn* 1, 26): veritas illuminat intellegentiam hominisque libertatem informat qui hac ratione ad Dominum cognoscendum atque amandum adducitur. Propter hoc psalmista precatur: « Leva in signum super nos lumen vultus tui, Domine! » (Íí4,7).

INTRODUCTIO

IESUS CHRISTUS, LUX VERA QUAE ILLUMINAT OMNEM HOMINEM

1. Vocati ad salutem per fidem in Iesum Christum, « lucem veram, quae illuminat omnem hominem» *(Io* 1, 9), homines fiunt «lux in Domino» atque « filii lucis » *(Eph* 5, 8) et se sanctos efficiunt « in oboedientia veritatis » *(1 Pe* 1, 22).

Haec oboedientia non semper est facilis. Post arcanum illud originale peccatum, patratum instigatione Satanae, qui «mendax est et pater» *(Io* 8, 44) mendacii, homo continenter sollicitatur ut a Deo vivo et vero oculos deflectat eosque ad simulacra vertat (cf. *I Thess* 1, 9), commutans «veritatem Dei in mendacio» *(Rom* 1, 25); tunc etiam eius facultas veritatem cognoscendi obscuratur atque minuitur eius voluntas ei se subiciendi. Atque ita, relativismo se dedens et dubitationi (cf. *Io* 18, 38), fallacem libertatem quaerit ipsi veritati extrinsecam.

Nulla tamen erroris peccative caligo Dei Creatoris lumen ab homine ex toto amovere valet. Permanet in imo corde veritatis absolutae desiderium atque sitis eam plene cognoscendi: quod quidem significanter comprobat inexhausta hominis inquisitio in qualibet regione et parte; idem magis etiam comprobat de vitae sensu inquisitio. Scientiae et artis technicae progressus, clara testificatio facultatum intellegentiae assiduitatisque hominum, non eximit humanum genus a supremis quaestionibus pertractandis, sed potius id concitat ut acerbissima atque suprema oppetat luctamina, quae animi sunt propria et conscientiae moralis.

2. Homo quilibet vitare non potest fundamentales interrogationes: Quid mihi faciendum? Quomodo bonum a falso internoscendum? Responderi potest solum virtute splendoris veritatis, quae in interiore hominis spiritu lucet, sicut psalmista confirmat: « Multi dicunt "Quis ostendit nobis bona?". Leva in signum super nos lumen vultus tui, Domine» *(Ps* 4, 7).

Vultus Dei lumen integra sua pulchritudine super Iesu Christi vultum splendet, «qui est imago Dei invisibilis» *(Cól* 1, 15), «splendor gloriae» ipsius *(Heb* 1, 3), «plenus gratiae et veritatis» *(Io* 1, 14): Is est «via, veritas et vita» *(Io* 14, 6). Eam ob rem supremum responsum ad quamlibet hominis quaestionem, ad quaestiones praesertim religiosas et morales, Iesus Christus dat, immo ipse Christus est, uti Concilium Vaticanum II affirmat: « Reapse nonnisi im mysterio Verbi incarnati mysterium hominis vere clarescit. Adam enim, primus homo, erat figura futuri, scilicet Christi Domini. Christus novissimus Adam, in ipsa revelatione mysterii Patris eiusque amoris, hominem ipsi homini plene manifestat eique altissimam eius vocationem patefacit ».*

Iesus Christus, « lumen gentium », Ecclesiae suae vultum illuminat, quam mittit per orbem terrarum ad praedicandum Evangelium omni crea-

[1] **Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 22.**

turae (cf. *Mc* 16, 15).[2] Ita Ecclesia, populus Dei in nationibus,[3] dum animum intendit in historiae novas provocationes inque conatus quos homines efficiunt vitae sensum inquirentes, omnibus aperit responsionem quae ab Iesu Christi eiusque Evangelii veritate provenit. Instanter ea animadvertit suum « officium signa temporum perscrutandi eaque sub Evangelii luce interpretandi, ita ut, modo unicuique generationi accommodato, ad perennes hominum interrogationes de praesentis vitae sensu et futurae deque earum mutua relatione respondere possit ».[4]

3. Ecclesiae Pastores, cum Petri Successore coniuncti, fidelibus praesto sunt hoc in conatu, eos comitantur et regunt Magisterio suo, amoris et misericordiae verba semper nova inveniendo, quibus non solum credentes, verum omnes bonae voluntatis homines alloquantur. Concilium Vaticanum II mirum est eiusmodi Ecclesiae agendi rationis testimonium, quae « in humanitate versata »,[5] omni homini et toti homini servit.[6]

Novit sane Ecclesia moralem postulationem tangere intimos cuiuslibet hominis sensus, omnes implicare, etiam nondum Christum eiusque Evangelium neve Deum agnoscentes. Novit nimirum in vitae moralis itinere salutis viam omnibus patere, sicut aperte Concilium Vaticanum II memoravit haec scribens: « Qui Evangelium Christi Eiusque Ecclesiam sine culpa ignorantes, Deum tamen sincero corde quaerunt, Eiusque voluntatem per conscientiae dictamen agnitam, operibus adimplere, sub gratiae influxu, conantur, aeternam salutem consequi possunt ». Atque pergit: « Nec divina Providentia auxilia ad salutem necessaria denegat his qui sine culpa ad expressam agnitionem Dei nondum pervenerunt et rectam vitam non sine divina gratia assequi nituntur. Quidquid enim boni et veri apud illos invenitur, ab Ecclesia tamquam praeparatio evangelica aestimatur et ab Illo datum qui illuminat omnem hominem, ut tandem vitam habeat ».[7]

HARUM LITTERARUM ENCYCLICARUM ARGUMENTUM

4. Semper, sed potissimum his duobus saeculis, Summi Pontifices, sive privatim sive cum Collegio episcoporum, moralem institutionem excolue-

[2] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 1.

[3] Cf. *ibid.,* 9.

[4] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 4.

[5] PAULUS PP. VI, *Allocutio* ad Coetum generalem Nationum Unitarum (4 Octobris 1965), 1: *AAS* 57 (1965) 878; cf. Litt. Encycl. *Populorum progressio* (26 Martii 1967), 13: *AAS* 59 (1967) 263-264.

[6] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 33.

[7] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 16.

runt atque proposuerunt ad varios et dissimiles vitae humanae ambitus pertinentem. Christi Iesu nomine et auctoritate ii hortati sunt, redarguerunt, explanaverunt; in contentionibus pro homine, suo obsequentes officio, confirmaverunt, sustinuerunt, consolati sunt; Spiritus veritatis auxilio muniti meliori comprehensioni profuerunt moralium postulationum in re sexuali humana, in re familiari, sociali, oeconomica et politica. Eorum doctrina est tum in Ecclesiae traditione tum in humani generis historia continua pervestigatio cognitionis moralis.[8]

Hodie tamen necessarium videtur recogitare de universa institutione morali Ecclesiae, ut definite in luce ponantur quaedam doctrinae catholicae fundamentales veritates quae in periculo versantur deformationis vel negationis ob rerum adiuncta aetatis nostrae. Effecta est enim nova condicio in ipsa communitate christiana, quae novit diffusionem multarum dubitationum obiectionumque indolis humanae et psychologicae, socialis et culturalis, religiosae et etiam proprie theologicae, quod attinet ad morales Ecclesiae disciplinas. Iam non agitur de oppositibus ex aliqua parte et per occasionem factis, verum de patrimonio morali, in plenam et obstinatam controversiam positam in quibusdam opinionibus anthropologicis et ethicis. Earum fundamentum est vis plus minusque aperta evulgatarum cogitationum quae efficit ut evellatur libertas humana a sua essentiali et constitutiva congruentia cum veritate. Sic reicitur translaticia doctrina de lege naturali, de universalitate atque permanenti eius praeceptionum auctoritate; improbandae simpliciter putantur aliquae Magisterii praescriptiones morales; ipsum Magisterium ducitur non debere in rem moralem se interponere, nisi forte ut « conscientias adhortetur » et « valores proponat », ex quibus deinde unusquisque proposita vitaeque studia depromat.

Singulariter denotanda est discrepantia inter Ecclesiae translaticiam responsionem et quasdam theologicas sententias quae etiam in Seminariis atque theologicis studiorum ordinibus vulgantur, de summi ponderis quaestionibus pro Ecclesia et christianorum fidei vita, nec non pro ipsa humana consociatione.

Singillatim quaeritur: mandata divina, quae in corde hominis sunt inscripta atque ad Foedus spectant, valentne re vera singulorum hominum cunctarumque societatum dirigere cotidianas electiones? Estne possibile

[8] Pius PP. XII iam in lucem protulerat hunc doctrinae progressum: cf. *Nuntius radiophonicus* in quinquagesima anniversaria memoria Litterarum Encyclicarum *Rerum novarum* (1 Iunii 1941): *AAS* 33 (1941) 195-205. Ita etiam IOANNES PP. XXIII, Litt. Encycl. *Mater et magistra* (15 Maii 1961): *AAS* 53 (1961) 410-413.

Deo oboedire ideoque Deum proximumque amare, his mandatis divinis non servatis omnibus in rerum adiunctis? Diffusa insuper est sententia cuius vi dubitatur de intrínseco atque indissolubili vinculo fidem inter et rem moralem, veluti si solummodo quod ad fidem spectat, iudicandae sint condicio pertinendi ad Ecclesiam atque eius interna unitas, dum in morali ambitu multiplicitas toleranda esset sententiarum institutionumque, uniuscuiusque subiectivae conscientiae vel socialium doctrinaliumque contextuum varietati permissorum.

5. In condicionibus, quae adhuc sunt, scribere statuimus — sicut in Litteris Apostolicis *Spiritus Domini* nuntiavimus, Calendis Augustis anno millesimo nongentesimo octogesimo septimo editis, secundo expleto saeculo ab obitu sancti Alfonsi Mariae de' Liguori — Litteras Encyclicas quae « fusius altiusque quaestiones ad fundamenta ipsa theologiae moralis spectantes tractent»,[9] fundamenta quibusdam theologiae moralis aetatis nostrae studiis vulnerata.

Vos compellamus, Venerabiles Fratres in episcopatu qui Nobiscum responsalitatem custodiendi «sanam doctrinam» *(2 Tim* 4, 3) communicatis, ut distincte designemus aspectus quosdam doctrinales qui decretorii sunt in vero illo obeundo discrimine, cum tot tantaeque sint difficultates inde exsurgentes pro christifidelium vita morali atque pro communione in Ecclesia, sicut etiam pro recta atque consentienti sociali vita.

Si hae Litterae Nostrae Encyclicae, diu expectatae nunc tantum typis excuduntur, hoc factum est etiam quia opportunum duximus *Catholicae Ecclesiae Catechismum* praeire, utpote qui integram plenamque exhibeat Christianae doctrinae moralis expositionem. Catechismus praebet credentium vitam moralem ex ipsius fundamentis multiplicibusque significationibus, prout est vita « filiorum Dei »: « Agnoscentes in fide suam novam dignitatem, christiani vocantur ut iam "digne Evangelio Christi conversentur" *(Ph* 1, 27). Per Sacramentorum receptionem perque orationem ipsi quidem Christi gratiam accipiunt eiusque Spiritus dona, quae eos accommodant ad hanc novam vitam ».[10] Se revocantes itaque ad Catechismum «veluti ad comprobatam tutamque expositionem pro institutione doctrinae catholicae »,[11] hae Litterae Encyclicae quasdam solummodo praecipuas tractabunt doctrinae moralis Ecclesiae quaestiones, necessarium quoddam inducentes discrimen circa quaestiones de ethica deque morali doctrina inter studiosos

[9] Litt. Ap. *Spiritus Domini* (1 Augusti 1987): *AAS* 79 (1987) 1374.

[10] *Catholicae Ecclesiae Catechismus,* n. 1692.

[11] Const. Ap. *Fidei depositum* (11 Octobris 1992), 4.

viros agitatas. Hoc est proprium argumentum harum Litterarum Encyclicarum, quibus exponere cupimus de agitatis quaestionibus rationes institutionis moralis Sacris Litteris et viva apostolica Traditione[12] nisae, in luce ponentes antecedentia et consecutiones contentionum quae eiusmodi institutionem afficiunt.

CAPUT I

« MAGISTER, QUID BONI FACIAM...? » *(Mt* 19, 16)

CHRISTUS ATQUE RESPONSUM AD MORALEM INTERROGATIONEM

« ET ECCE UNUS ACCEDENS » *(Mt* 19, 16)

6. Iesu colloquium cum divite iuvene, relatum in capitulo XIX Evangelii Sancti Matthaei, utilem exhibet designationem ad repetendam ratione viva atque efficaci ipsius moralem institutionem: « Et ecce unus accedens ait illi: "Magister, quid boni faciam, ut habeam vitam aeternam?". Qui dixit ei: "Quid me interrogas de bono? Unus est bonus. Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata". Dicit illi: "Quae?". Iesus autem dixit: "Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, honora patrem et matrem et diliges proximum tuum sicut teipsum". Dicit illi adulescens: "Omnia haec custodivi. Quid adhuc mihi deest?". Ait illi Iesus: "Si vis perfectus esse, vade, vende, quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et veni, sequere me" » *(Mt* 19, 16-21).[13]

7. «Et ecce unus...». In adulescente, quem Matthaei Evangelium non nominat, agnoscendus est quivis homo qui, scienter vel inscienter, Christum adit, hominis Redemptorem, eumque percontatur de re morali. Pro adulescente, prius quam rogatio de legibus servandis, est petitio plenitudinis significationis pro vita. Et, reapse, haec est appetitio propria cuiusvis humani consilii operisve, secreta inquisitio atque intima impulsio libertatem concitans. Haec interrogatio est, demum, compellatio ad Bonum supremum quod nos allicit vocatque ad se; est vocantis Dei resiliens vox, vitae hominis origo et finis. Hoc prorsus sub respectu Concilium Vaticanum II hortatum est ad perficiendam theologiam moralem, ita ut eius expositio altissimam collustret quam fideles in Christo receperunt voca-

[12] **Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 10.**

[13] **Cf. Epist. Ap. *Parati semper* ad iuvenes Internationali vertente Anno Iuventuti dicato (31 Martii 1985), 2-8: *AAS* 77 (1985) 581-600.**

tionem, unicum quidem responsum quod desiderium cordis hominum plene expleat.

Ut homines eiusmodi cum Christo « occursum » ad effectum adducant, Deus Ecclesiam suam voluit. Ipsa, enim, « hoc unum assequi cupit: ut a quolibet homine Christus inveniatur, ut idem Christus cum unoquoque vitae iter conficiat ».[15]

« MAGISTER, QUID BONI FACIAM, UT HABEAM VITAM AETERNAM? » (*Mt* 19, 16)

8. Ex imo corde exsurgit interrogatio, qua Iesus Nazarethanus est exquisitus a divite adulescente, quae interrogatio est cuiusque hominis vitae essentialis, cui respondere oportet: illa enim pertinet ad bonum morale colendum atque vitam aeternam. Qui Iesum alloquitur novit sane bonum morale cum suae sortis plena impletione esse conexum. Est enim ille pius Israelita, qui vixit, ut ita dicamus, sub umbra Legis Domini. Ex eo quod Iesum percontatur colligere possumus eum hoc facere Legis responsionem nullatenus nescientem. Credibilius est personae Iesu invitamentum novas de bono morali percontationes in eo exciisse. Animadvertit profecto necessitatem conferendi cum Eo qui suam inceperat praedicationem hac nova fundamentali adhortatione: « Impletum est tempus, et appropinquavit regnum Dei; paenitemini et credite Evangelio » (*Me* 1, 15).

Oportet aetatis nostrae homines rursus in Christum animum intendant ab Eo accepturi responsum de bono et de malo. Ipse est Magister, Qui resurrexit, in semetipso vitam habens, Quique semper adest Ecclesiae suae universoque terrarum orbi. Idem fidelibus Scripturas aperit, atque Patris voluntatem plene revelans, veritatem docet de morali ratione agendi. Fons primus atque culmen dispensationis salutis, historiae humanae Alpha et Omega (cf. *Ap* 1, 8; 21, 6; 22, 13), Christus hominis condicionem revelat eiusque integram vocationem. Hanc ob causam, « Homo, qui funditus se perspicere cupit — non tantum secundum quasdam subitarias, imperfectas, saepe exteriores, immo etiam specie sola apparentes rationes vel regulas suae vitae — debet sese ad Christum conferre cum sua anxietate et dubitatione, cum sua infirmitate et improbitate, cum vita sua et morte. Is debet quasi cum toto, quod ipse est, intrare in eum; debet "asciscere" atque assumere sibi omnem veritatem Incarnationis et Redemptionis ut rursus se reperiat. Qui intimus processus si in illo perficitur, homo fructus edit non sola Dei adoratione, verum etiam magna sui ipsius admiratione ».[16]

[14] Cf. Decretum de institutione sacerdotali *Optatam totius,* 16.

[15] Litt. Encycl. *Redemptor hominis* (4 Martii 1979), 13; *AAS* 71 (1979) 282.

[16] *Ibid.,* 10: *l.c,* 274.

Si ergo volumus evangelicam doctrinam de moribus penitus perspicere et id quod inest in ea, altum et immutabile, comprehendere, nobis est accurate divitis adulescentis sensus interrogationis inquirendus et, plus etiam, responsionis Iesu sensus, ab Eo ductis. Iesus enim, subtili quadam psychologica perspicientia, respondet quasi manu ducens adulescentem, pedetemptim, ad plenam veritatem.

« UNUS EST BONUS » *(Mt* 19, 17)

9. Iesus dicit: « Quid me interrogas de bono? Unus est bonus. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata» *(Mt* 19, 17). In evangelistarum Marci et Lucae narratione interrogatio sic sonat: « Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus Deus » *(Me* 10, 18; cf. *Lc* 18, 19).

Antequam interrogationi respondeat Christus adulescentem monet ut secum animo volutet qua de causa ille interrogationem protulerit. « Magister bonus » ei qui interrogat — nobisque omnibus — declarat responsionem ad interrogationem: « Quid boni faciam, ut habeam vitam aeternam? », inveniri posse tantum animum et cor intendendo in Eum Qui « solus est bonus »: « Nemo bonus est nisi unus Deus » *(Me* 10, 18; cf. *Lc* 18, 19). Deus unus respondere potest interrogationi de bono, quia Ipse est Bonum.

Secum quaerere de bono, re ipsa, se con vertere ad Deum, bonitatis plenitudinem, significat. Iesus ostendit interrogationem sibi ab adulescente propositam re vera esse potissimum interrogationem religiosam et bonitatem, quae trahit simulque hominem obstringit, suum habere fontem in Deo, ipsum Deum esse, Qui solus dignus est qui ametur « in toto corde, in tota anima et in tota mente » *(Mt* 22, 37), Qui est fons beatitudinis hominis. Iesus quaestionem de actione morali bona ad eiusdem revocat radices religiosas, ad Dei confessionem, bonitatis unicae, vitae aeternae plenitudinis, termini extremi actionis humanae, perfectae beatitudinis.

10. Ecclesia, Magistri verbis edocta, tenet hominem, ad Creatoris imaginem factum, Christi sanguine redemptum atque Spiritus Sancti praesentia sanctificatum, vitae suae finem ultimum habere in eo ut sit « in laudem gloriae» Dei (cf. *Eph* 1, 12), efficiendo ut unaquaeque suarum actionum ipsius splendorem repercutiat. « Cognosce ergo te, decora anima, quia imago es Dei — scribit sanctus Ambrosius —. Cognosce te, homo, quia gloria es Dei *(1 Cor* 11, 7). Audi quomodo gloria. Propheta dicit: mirabilis facta est cognitio tua ex me *(Ps* 139 [138], 6), hoc est: in meo opere tua mirabilior est maiestas, in consilio hominis tua sapientia praedicatur. Dum me

intueor, quem tu in ipsis cogitationibus occultis et internis affectibus deprehendis, scientiae tuae agnosco mysteria. Cognosce ergo te, homo, quantus sis et adtende tibi... ».[17]

Quod homo est et facere debet, tum patefit, cum Deus se ipsum revelat. Decalogus enim his innititur verbis: « Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo servitutis. Non habebis deos alienos coram me » *(Ex* 20, 2-3). « In decem verbis » Foederis cum Israel, et in tota Lege Deus se cognoscendum et agnoscendum praebet tamquam Eum, Qui «solus est bonus»; tamquam Eum Qui, quamvis peccatum intercesserit, « exemplar » esse pergit moralis actionis ad quam vertitur praeceptum: « Sancti estote, quia sanctus sum ego, Dominus Deus vester » *(Lv* 19, 2); tamquam Eum, Qui in suo amore erga hominem manet fidus, ei donat Legem suam (cf. *Ex* 19, 9-24; 20, 18-21), ut redintegret pristinam concordiam cum Creatore totoque cum universo, atque praesertim eum deducat in amorem suum: « Ambulabo inter vos et ero vester Deus, vosque eritis populus meus » *(Lv* 26, 12).

Vita moralis apparet esse responsio debita gratuitis inceptis, quae Dei amor pro homine multiplicat. Est amoris responsio, secundum Deuteronomii enuntiatum de praecipuo mandato: « Audi, Israel: Dominus Deus noster Dominus unus est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota fortitudine tua. Eruntque verba haec, quae ego praecipio tibi hodie, in corde tuo, et inculcabis ea filiis tuis » *(Dt* 6, 4-7). Ita vita moralis, amore Dei gratuito dato implicata, Eius gloriam repercutit: « Diligenti Deum sufficit ei placere quem diligit: quia nulla maior expetenda est remuneratio, quam ipsa dilectio: sic enim caritas ex Deo est, ut Deus ipse sit caritas ».[18]

11. Affirmatio «unus solus est bonus» nobis commemorat mandata « primae tabulae », quae nos inducit ut Deum agnoscamus Dominum unicum et summum Eique soli cultum exhibeamus propter Ipsius infinitam sanctitatem (cf. *Ex* 20, 2-11). Bonum est pertinere ad Deum, Ei oboedire, cum Eo humiliter ambulare faciendo iustitiam, diligendo pietatem (cf. *Mich* 6, 8). Agnoscere Dominum Deum est caput praecipuum, Legis cor, a quo proveniunt et ad quod diriguntur particularia praecepta. Per mandatorum rem moralem patefit populi Israel pertinentia ad Dominum, quia Deus unus Ipse est bonus. Hoc est Sacrarum Scripturarum testimonium, quarum unaquaeque pagina permeatur vivida absolutae sanctitatis Dei perceptione: « Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum » *(Is* 6, 3).

[17] ***Hexaemeron,*** **dies VI, sermo IX, 8, 50: *CSEL* 32, 241.**

[18] **S. LEO MAGNUS, *Sermo XCII,* cap. III: *PL* 54, 454.**

At si Deus unus est Bonum, nullus hominum conatus, ne strictissima quidem mandatorum observantia, valet Legem « implere », agnoscere scilicet Dominum veluti Deum Eique tribuere adorationem Ipsi soli debitam (cf. *Mt* 4, 10). «Impletio» provenit tantum a divina donatione: est enim oblatio cuiusdam societatis cum Bonitate divina quae se patefacit atque expletur in Iesu, in eo quem dives adulescens vocat verbis « Magister bone» *(Me* 10, 17; *Lc* 18, 18). Quod adulescens nunc suspicari tantum forsitan valet, plene tandem revelabitur ab ipsa Iesu invitatione: « Veni, sequere me » *(Mt* 19, 21).

« Si VIS IN VITAM INGREDI, SERVA MANDATA » *(Mt* 19, 17)

12. Deus tantum respondere potest interrogationi de bono, quia Ipse est Bonum. At Deus iam responsum dedit huic interrogationi: hoc fecit quando creavit hominem eumque sapientia et amore cuidam fini accommodavit per legem in ipsius corde inscriptam (cf. *Rom* 2, 15), « legem naturae ». Haec « nihil aliud est nisi lumen intellectus insitum nobis a Deo, per quod cognoscimus quid agendum et quid vitandum. Hoc lumen et hanc legem dedit Deus homini in creatione ».[19] Hoc deinde peregit in Israel historia, praesertim « decem verbis », sive mandatis in Sina, per quae Ille exsistentiam condidit populi Foederis (cf. *Ex* 24), eumque vocavit ut esset sibi « in peculium de cunctis populis », « gens sancta » *(Ex* 19, 5-6), qui ipsius sanctitatem inter gentes fulgere faceret (cf. *Sap* 18, 4; *Ez* 20, 41). Decalogi donum est promissum Novique Foederis signum, cum lex denuo funditusque in corde hominis scribetur (cf. *Ier* 31, 31-34), se substituens in locum legis peccati, quod cor illud deturpaverat (cf. *Ier* 17, 1). Tunc dabitur « cor novum », quia in eo inhabitabit « spiritus novus », Spiritus Dei (cf. *Ez* 36, 24-28).[20]

Propter hoc, post gravem definitionem «Unus solus est bonus », Iesus dicit adulescenti: «Si vis in vitam ingredi, serva mandata» *(Mt* 19, 17). Declaratur hac ratione arta necessitudo inter vitam aeternam atque oboedientiam divinis mandatis: etenim Dei mandata significant homini viam vitae ad quam adducunt. Ex ipso ore Iesu, novi Moysis, iterum hominibus praebentur Decalogi mandata; Ipse ea penitus confirmat nobisque proponit veluti viam salutisque condicionem. Mandatum nectitur promissioni: in

[19] **S. THOMAS AQUINAS, *In duo praecepta caritatis et in decem legis praecepta. Prologus: Opuscula theologica,* II, n. 1129, Ed. Taurinens. (1954), 245; cf. *Summa Theologiae,* I-II, q. 91, a. 2; *Catholicae Ecclesiae Catechismus,* n. 1955.**

[20] **Cf. S. MAXIMUS CONFESSOR, *Quaestiones ad Thalassium,* q. 64: *PG* 90, 723-728.**

Foedere Antiquo promissionis obiectum si erat possessio terrae in qua populus vitam ageret in libertate et secundum iustitiam (cf. *Dt* 6, 20-25); in Novo Foedere promissionis obiectum est « regnum caelorum », sicut declarat Iesus iniens « Sermonem in Monte » — sermonem in quo amplissima et perfectissima forma novae Legis continetur (cf. *Mt* 5, 7) —, perspicue congruentem cum Decalogo a Deo Moysi concredito in monte Sinai. Eandem Regni rerum veritatem repetit locutio « vita aeterna », quae est eiusdem vitae Dei participatio; expletur in plenitudine sua tantum post mortem, at iam nunc est in fide veritatis lumen, significationis fons pro vita, plenitudinis incipiens participatio in Christo sectando. Dicit enim Iesus discipulis post occursum adulescentis divitis: « Omnis, qui reliquit domos vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit » *(Mt* 19, 29).

13. Iesu responsio satis non est adulescenti, qui perstat interrogans Magistrum de mandatis servandis: «Dicit illi: "Quae?"» *(Mt* 19, 18). Quaerit quid sibi faciendum sit in vita ut Dei sanctitatis agnitio manifestetur. Postquam adulescentis mentem in Deum convertit, Iesus ei commemorat Decalogi mandata quae pertinent ad proximum: « Iesus dixit: "Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, honora patrem et matrem, diliges proximum tuum sicut teipsum" » *(Mt 19,* 18-19).

Ex colloquii contextu et, praesertim, ex comparatione Matthaei textus cum Lucae et Marci locis parallelis, patet Iesum non recensere velle omnia et singula mandata ad « ingrediendum in vitam » necessaria, sed potius adulescentem commonefacere « naturae centralis » Decalogi prae quovis alio praecepto, utpote quae id interpretetur, quod homini significet « Ego sum Dominus, Deus tuus ». Nostram attentionem effugere non potest quae sint Legis mandata de quibus Dominus, ante omnia et peculiariter, adulescentem monet: quaedam sunt mandata, quae ad « alteram tabulam », quae dicitur, Decalogi pertinent, quorum summarium et fundamentum est mandatum amoris proximi: « Dilige proximum tuum sicut teipsum » *(Mt* 19, 19; cf. *Mc* 12, 31). Hoc mandato proprie significatur peculiaris dignitas personae humanae quae est «sola creatura quam Deus in terris propter seipsam voluit ».[21] Diversa Decalogi mandata reapse nihil aliud sunt quam repercussa unius mandati pertinentis ad bonum personae, eadem ratione qua multiplicia bona notant ipsius identitatem naturae spiritalis et corporeae quod

[21] **CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 24.**

attinet ad Deum, ad proximum adque rerum creatarum universum. Sicut fert *Catholicae Ecclesiae Catechismus,* « decem mandata ad Dei Revelationem pertinent; eodem autem tempore nos veram hominis humanitatem docent. Officia essentialia in luce ponunt et, idcirco, indirecto, iura fundamentalia naturae personae humanae inhaerentia ».[22]

Mandata, quorum Iesus adulescentem commonefacit quocum loquitur, bonum tutantur personae humanae, Dei imaginis, per eius bonorum tutelam. « Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices» normae morales sunt, quae verbis vetantibus sunt expressae. Praecepta negativa fortius significant postulatum absolutum tuendi vitam humanam, communionem personarum in matrimonio, possessionem privatam, veritatis amorem, bonam famam.

Sunt quidem mandata fundamentales condiciones ad proximi amorem; eiusdemque insuper exstant recognitio. Primam constituunt mansionem in itinere erga libertatem et eius initium: «Prima est ergo libertas — scribit sanctus Augustinus — carere criminibus... sicuti est homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium et cetera huiusmodi. Cum coeperit ea non habere homo (debet autem non habere omnis christianus homo), incipit caput erigere ad libertatem; sed ista inchoata est, non perfecta libertas... ».[23]

14. Hoc profecto non significat Christum velle amor proximi praecedat vel is a Dei amore separetur. Contrarium verum est, sicut apparet ex eius dialogo cum legis doctore: huic enim, qui ex eo simillima quaerit ac adulescens, duo mandata amoris Dei et proximi indicat (cf. *Lc* 10, 25-27), monens solam eorum observantiam ad vitam aeternam ducere: « Hoc fac et vives » *(Lc* 10, 28). Significans quoquo modo est alterum prorsus horum mandatorum Legis doctoris curiositatem concitare atque interrogationem: «Quis est meus proximus? » *(Lc* 10, 29). Magister per parabolam boni Samaritani respondet; quae parabola cardo est ad intellegendum proximi amoris mandatum (cf. *Lc* 10, 30-37).

Duo mandata, ex quibus « universa Lex pendet et Prophetae » *(Mt* 22, 40), inter se arte coniuncta sunt et penetrant. Eorum indissolubilem unitatem Christus suis verbis suaque vita testificatur: eius missio ad summum pervenit in Cruce, quae redimit (cf. *Io* 3, 14-15), quae est signum ipsius indivisibilis in Patrem inque genus humanum amoris (cf. *Io* 13, 1).

[22] *Catholicae Ecclesiae Catechismus,* n. 2070.

[23] *In Iohannis Evangelium Tractatus,* 41, 10: *CCL* 36, 363.

Ceteroqui, cum Vetus tum Novum Foedus clare affirmant sine proximi amore, qui expletur per mandatorum observantiam, verum Dei amorem non esse possibilem. Id singulari cum vi sanctus Ioannes scribit: « Si quis dixerit: "Diligo Deum", et fratrem suum oderit, mendax est; qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, non potest diligere » *(1 Io* 4, 20).

Evangelista morali Christi praedicationi consonat, miro et indubitato modo indicatae in parabola boni Samaritani (cf. *Lc* 10, 30-37) et in « sermone » de ultimo iudicio (cf. *Mt* 25, 31-46).

15. In « Sermone super Monte », qui disciplinae moralis evangelicae est magna charta,[24] Iesus dicit: « Nolite putare quoniam veni solvere legem aut Prophetas; non veni solvere, sed adimplere » *(Mt* 5, 17). Christus est Scripturarum clavis: « Scrutamini Scripturas: illae sunt quae testimonium perhibent de me » (cf. *Io* 5, 39); ipse est centrum oeconomiae salutis, Veteris et Novi Testamenti recapitulatio, Legis promissorum eorumque expletionis in Evangelio; vinculum est vivum aeternumque inter Vetus Novumque Foedus. Pauli sententiam illustrans «Finis Legis est Christus» *(Rom* 10, 4), sanctus Ambrosius scribit: « Non defectus utique, sed plenitudo legis in Christo est; quia venit legem non solvere, sed implere. Sicut enim Testamentum est Vetus, sed omnis veritas in Novo est Testamento: ita et lex per Moysen data figura legis est. Vere ergo illa lex veritatis exemplar est ».[25]

Iesus ad plenitudinem adducit mandata Dei, praesertim mandatum amoris proximi, ipsius postulata ad altiorem praestantioremque adducens rationem: proximi amor oritur ex corde quod amat, et quod, ex eo quod amat, valet praestantissima postulata implere. Iesus ostendit mandata haberi non posse terminum minimum non praetereundum, sed potius semitam quae patet ad morale spiritaleque perfectionis iter, cuius anima est amor (cf. *Col* 3, 14). Sic mandatum « Non occides » fit invitatio ad amorem sollicitum qui vitam proximi tuetur ac fovet; mandatum vetans adulterium fit invitatio ad intemeratum contuitum, qui valet corporis nuptialem significationem vereri: « Audistis quia dictum est antiquis: Non occides; qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: qui nascitur fratri suo, reus erit iudicio... Audistis quia dictum est: Non moechaberis; ego autem dico vobis: Omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo » *(Mt* 5, 21-22, 27-28). Iesus ipse est viva

[24] Cf. S. AUGUSTINUS, *De Sermone Domini in Monte,* I, 1, 1: *CCL* 35, 1-2.

[25] *In Psalmum CXVIII Expositio,* sermo 18, 37: *PL* 15,1541; cf. S. CHROMATIUS AQUILEIENSIS, *Tractatus in Matthaeum,* XX, I, 1-4: *CCL* 9/A, 291-292.

Legis « adimpletio » quatenus ipse germanam Legis significationem implet sui ipsius dono toto: Ipse fit Lex personalis et viva, quae ad sui adsectationem invitat, gratiam per Spiritum donat communicandi ipsius vitam eiusque amorem atque robur praebet ad eum testificandum in electionibus atque operibus (cf. *Io* 13, 34-35).

« Si VIS PERFECTUS ESSE » *(Mt* 19, 21)

16. De mandatis responsio non satisfacit adulescenti, qui Iesum percontatus « Omnia haec custodivi. Quid adhuc mihi deest? » *(Mt* 19, 20). Est sane res difficilis posse tuta conscientia affirmare: « Omnia haec custodivi », si recte perpenditur pondus postulatorum Lege Dei conclusorum. Atque, tametsi ille eiusmodi dat responsionem atque ab adulescentia firmiter magnoque animo optimam doctrinae moralis speciem custodivit, dives adulescens agnoscit se longe abesse a meta: coram Iesu animadvertit se aliqua re carere. Huius inopiae conscientiam compellat Iesus postrema sua responsione: desiderium deprehendens plenitudinis quae mandatorum interpretationem plane legitimam exsuperet, Magister bonus adulescentem invitat, ut perfectionis viam ingrediatur: « Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes, et da pauperibus et habebis thesaurum in caelo; et veni, sequere me » *(Mt* 19, 21).

Sicut praecedens Christi responsionis locus, ita et hic legendus et interpretandus est in contextu universi nuntii moralis Evangelii, et praesertim, in contextu Sermonis in Monte habiti, de beatitudinibus (cf. *Mt* 5, 3-12) quarum prima est sane pauperum beatitudo, « pauperum spiritu », uti Matthaeus definit *(Mt* 5, 3), id est humilium.

Hoc sub respectu affirmari potest beatitudines quoque in responsione contineri quam Iesus ad adulescentem interrogantem dat: « Quid boni faciam, ut habeam vitam aeternam? ». Omnis namque beatitudo promittit, singulari sua ratione, illud prorsus « bonum », quod hominem aperit vitae aeternae, immo ipsum est vita aeterna.

Beatitudines proprie non peculiares agendi normas statuunt, sed de habitibus deque exsistentiae fundamentalibus affectibus loquuntur, ideoque non idem ad amussim valent ac mandata. Ceterum beatitudines et mandata non sunt separata nec extranea inter se vel alienatio inter beatitudines et mandata: utraque ad bonum pertinent, ad vitam aeternam. Sermo in Monte nuntio octo beatitudinum incipit, sed necessitudinem etiam continet cum mandatis (cf. *Mt* 5, 20-48). Eodem tempore Sermo ille apertionem et directionem mandatorum ostendit ad prospectum perfectionis, quae pro-

pria est beatitudinum. Hae sunt, imprimis, promissiones, e quibus manant oblique etiam vitae moralis praescriptiones. In sua nativa altitudine sunt quaedam Christi imago ab ipso picta et, ob id ipsum, adhortationes sunt ad eum sequendum adque vitam cum Ipso communicandam.[26]

17. Nescimus quousque Evangelii adulescens altam ac severam sententiam prioris Iesu responsi intellexerit: « Si vis ad vitam ingredi, serva mandata »; certum tamen est curam, quam adulescens manifestat de observantia omnium mandatorum moralium, necessarium esse agrum, in quo germinare et maturescere possit perfectionis desiderium, id est effectionis eorum significationis in Christi adsectatione. Iesu colloquium cum adulescente nos adiuvat ut intellegamus condiciones ad incrementum morale hominis ad perfectionem vocati: adulescens, qui mandata servavit, non aptum se ostendit solis viribus suis ad subsequentem gradum faciendum: ad quem faciendum matura hominis libertas requiritur: « Si vis », atque divinae gratiae donum: « Veni, sequere me ».

Perfectio exigit illam donationis sui maturitatem ad quam vocatur hominis libertas. Adulescenti Iesus mandata indicat tamquam primam condicionem necessariam ad vitam aeternam habendam, cum relictio omnium, quae iuvenis possidet, et Domini assectatio speciem induant condicionis: «Si vis... ». Iesu verbum denotat peculiarem dynamicen auctionis libertatis ad suam ipsius maturitatem et simul testatur nexum libertatis cum lege divina. Hominis libertas atque Dei lex non repugnant inter se, sed, contra, invicem se revocant. Christi discipulus novit suam esse ad libertatem vocationem: «Vos enim in libertatem vocati estis, fratres » *(Gal* 5, 13), cum gaudio et animo celso apostolus Paulus profitetur. Statim autem distinguit: « Tantum ne in occasionem detis carni, sed per caritatem servite invicem » *(ibid.)*. Firmitas qua Paulus obstat iis qui purgationem suam Legi committunt, nihil commune habet cum falsa hominis « liberatione » a praeceptis, quae contra usui serviunt amoris: « Qui enim diligit proximum, legem implevit. Nam: Non adulterabis, non occides, non furaberis, non concupisces, et si quod aliud mandatum, in hoc verbo recapitulantur: Diliges proximum tuum tamquam teipsum » *(Rom* 13, 8-9).

Ipse sanctus Augustinus, postquam de mandatorum observantia est locutus veluti de prima imperfecta libertate, sic pergit: « Quare, inquit aliquis, non est perfecta libertas? Quia "video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae"... Ex parte libertas, ex parte servitus: non-

Cf. *Catholicae Ecclesiae Catechismus,* n. 1717.

dum tota, nondum pura, nondum plena libertas, quia nondum aeternitas. Habemus enim ex parte infirmitatem, ex parte accepimus libertatem. Quidquid peccatum est a nobis, antea deletum est in baptismo. Numquid quia deleta est tota iniquitas, nulla remansit infirmitas? Si non remansisset, sine peccato hic viveremus. Quis autem audeat hoc dicere nisi superbus, nisi misericordia liberationis indignus?... Ergo ex eo quod remansit aliquid infirmitatis, audeo dicere, ex qua parte servimus Deo, liberi sumus; ex qua parte servimus legi peccati, adhuc servi sumus ».[27]

18. Qui « carni subiectus est » Dei legem sentit tamquam onus, immo tamquam negationem aut, quoquo modo, propriae libertatis imminutionem; qui, contra, amore movetur atque «Spiritu ambulat» *(ci. Gal* 5, 16) et ceteris servire cupit, in lege Dei viam invenit fundamentalem et necessariam ad amorem colendum libere electum et exercitum; immo interiorem animadvertit vehementiam — veram « necessitatem », non autem impulsionem — non considendi in minimis postulatis legis, sed haec postulata exsequendi in eorum « plenitudine ». Agitur de itinere adhuc incerto et infirmo quoadusque in terra vivimus, sed quod perfici potest per gratiam quae efficit ut habeamus plenam filiorum Dei libertatem (cf. *Rom* 8, 21), ideoque responsum vita nostra morali demus excelsae vocationi qua facti sumus « filii in Filio ».

Haec ad amorem perfectum vocatio nullo modo in aliquos tantum homines contrahitur. Invitatio «vade, vende, quae habes, et da pauperibus », una cum promissione «habebis thesaurum in caelo» pertinet ad omnes, quia per eam redicitur adimpletur mandatum amoris erga proximum, sicut et subsequens invitatio « veni, sequere me » est nova finita forma mandati amoris Dei. Mandata et divitis adulescentis a Iesu invitatio exstant unius indivisibilis caritatis ministerium, quae sponte sua ad perfectionem tendit, cuius mensura unus Deus est: « Estote ergo vos perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est» *(Mt* 5, 48). In Lucae Evangelio Iesus ulterius eiusmodi perfectionis sensum definit: «Estote misericordes, sicut et Pater vester misericors est » *(Lc* 6, 36).

« VENI, SEQUERE ME » *(Mt* 19, 21)

19. Via simulque huius perfectionis natura stat in Christi assectatione, in Christo sequendo, propriis relictis bonis atque etiam semetipso. Haec prorsus est colloquii Iesu cum adulescente conclusio: « Et veni, sequere

[27] ***In Iohannis Evangelium Tractatus,* 41, 10: *CCL* 36, 363.**

me» *(Mt* 19, 21). Est haec invitatio cuius mira altitudo plene sane a discipulis percipietur post Christi resurrectionem, cum Spiritus Sanctus deducet eos in omnem veritatem (cf. *Io* 16, 13).

Iesus ipse initia ponit eum invitat, ut se sequatur. Primi hac invitatione vocatur ii, quibus ipse peculiare munus concredit, Duodecim praesertim: sed patet etiam esse discipulos Christi cuiusvis credentis esse condicionem (cf. *At* 6, 1). Qua de re Christum sequi fundamentum est essentiale et proprium doctrinae moralis christianae; sicut populus Israel sequebatur Deum, qui per desertum eum dueebat ad Terram promissionis (cf. *Ex* 13, 21), ita discipulus Iesum sequi debet, ad quem Pater ipse attrahit eum (cf. *Io* 6, 44).

Non solum agitur hic de doctrina audienda et de accipiendo per oboedientiam mandato, sed, altius, de adhaerendo ad ipsam Christi personam, de vita cum Eo communicanda Eiusque sorte, de Eius amanti liberaque oboedientia participanda. Illum, qui Sapientia est incarnata, fidei assensione sequendo, discipulus Iesu vere fit Dei discipulus (cf. *Io* 6, 45). Etenim Iesus est lux mundi, lux vitae (cf. *Io* 8, 12); pastor est qui oves ducit et nutrit (cf. *Io* 10, 11-16), est via, veritas et vita (cf. *Io* 14, 6); is est qui ad Patrem adducit, adeo ut eum videre, Filium nempe, idem valeat ac Patrem videre (cf. *Io* 14, 6-10). Quapropter Filium imitari, qui est «imago Dei invisibilis» *(Col* 1, 15), Patrem imitari significat.

20. Iesus postulat ut suis vestigiis insistamus et in amoris sui via ambulemus, amoris nimirum qui fratribus se totum dat propter amorem Dei: « Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos » *(Io* 15, 12). Hoc « sicut » postulat Christi imitationem, eius sane caritatis, quae pedum lavatione significatur: « Si ergo ego lavi vestros pedes, Dominus et Magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut, quemadmodum ego feci vobis, et vos faciatis » *(Io* 13, 14-15). Iesu ratio agendi Eiusque verba, Eius actiones atque praecepta, sunt regula moralis vitae christianae. Hae namque Eius actiones et, praecipue, Eius passio et in cruce mors, Eius in Patrem inque homines amoris sunt viva revelatio. Hunc ipsum amorem petit Iesus ut imitentur quotquot eum sequuntur. Is est mandatum « novum »: « Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem; sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem. In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis: si dilectionem habueritis ad invicem » *(Io* 13, 34-35).

Haec particula « sicut » indicat etiam mensuram qua Iesus amavit, et qua eius discipuli debent invicem amare. Postquam dixit: « Hoc est prae-

ceptum meum: ut diligatis invicem, sicut dilexi vos » *(Io* 15, 12), Iesus verba dicere pergit, quae vitae eius donum sacrificale in cruce indicant, eius amoris usque «in finem» testimonium *(Io* 13, 1): «Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis » *(Io* 15, 13).

Adulescentem invitans ad se sequendum in perfectionis via, Iesus ab eo petit ut perfectus sit in amoris mandato, in « suo » mandato: ut se inserat in integrae donationis actum, ut imitetur videlicet et eundem ac Magistri « boni » excolat amorem, Eius qui « usque in finem » amavit. Hoc Iesus a quolibet requirit homine qui velit in Eius adsectatione se ponere: « Si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me» *(Mt* 16, 24).

21. Sequi Christum non simplex est exterior imitatio, quia ad intima hominis pertinet. Iesu discipulos esse significat Ei conformes fieri, qui servus factus est usque ad sui ipsius donationem in cruce (cf. *Ph* 2, 5-8). Per fidem Christus habitat in corde credentium (cf. *Eph* 3, 17), atque hac ratione discipulus Domino suo assimulatur Eique conformatur. Hoc est gratiae fructus atque praesentiae Spiritus Sancti in nobis agentis.

In Christum insertus christianus fit membrum ipsius Corporis, quod est Ecclesia (cf. *1 Cor* 12, 13. 27). Spiritu concitante, Baptismus penitus conformat fidelem Christo in paschali mortis et resurrectionis mysterio, eum induit Christo (cf. *Gal* 3, 27): «gratulemur et agamus gratias — clamat sanctus Augustinus baptizatos alloquens —, non solum nos christianos factos esse, sed Christum (...). Admiramini, gaudete: Christus facti sumus! ».[28] Mortuus peccato, baptizatus novam accipit vitam (cf. *Rom* 6, 3-11): vivens per Deum in Christo Iesu, vocatur ad ambulandum secundum Spiritum adque manifestandum eius fructus in vita sua (cf. *Gal* 5, 16-25). Participatio dein Eucharistiae, Novi Foederis sacramenti (cf. *1 Cor* 11, 23-29), est culmen conformationis Christo, « vitae aeternae » fonti (cf. *Io* 6, 51-58), principium et robur doni integri sui ipsius, cuius Iesus — sicut testatur Paulus — memoriam facere iubet in mysteriis celebrandis inque vita: « Quotiescumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiatis donec veniat » *(1 Cor* 11, 26).

« APUD DEUM OMNIA POSSIBILIA SUNT » *(Mt* 19, 26)

22. Insuavis quidem est conclusio colloquii Iesu cum divite adulescente: «Cum audisset autem adulescens verbum, abiit tristis; erat enim habens

[28] ***In Iohannis Evangelium Tractatus,* 21, 8: *CCL* 36, 216.**

multas possessiones» (*Mt* 19, 22). Non homo dives tantum, sed et ipsi discipuli conturbantur appellatione quam Iesus profert ut eum sectentur, cuius sane postulata humanas appetitiones et vires exsuperant: «Auditis autem his, discipuli mirabantur valde dicentes: "Quis ergo poterit salvus esse?" » (*Mt* 19, 25). At Magister remittit ad Dei potentiam: « Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt » (*Mt* 19, 26).

Eodem in Matthaei Evangelii capitulo (19, 3-10), Iesus Moysis Legem de matrimonio interpretans, repudii ius reicit, ad gravius primigeniusque « principium » reducens Legis Moysis observantiam: Dei nativum propositum de homine, ad quod homo post peccatum factus est impar: « Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras; ab initio autem non sic fuit » (*Mt* 19, 8). Commemoratio « principii » conturbat discipulos, qui his verbis interpretantur: « Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere » (*Mt* 19, 10). Et Iesus, peculiari ratione se revocans ad caelibatus charisma « propter regnum caelorum » (*Mt* 19, 12), sed generalem enuntians normam, ad novam miramque remittit facultatem a Dei gratia homini praebitam: « Qui dixit eis: "Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est" » (*Mt* 19, 11).

Christi amorem imitari et restituere homo non potest solis viribus suis: aptus ille fit ad hunc amorem tantum per donum acceptum. Sicut Dominus Iesus a Patre suo amorem accipit, sic ille vicissim gratuito eum cum discipulis communicat: « Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos; manete in dilectione mea» (*Io* 15, 9). Donum Christi est ipsius Spiritus, cuius primus « fructus » (cf. *Gal* 5, 22) est caritas: « Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis » (*Rom* 5, 5). Secum quaerit sanctus Augustinus: « Dilectio facit praecepta servari, an praecepta servata faciunt dilectionem? Sed quis ambigat quod dilectio praecedit? Unde enim praecepta servet non habet, qui non diligit ».[29]

23. « Lex enim Spiritus vitae in Christo Iesu liberavit te a lege peccati et mortis » (*Rom* 8, 2). His verbis apostolus Paulus nos immittit in considerationem cognationis inter legem (antiquam) et gratiam (novam legem) sub prospectu historiae Salutis quae in Christo impletur. Agnoscit ille munus institutorium Legis, quae homini peccatori facultatem tribuens metiendi impotentiam suam atque ab eo plenae suae sufficientiae iactantiam auferens, eum adaperit ad invocandam accipiendamque _« vitam in Spiritu». Tantum hac in vita nova fit plana mandatorum Dei observantia. Etenim

[29] ***In Iohannis Evangelium Tractatus,* 82, 3: *CCL* 36, 533.**

per fidem in Christo iustificamur (cf. *Rom* 3, 28): quam « iustitiam » lex postulat sed nemini dare potest, christifidelis quivis ostensam invenit atque datam a Domino Iesu. Sic adhuc mirum in modum sanctus Augustinus breviter astringit Pauli dialecticam de lege et gratia: «Lex ergo data est, ut gratia quaereretur, gratia data est, ut lex impleretur ».[30]

Amor et vita secundum Evangelium cogitari nequeunt in primis sub praecepti ratione, quia postulant quod hominis vires praetergreditur: ea effici possunt tantum quatenus sunt fructus donationis Dei, qui hominis cor ad sanitatem perducit, reiicit atque transformat per gratiam suam: « Quia lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum Christum facta est» (io 1, 17).

Propter hoc vitae aeternae promissio coniungitur cum gratiae dono, atque Spiritus donum quod accepimus iam fit « arrabon hereditatis nostrae »-(.SpA 1, 14).

24. Patefit hoc modo peculiaris atque nativa species mandati amoris et perfectionis in quam ille intendit: agitur quidem de facultate homini tantum praebita a gratia, a Dei dono eiusque amore. Ceterum, conscientia se recepisse donum et possidere in Christo Iesu amorem Dei prodit sustentatque responsionem officii plenam amoris integri in Deum et inter fratres, sicut sane instanter meminit apostolus Ioannes in prima sua Epistula: « Carissimi, diligamus invicem, quoniam caritas ex Deo est, et omnis, qui diligit, ex Deo natus est et cognoscit Deum. Qui non diligit, non cognovit Deum, quoniam Deus caritas est...

Carissimi, si sic Deus dilexit nos, et nos debemus alterutrum diligere... Nos diligimus, quoniam ipse prior dilexit nos » *(1 Io* 4, 7-8. 11. 19).

Hic nexus indivisibilis inter Domini gratiam et hominis libertatem, inter donum et munus, a sancto Augustino explahatus est his simplicibus altisque verbis: « Da quod iubes et iube quod vis ».[31]

Donum non minuit, sed corroborat amoris morale postulatum: « Hoc est mandatum eius, ut credamus nomini Filii eius Iesu Christi et diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis » (2 *Io* 3, 23). Licet « manere-» in dilectione solum cum mandata servantur, sicut Iesus declarat: « Si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut ego Patris mei praecepta servavi et maneo in eius dilectione » *(I Io* 15, 10).

Colligens quae ad intimum moralem nuntium Iesu pertinent et ad Apostolorum praedicationem, atque mira quadam synthesi magnam proponens

[30] ***De spiritu et littera,* 19, 34: *CSEL* 60, 187.**

[31] ***Confessiones,* X, 29, 40: *CCL* 27, 176; cf. *De gratia et libero arbitrio,* XV: *PL* 44, 899.**

Patrum Orientalium et Occidentalium traditionem — praesertim vero sancti Augustini[32] — sanctus Thomas affirmat Legem Novam esse Spiritus Sancti gratiam per fidem in Christo datam.[33] Exteriora praecepta de quibus Evangelium loquitur ad hanc praeparant gratiam vel ipsius effectus in vita edunt. Etenim Nova Lex non dicit tantum quod faciendum est, sed insuper confert robur « ad faciendam veritatem » (cf. *Io* 3, 21). Eodem tempore sanctus Ioannes Chrysostomus animadvertit Novam Legem promulgatam esse cum Spiritus Sanctus descendit a caelo die Pentecostes, atque pergit: Apostoli « non ex monte descenderunt tabulas manibus gestantes, ut Moyses; sed Spiritum in mente circumferentes... ipsi quoque libri viventes atque leges per gratiam effecti ».[34]

« ET ECCE EGO VOBISCUM SUM OMNIBUS DIEBUS USQUE AD CONSUMMATIONEM SAECULI » *(Mt* 28, 20)

25. Iesu colloquium cum divite adulescente pergit, resonare, ratione quadam, qualibet historiae aetate, etiam nunc. Interrogatio: « Magister, quid boni faciam, ut habeam vitam aeternam? » oritur in corde cuiuslibet hominis, atque semper Christus unus praebet plenam finitamque responsionem. Magister, qui Dei mandata docet, qui ad se sequendum invitat quique gratiam donat ad novam vitam, semper adest atque operatur in medio nostri, secundum promissionem: « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi » *(Mt* 28, 20). Identitas temporis Christi et hominis cuiusvis aetatis fit in ipsius corpore, quod est Ecclesia: hac de causa Dominus discipulis suis promisit Spiritum Sanctum, qui commemoraret eis eosque doceret mandata sua (cf. *Io* 14, 26), atque futurus esset principium saliens ad novam in mundo vitam (cf. *Io* 3, 5-8; *Boni* 8, 1-13).

Praecepta moralia a Deo data in Vetere Foedere atque nobis perfecta exhibita in Novo illo et Aeterno Foedere per ipsum Dei Filium hominem factum, fideliter quidem sunt custodienda assidueque ad effectum deducenda a diversis culturis per saeculorum decursum. Eorum interpretationis munus ab Iesu Apostolis eorumque successoribus est concreditum, veritatis Spiritu assistente: «Qui vos audit, me audit» *(Lc* 10, 16). Hoc Spiritu illustrante et roborante Apostoli suum impleverunt munus praedicandi Evangelium atque ostendendi « viam » Domini (cf. *At* 18, 25), docentes in primis Christi assectationem imitationemque: « Mihi vivere est Christus » *(Ph* 1, 21).

[32] **Cf. *De spiritu et littera,* 21, 36; 26, 46: *CSEL* 60, 189-190; 200-201.**

[33] **Cf. *Summa Theologiae,* I-II, q. 106, a. 1, conclus, et ad 2.**

[34] ***In Matthaeum,* hom. I, 1: *PG* 57, 15.**

26. In morali Apostolorum catechesi, cum adhortationibus atque significationibus cum rebus historicis culturalibusque coniunctis, est doctrina ethica certis vitae rationis normis praedita: hoc colligitur ex eorum Epistulis, quae exhibent, Spiritu Sancto rectam, explanationem praeceptorum Domini ad effectum deducendorum variis in culturalibus rerum adiunctis (cf. *Rom* 12, 15; *1 Cor* 11-14; *Gal* 5-6; *Eph* 4-6; *Col* 3-4; *1 Petr* et *la).* Missi ad Evangelium praedicandum, Apostoli inde ab Ecclesiae ortu, suo ducti pastorali munere, prospexerunt probitati morum christianorum,[35] eadem ratione qua consuluerunt fidei integritati atque supernorum munerum traditioni per sacramenta.[36] Primi christiani, sive ab Iudaeorum populo sive a Gentibus provenientes, differebant ab ethnicis non solum propter suam fidem suamque liturgiam, verum etiam ob testimonium moralis rationis agendi, quae ad Novam Legem pertinet.[37] Etenim Ecclesia fidei simulque vitae communio est: ipsius norma est « fides quae per caritatem operatur » *[Gal* 5, 6).

Nulla laceratio debet insidiari concordiae inter fidem et vitam: Ecclesiae unitati vulnus infligitur non solum a christianis fidei veritatem respuentibus vel e vertentibus, sed etiam ab iis qui moralia neglegunt officia ad quae eos vocat Evangelium (cf. *1 Cor* 5, 9-13). Fortiter quidem Apostoli respuerunt quodlibet inter curam cordis dissidium et actus eam enuntiantes et comprobantes (cf. *1 Io 2,* 3-6). Inde ab aetate Apostolica Ecclesiae Pastores patenter arguerunt agendi rationes eorum qui doctrina sua suisque moribus divisioni favebant.[38]

27. Fidem atque moralem doctrinam promovendi custodiendique in Ecclesiae unitate munus est ab Iesu Apostolis concreditum (cf. *Mt* 28, 19-20), idque munus continuatur in eorum successorum ministerio. Hoc invenitur in viva Traditione per quam — sicut asserit Concilium Oecumenicum Vaticanum II — «Ecclesia in sua doctrina, vita et cultu, perpetuat cunctisque generationibus transmittit omne quod ipsa est. Haec quae est ab Apostolis Traditio sub assistentia Spiritus Sancti in Ecclesia proficit».[39] In Spiritu Ecclesia accipit atque transmittit Sacras Scripturas veluti testimonium

[35] Cf. S. IRENAEUS, *Adversus haereses,* IV, 26, 2-5: *SCh* 100/2, 718-729.

[36] Cf. S. IUSTINUS, *Apologia,* I, 66: *PG* 6, 427-430.

[37] Cf. *1 Pe* 2, 12 ss.; cf. *Didaché,* II, 2: *Patres Apostolici,* ed. F. X. FUNK, I, 6-9; CLEMENS ALEXANDRINUS, *Paedagogus,* I, 10; II, 10: *PG* 8, 355-364; 497-536; TERTULLIANUS, *Apologeticum,* IX, 8: *CSEL,* 69, 24.

[38] Cf. S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, *Ad Magnesios,* VI, 1-2: *Patres Apostolici,* ed. F. X. FUNK, I, 234-235; S. IRENAEUS, *Adversus haereses,* IV, 33, 1.6.7: *SCh* 100/2, 802-805; 814-815; 816-819.

[39] Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 8.

«magnarum rerum» quas Deus operatur in historia (cf. *Lc* 1, 49), per Patrum Doctorumque os confitetur veritatem Verbi incarnati, ipsius praecepta ad effectum deducit caritatemque in Sanctorum Sanctarumque vita Martyrumque sacrificio, ipsius celebrat spem in Liturgia: per ipsam Traditionem christifideles recipiunt « vivam vocem Evangelii »,[40] veluti sapientiae divinaeque voluntatis fidam significationem.

In interiore Traditione evolvitur, Spiritu Sancto custodíente, authentica interpretatio legis Domini. Idem Spiritus, qui est fons Revelationis mandatorum atque praeceptionum Iesu, cavet ut religiose custodiantur, fideliter explanentur apteque accomodentur per temporum rerumque varietatem. Eiusmodi mandatorum « ad effectum rem deductio » signum est fructusque altioris inquisitionis in Revelationem atque comprehensionis novarum rerum historicarum culturalemque sub fidei lumine. Ipsa tamen confirmet oportet revelationis continuam vim atque sese immittat in eandem interpretationem quam exhibet magna Traditio doctrinae vitaeque Ecclesiae, quarum sunt testes Patrum doctrina, Sanctorum vita, Ecclesiae liturgia atque Magisterii institutio.

Particulatim vero, sicut adfirmat Concilium, « munus authentice interpretandi verbum Dei scriptum vel traditum soli vivo Ecclesiae Magisterio concreditum est, cuius auctoritas in nomine Iesu Christi exercetur ».[41] Hac ratione Ecclesia in vita sua atque in sua doctrina se exhibet « columnam et firmamentum veritatis » *(1 Tim* 3, 15), etiam veritatis de morali agendi ratione. Etenim « Ecclesiae competit semper et ubique principia moralia etiam de ordine sociali annuntiare, necnon iudicium ferre de quibuslibet rebus humanis, quatenus personae humanae iura fundamentalia aut animarum salus id exigant ».[42]

Maxime de interrogationibus quae aetate hac nostra peculiarem reddunt disceptationem moralem atque circa quas novae ortae sunt propensiones atque opinationes, Magisterium, Iesu Christo obsequens atque Ecclesiae traditionem persequens, instantius animadvertit officium praebendi iudicium suum doctrinamque, ut hominibus opituletur iter facientibus erga veritatem atque libertatem.

[40] **Cf. Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 8.**

[41] ***Ibid.,* 10.**

[42] ***Codex Iuris Canonici,* can. 747, 2.**

CAPUT II

« NOLITE CONFORMARI HUIC SAECULO » {*Rom* 12, 2)

ECCLESIA ET NONNULLARUM OPINATIONUM THEOLOGIAE MORALIS HODIERNAE DISCRETIO

DOCERE QUAE SUNT SECUNDUM SANAM DOCTRINAM *(cf. Tit* 2, 1)

28. Considerantes dialogum inter Iesum et divitem iuvenem facile invenimus praecipua capita revelationis sive Veteris sive Novi Testamenti quod ad mores attinet. Quae sunt: hominis eiusque agendi rationis subordinata Deo, Qui « unus est bonus »; nexus in Dei mandatis perspicue inter morale bonum humanorum actuum et vitam aeternam; Christi ostensus quae homini perfecti amoris prospectum patefacit; et tandem Spiritus Sancti donum, fons et origo vitae moralis « novae Creaturae » (cf. *2 Cor* 5, 17).

De re morali cogitans Ecclesia semper ob oculos Iesu verba habuit, quibus Ipse iuvenem divitem est affatus, Scriptura enim Sacra semper Ecclesiae doctrinae moralis est fons vivus et felix, sicut sane meminit Concilium Vaticanum II: Evangelium est fons « omnis et salutaris veritatis et morum disciplinae ».[43] Ea nimirum fideliter servavit quae Dei verbum docet, non modo de veritate credenda, verum etiam de recta actione morali, de actione scilicet quae a Deo probatur (cf. *1 Th* 4, 1), doctrinalem progressum consequendo, qui similis est progressui veritatum credendarum.

A Spirito Sancto custodita, qui eam deducit ad omnem veritatem (cf. *Io* 16, 13), «Verbi incarnati mysterium» in quo « mysterium hominis vere clarescit Ecclesia numquam intermisit neque unquam scrutari intermittet.

29. Moralis Ecclesiae meditatio, quae semper effecta est sub Christi lumine, « Boni Magistri », explicata est etiam specie formave theologica, quae « theologia moralis » vocatur, quaeque est scientia quaedam quae divinam revelationem accipit et eandem interrogat, unaque rationis humanae postulatis respondet. Theologia moralis est meditatio quae ad « moralitatem » respicit, ad bonum scilicet et malum humanorum actuum et personae quae eosdem agit, et hoc sensu ad omnes homines spectat; sed est etiam « theologia », quatenus principium finemque moraliter agendi agnoscit in Eo qui

[43] **Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 7.**

[44] **CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 22.**

« solus bonus est », quique se homini in Christo dedens, vitae divinae beatitatem ei porrigit.

Concilium Vaticanum II hortatum est studiosos viros ut « specialem curam impendant Theologiae morali perficiendae, cuius scientifica expositio, doctrina S. Scripturae magis nutrita, celsitudinem vocationis fidelium in Christo illustret eorumque obligationem in caritate pro mundi vita fructum ferendi ».[45] Ab eodem Concilio theologi, « servatis propriis scientiae theologicae methodis et exigentiis, invitantur ut aptiorem modum doctrinam cum hominibus sui temporis communicandi inquirant, quia aliud est ipsum depositum seu Fidei veritates, aliud modus secundum quem enuntiantur, eodem tamen sensu eademque sententia ».[46] Quocirca omnes fideles invitantur, nominatim vero theologi: « Fideles ergo coniunctissime cum aliis suae aetatis hominibus vivant, et perfecte eorum cogitandi atque sentiendi modos, qui per ingenii cultum exprimuntur, percipere studeant ».[47]

Complurium theologorum conamina, Concilio Vaticano II adhortante, fructus iam protulerunt per ingeniosas et utiles cogitationes de fidei veritatibus credendis vitaeque accommodandis, aptius sensui et hominum nostrae aetatis interrogationibus exhibitis. Ecclesia autem, et Episcopi praesertim, quibus ante omnia institutionis ministerium demandavit Iesus Christus, grati nisum hunc recipiunt ac theologos pariter incitant ut continuent opus, quod altus atque verus moveat « Timor Domini principium scientiae» (cf. *Pr* 1, 7).

Eodem tempore in theologicis disputationibus post Concilium nonnullae tamen inductae sunt interpretationes moralis christianae quae cum « sana doctrina» non congruunt *(2 Tim* 4, 3). Profecto Ecclesiae Magisterium fidelibus non peculiarem theologicam methodum nedum philosophicam imponere vult, sed ut sancte custodiat et fideliter exponat *Dei Verbum*[48] id declarare debet quasdam theologorum propensiones vel quasdam philosophicas asseverationes minime congruere cum veritate revelata.[49]

30. Vos, Venerabiles Fratres in episcopatu, his Litteris Encyclicis alloquentes, principia edicere cupimus necessaria ad ea discernenda quae « sanae doctrinae » sunt contraria, elementa illa moralis praeceptionis Ecclesiae revocantes, quae hodie in periculo erroris, ambiguitatis vel oblivionis versari videntur.

[45] **Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius,* 16.**

[46] **Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 62.**

[47] ***Ibid.***

[48] **Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 10.**

[49] **Cf. CONC. OECUM. VAT. I, Const. dogm. de fide catholica *Dei Filius,* cap. 4: *DS,* 3018.**

Haec sunt ceteroqui elementa ex quibus pendet « responsum de reconditis condicionis humanae aenigmatibus, quae sicut olim et hodie corda hominum intime commoventi quid sit homo, quis sensus et finis vitae nostrae, quid bonum et quid peccatum, quem ortum habeant dolores et quem finem, quae sit via ad veram felicitatem obtinendam, quid mors, iudicium et retributio post mortem, quid demum illud ultimum et ineffabile mysterium quod nostram existentiam amplectitur, ex quo ortum sumimus et quo tendimus ».[50]

Hae autem aliaeque interrogationes, veluti: quid est libertas, et quae est eius cum veritate quam Dei lex complectitur necessitudo? quae sunt partes conscientiae in formanda morali hominis imagine? quomodo iura et humanae personae officia discernantur congruenter morali veritati?, summatim haec rogatione praecipua, quam iuvenis Evangelii Iesu admovit, comprehendi possunt: « Magister, quid boni faciam ut habeam vitam aeternam? ». Missa ab Iesu ut Evangelium praedicet et « doceat omnes gentes..., docens eas servare omnia, quaecumque » mandavit (cf. *Mt* 28, 19-20), Ecclesia hodie quoque Magistri responsionem repetit: haec eam lucem vinique habet ut quaestiones difficillimas et implicatissimas solvere possit. Haec ipsa lux atque vis Ecclesiam concitant ut usque explicet inquisitionem non modo dogmaticam, verum etiam moralem in ambitu quodam varias scientias complectente, sicut necesse est praesertim pro novis quaestionibus.[51]

Hac semper sub luce et vi Ecclesiae Magisterium discretionis officium exsequitur, monitum accipiens et restituens illud quod Paulus apostolus ad Timotheum convertebat: « Testificor coram Deo et Christo Iesu, qui iudicaturus est vivos ac mortuos, per adventum ipsius et regnum eius: praedica verbum, insta opportune, importune, argue, increpa, obsecra, in omni patientia et doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Tu vero vigila in omnibus, labora, opus fac evangelistae, ministerium tuum imple » *(2 Tim* 4, 1-5; cf. *Tt* 1, 10. 13-14).

« COGNOSCETIS VERITATEM ET VERITAS LIBERABIT VOS » *(Io* 8, 32)

31. Morales quaestiones quae maxime excutiuntur diverseque in morali aetatis nostrae inquisitione solvuntur, cum vexata quaestione, quamvis variis modis, nectuntur, quae est hominis libertas.

[50] **CONC. OECUM. VAT. II, Decl. de Ecclesiae habitudine ad religiones non-christianas *Nostra aetate,* 1.**

[51] **Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 43-44.**

Nullum est dubium quin aetas nostra peculiarem libertatis sensum consecuta sit. « Dignitatis humanae personae homines hac nostra aetate magis in dies conscii fiunt », ut asseruit iam conciliaris Declaratio de libertate religiosa quae incipit verbis Dignitatis humanae.[52] Hinc vindicatur facultas «ut in agendo homines proprio suo consilio et libertate responsabili fruantur et utantur, non coercitione commoti, sed officii conscientia ducti ».[53] Peculiariter autem libertatis religiosae ius aeque ac conscientiae observantia, quae procedit ad veritatem, magis magisque tanquam fundamentum ponitur personae iurium, simul iunctimque reputatorum.[54]

Sic acrior sensus dignitatis humanae personae eiusdemque unicitatis, pariter ac observantiae conscientiae progredientis, adeptio sane habetur solida hodierni cultus. Haec perceptio, in se vera, multiplices explanationes plus minusve aptas induxit, at nonnullae earum déclinant a veritate hominis, qua Dei creaturae et imaginis, ipsaeque ideo sunt emendandae vel corrigendae fidei sub lumine.[55]

32. A quibusdam autem scholis recentioribus tantum extollitur libertas ut habeatur aliquid absoluti, bonorum fons et origo. Semitas has ingrediuntur doctrinae quae transcendentiae amittunt significationem vel quae Deum prorsus denegant.

Conscientiis singulorum facultates tribuuntur quae proprie pertinent ad ultimam iudicii moralis sententiam, quae definit et sine errore statuit de bono et malo. Pro principio quod postulat suam quemque sequi debere conscientiam, illud iniuria ponitur principium quod declarat iudicium morale esse verum ex eo quod ex propria conscientia oritur. Sed hoc modo veritatis necessarium postulatum resolvitur ceditque iudicio sinceritatis, authenticitatis, « concordantiae secum », adeo ut perventum sit ad moralis iudicii opinationem positam omnino in privato iudicio.

Ut statim planeque patet, huic processui non est aliena crisis circa veritatem. Amissa notione veritatis universalis de bono quod ab humana mente percipi potest, necessario de conscientia opinio est immutata, quae iam

[5] **Decl. de libertate religiosa *Dignitatis humanae,* 1. Cf. quoque IOANNES PP. XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris* (11 Aprilis 1963): *AAS* 55 (1963) 279; *ibid.,* 265, et Pius PP. XII, *Nuntius radiophonicus* (24 Decembris 1944): *AAS* 37 (1945) 14.**

[53] **Decl. de libertate religiosa *Dignitatis humanae,* 1.**

[54] **Cf. Litt. Encycl. *Redemptor hominis* (4 Martii 1979), 17: *AAS* 71 (1979) 295-300; *Allocutio* V occurrente iurisperitorum colloquio internationali (10 Martii 1984), 4: *Insegnamenti* VII, 1 (1984) 656; CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Instr, de christiana libertate et liberatione *Libertatis conscientia* (22 Martii 1986), 19: *AAS* 79 (1987) 561.**

[55] **Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 11.**

suo in primigenio statu non consideratur, tamquam scilicet actus intellectus personae cuius est adhibere universalem cognitionem boni in peculiari quadam condicione et iudicium facere de honesto eligendo hic et nunc; eo tenditur ut personae conscientiae privilegium tribuatur statuendi autonoma ratione normam boni malique, indeque agendi. Mens haec arte coniungitur cum individualistica ethica, secundum quam quisque cum sua confertur veritate, quae ab aliorum veritate differt. Extrema si attingit, individualismus ad ipsam notitiam naturae humanae negandam perducit.

Hae discrepantes notiones sunt principia illarum opinionum quae dissidentiam asseverant inter legem moralem et conscientiam, inter naturam et libertatem.

33. Simul cum libertatis amplificatione, et inaudite illi refragrans, recens cultura hanc eandem libertatem penitus in controversiam adducit. Nonnullae tamen doctrinae, quae « scientiarum humanarum » uno nomine appellantur, merito animi intentionem in sociales et psychologicas potentias induxerunt, quae magnum habent pondus in libertate exercenda. Harum potentiarum cognitio et animi intentio in eas conversa, sunt adeptiones magni momenti, quae variis in provinciis existentiae sunt adhibitae, veluti ex. gr. in educandi arte et in iustitia administranda. At nonnulli, modos rationesque praetergredientes quae ex animadversionibus his deduci possunt, in dubium devocarunt vel denegaverunt ipsam libertatis humanae veritatem.

Memorandae sunt quoque aliquae perversae interpretationes circa scientificam inquisitionem in re anthropologica. Argumentando namque ex magna morum varietate, consuetudinum et institutionum, quae sunt inter homines pervenitur, si non ad hominum valores universales negandos, ad relativisticam saltem explanandam notionem rei moralis.

34. «Magister, quid boni faciam ut habeam vitam aeternam? ». Moralis interrogatio, cui Christus respondet, quaestionem de libertate praetermittere non potest, immo eam in eius centro collocat, quandoquidem sine libertate non datur moralitas: « nonnisi libere homo ad bonum se convertere potest».[56] Sed qua libertate? Concilium Oecumenicum Vaticanum II coram nostri temporis hominibus, qui « plurimi existimant » libertatem quam « studiose requirunt », quamque vero « saepe perverse colunt veluti si omnia liceant, dummodo placeant, malo quoque admisso », « veram » libertatem proponit. «Vera libertas est signum in homine clarissimum divinae imagi -

[56] **Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 17.**

nis. Voluit enim Deus hominem "relinquere in manu consilii sui" (cf. *Eccl* 15, 14), ita ut Creatorem suum sponte quaerat et Ubere ad plenam et beatam perfectionem ei inhaerendo perveniat ».[57] Si ius datur ut quisque observetur in itinere ad inquirendam veritatem, est tamen antea unicuique perquirendae veritatis gravis moralis obligatio eidemque cognitae adhaerescendi.[58] Hac mente Cardinalis I.H. Newmann, eximius iurium conscientiae vindicatur, asseverare consuevit magna cum vi: « Iura habet conscientia quia officia habet ».[59]

Nonnullae theologiae moralis opinationes nostrae aetatis, vim addentibus opinationibus subiectivisticis et individualisticis quas memoravimus, nova ratione interpretantur libertatis necessitudinem cum lege morali, cum hominum natura cumque conscientia, et innovaría iudicia de actionum morali aestimatione inducunt: quae sententiae, quamvis variae, eo vergunt, ut hebetent vel immo negent libertatis dependentiam a veritate.

Si de his opinionibus criticum iudicium ferre inducere volumus, quae videlicet agnoscat quid in iis sit legitimum, quod utile et validum et etiam ubi sint ambiguitas, pericula atque errores, easdem diiudicare debemus sub lumine libertatis ex veritate absolute pendentis: cuius subiectionis pondus clare et cum auctoritate Christi verba significant: « Et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos » *(Io* 8, 32).

I. LIBERTAS ET LEX

« De ligno autem scientiae boni et mali ne comeólas » (Gn 2, 17)

35. In libro Genesis legimus: « Praecepit que Dominus Deus homini dicens: "Ex omni ligno paradisi comede; de ligno autem scientiae boni et mali ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris" » *(Gn* 2, 16-17).

Hac imagine, docet Revelatio decernendi potestatem de bono maloque pertinere non ad hominem sed ad unum Deum. Liber est certe homo, quia ipse Dei mandata comprehendere et accipere potest. Ei quidem ampla est

[57] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 17.

[58] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Decl. de libertate religiosa *Dignitatis humanae,* 2; cf. quoque GREGORIUS PP. XVI, Litt. Encycl. *Mirari vos arbitramur* (15 Augusti 1832): *Acta Gregorii Papae XVI,* I, 169-174; Pius PP. IX, Litt. Encycl. *Quanta cura* (8 Decembris 1864): *Pii IX P.M. Acta,* 1, 3, 687-700; LEO PP. XIII, Litt Encycl. *Libertas praestantissimum* (20 Iunii 1888): *Leonis XIII P.M. Acta,* VIII, Romae 1889, 212-246.

[59] *Epistula excellentissimo duci Norfolkiensi missa: Certain Difficulties Felt by Anglicans in Catholic Teaching* (Uniform Edition: Longman, Green and Company, London, 1868-1881), vol. 2, p. 250.

libertas, quia « ex omni ligno paradisi » comedere potest; haec tamen libertas non est infinita, ipsa prae « ligno scientiae boni et mali » consistere debet, cum ei moralis norma, quam Deus, homini dat suscipienda sit: reapse hanc cum accipit homo, suam ipsius libertatem vere perficit. Deus, qui unus est bonus, perfecte novit id quod est bonum homini, atque suo ipsius motus amore hoc ei proponit in mandatis.

Quapropter Dei lex non deprimit eaque minus tollit hominis libertatem, immo eandem tutatur et promovet. Omnino aliter tamen quaedam hodiernae culturales propensiones fundamentum ponunt haud paucarum ethicarum opinionum quae cardinem habent cogitationis suae coniectam dissentionem inter libertatem et legem. Tales sunt doctrinae quae singulis hominibus vel socialibus coetibus facultatem tribuunt de bono et de malo decernendi: humana libertas «bona efficere» posset et primas maxime sustineret quoad veritatem, veluti si veritas ipsa haberetur a libertate effecta. Haec igitur talem autonomiam moralem sibi vindicaret, quae re sui ipsius absolutam dominationem designaret.

36. Recens autonomiae postulatio non praetermisit afficere etiam theologiam moralem catholicam. Si quidem ipsa numquam libertatem humanam ponere contra legem divinam voluit, nec umquam in controversiam vocavit fundamentum religiosum ultimum normarum moralium, tamen ad recognoscendam lacessita est rationis fideique partem in detegendis moralibus normis, quae ad mores « huius mundi » spectant, scilicet ad se, ad alios et ad rerum naturam.

Est autem fatendum postulata quaedam certa inveniri ipsa in origine huius conatus recognitionis, quae quidem maxima ex parte ad probatissimam translaticiam consuetudinem catholicae doctrinae pertinent. Concilio Oecumenico Vaticano II impellente,[60] data est opera dialogo cum hodierna cultura instituendo, in luce ponendo rationalem indolem — idcirco omnibus comprehensibilem et communicabilem — moralium normarum, quas moralis naturalisque lex complectitur.[61] Confirmata est porro interior proprietas ethicorum postulatorum quae ex ea oriuntur quaeque voluntati non imponuntur velut ex obligatione, nisi prius humana ratio, et reapse personalis conscientia, eadem agnovit.

Sed obliti humanam rationem ex divina Sapientia pendere atque in praesenti naturae lapsae statu divinam Revelationem necessariam esse eandemque re vera exsistere ad veritates morales cognoscendas naturalem

[60] **Cf. Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 40 et 43.**

[61] **Cf. S. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae,* I-II, q. 71, a. 6; vide quoque ad 5.**

quoque ordinem contingentes, quidam eo pervenerunt ut affirmarent rationem plene sui iuris esse quoad morales normas, quae rectam ordinationem vitae respiciunt in hoc mundo: quae normae in morali tantummodo « humana » versarentur, et legem significarent quam homo ipse sibi libere imponeret cuiusque origo ex ratione humana solummodo proficisceretur. Huius ideo legis minime Deus haberi posset Auctor, nisi eo quod humana ratio suam exerceret liberam legis effectionem propter Dei primigenium plenumque praeceptum homini datum. Hae opinationes, contra Sacram Scripturam et continuatam Ecclesiae doctrinam, illuc perduxerunt ut negaretur moralem legem naturalem Deum auctorem habere, atque hominem sua utentem ratione participem esse legis aeternae, quam ipse non condit.

37. Cum autem intra christianos fines moralem vitam continere vellent, nonnulli rei moralis theologi distinctionem induxerunt, contra doctrinam catholicam,[63] inter ordinem ethicum, ex hominibus genitum et ad hunc mundum solummodo pertinentem, atque salutis ordinem, secundum quem nonnullae tantummodo intentiones et interiores aliquae habitudines quoad Deum et proximum momentum haberent. Congruenter usque eo perventum est ut negaretur exsistentia in divina Revelatione sensus moralis, proprii et finiti, pro omnibus perennis et constantis: Dei verbum cohortationem tantum afferret et vagam paraenesim, quam deinde tantum ratio libera iussis vere « obiectivis » compleret, ad historica adiuncta congruis. Autonomia sic intellecta efficit ut propria etiam negetur doctrinalis auctoritas Ecclesiae eiusque Magisterii quoad certas morales normas spectantes ad « bonum humanum » quod dicunt; quae non pertinerent ad verum Revelationis depositum nec ullum haberent pondus ad spiritalem salutem.

Nemo est quin videat hanc autonomiae rationis humanae explicationem secum ferre assertiones doctrinae catholicae repugnantes.

Hoc in contextu omnino necesse est ut, sub Dei verbi vivaeque Ecclesiae traditionis lumine, praecipua elementa declarentur de libertate humana deque morali lege, necnon earum altae et intimae necessitudines. Hoc tantum modo legitimis postulationibus rationis humanae responderi poterit, nonnullarum opinationum hodiernae theologiae moralis admissis aequis principiis, Ecclesiae patrimonio morali detrimento non allato per erroneas autonomiae rationes.

[62] Cf. Pius PP. XII, Litt. Encycl. *Humani generis* (12 Augusti 1950): *AAS* 42 (1950) 561-562.

[63] Cf. CONC. OECUM. TRIDENT., Sess. VI, Decr. de iustificatione *Cum Jioc tempore,* cann. 19-21: *DS,* 1569-1571.

Deus hominem relinquere voluit « in manu consilii sui » (Eccl 15, 14)

38. Ecclesiastici referens verba, Concilium Vaticanum II sic explicat « veram libertatem », quae « eximium est divinae imaginis in homine signum »: « Voluit enim Deus hominem "relinquere in manu consilii sui", ita ut Creatorem suum sponte quaerat et libere ad plenam et beatam perfectionem ei inhaerendo perveniat ».[64] Verba haec miram altitudinem demonstrant participationis divinae dominationis, ad quam homo est vocatus: eadem hominis dominatum quodammodo ipsum hominem attingere ostendunt. Species haec instanter in theologicis de libertate humana cogitationibus confimatur, quae veluti genus regalitatis explicatur. Scribit ex. gr. sanctus Gregorius Nyssenus: « Et animus quidem regiam excelsamque dignitatem suam... in eo declarat: quod dominum neminem cognoscit, et suo ex arbitrio agit omnia; meroque et summo imperio, ut ipsi libet, semet gubernat. Nam cui tandem hoc convenit, si non regi?... ita et hominis natura, sic condita ut reliquorum creatorum domina esset, propter eam qua regem universitatis huius refert similitudinem, imago quasi viva erecta est, cum qua et dignitas et nomen Archetypi communicaretur ».[65]

Mundum moderari est iam hominis magnum munus idemque conscientiae officii plenum, quod eius libertatem involvit Creatori obtemperantem: «Replete terram et subicite eam» *(Gn* 1, 28). Hac ratione ad singulos homines aeque atque ad humanam communitatem congrua autonomia pertinet, in quam peculiarem animadversionem Constitutio conciliaris *Gaudium et spes* intendit. Rerum terrestrium est autonomia, quae vult «res creatas et ipsas societates propriis legibus valoribusque gaudere, ab homine gradatim dignoscendis, adhibendis et ordinandis ».[66]

39. Sed non modo terrarum orbis, verum et homo suae ipsius curae et responsalitati concreditus est. Deus eum reliquit « in manu consilii sui » *(Eccl,* 15, 14), ut Creatorem suum quaereret et libere ad perfectionem perveniret. Verbum temporale pervenire id significat ut aliquis in se eam perfectionem condat. Nam, quemadmodum mundum regens homo ad suum intellectum voluntatemque eundem conformat, sic actus moraliter bonos faciens homo confirmat, explicat et stabilit in semet ipso Dei similitudinem.

Concilium autem monet ut a falsa opinatione rerum terrestrium de autonomia caveatur, quae fatetur « res creatas a Deo non pendere, eisque

[64] **Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 17.**

[65] ***De hominis opificio,* c. 4: *PG 4A,* 135-136.**

[66] **Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 36.**

hominem sic uti posse ut easdem ad Creatorem non referat ». Quod vero ad hominem spectat, haec autonomiae sententia noxios quidem effectus gignit, cum ad Dei negationem extremo perveniat: « Creatura enim sine Creatore evanescit... Immo, per oblivionem Dei ipsa creatura obscuratur ».[68]

40. Hinc Concilii doctrina in lucem profert humanae rationis actionem in invenienda et ad effectum adducenda lege morali: moralis vita creativitatem expostulat sollertiamque personae propriam, quae est fons causaque eius actuum deliberatorum; illinc ratio ex lege aeterna suam veritatem auctoritatemque depromit, quae nihil est aliud nisi divina sapientia.[69] Vitae morali igitur subest tamquam fundamentum principium « iustae autonomiae » hominis,[70] qui subiectum est personale suarum actionum. Moralis lex a Deo oritur atque in Eo semper suum fontem invenit: naturalem propter rationem, quae ex divina sapientia originem trahit, ea est simul lex hominis propria. Etenim lex naturalis, ut dictum est, « nihil aliud est nisi lumen intellectus insitum nobis a Deo, per quod cognoscimus quid agendum et quid vitandum. Hoc lumen et hanc legem dedit Deus homini in creatione ».[71] Congrua rationis practicae autonomia indicat in se ipso hominem propriam habere legem, a Creatore acceptam. Attamen rationis autonomia non significat moralia bona normasque creari ab ipsa ratione.[72] Quod si autonomia haec negaret rationem practicam sociam esse sapientiae Creatoris et Legislatoris divini, vel si suggereret libertatem quandam creatricem normarum moralium pro historicis adiunctis diversisve societatibus culturisque, haec asserta autonomia Ecclesiae doctrinae contradiceret de hominis veritate:[73] eiusmodi autonomia mors esset verae libertatis: « De ligno autem scientiae boni et mali ne comedas; in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris » *(Gn* 2, 17).

41. Hominis vera autonoma moralis minime recusat, sed accipit legem moralem Dei scilicet mandatum: « praecepitque Dominus Deus homini...»

Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 36.

[68] ***Ibid.***

[69] **Cf. S. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae,* I-II, q. 93, a. 3, ad 2, quod IOANNES PP. XXIII rettulit in Litt. Encycl. *Pacem in terris* (11 Aprilis 1963): *AAS* 55 (1963) 271.**

[70] **CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 41.**

[71] **S. THOMAS AQUINAS, *In duo praecepta caritatis et in decem legis praecepta. Prologus: Opuscula theologica,* II, n. 1129, Ed. Taurinens. (1954) 245.**

[72] **Cf. *Allocutio* ad nonnullos Episcopos Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis data visitationis ad limina occasione (15 Octobris 1988), 6: *Insegnamenti,* XI, 3 (1988) 1228.**

[73] **Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 47.**

(Gn 2, 16). Hominis libertas atque Dei lex conveniunt et paene miscentur, quatenus homo libere Deo paret Ipseque Deus homini gratuitam benevolentiam praebet. Oboedientia igitur erga Deum non est heteronomia, ut nonnulli argumentantur, veluti si moralis vita absolutae omnipotentiae subiaceret, quae extra hominem esset et contra affirmationem eius libertatis. Si reapse heteronomia moralis significaret homini negari facultatem deliberandi de se vel eidem imponi normas ipsius bono extraneas, ea contradiceret revelationi Foederis et Incarnationis redemptricis. Heteronomia eiusmodi esset alienatio quaedam, prorsus divinae sapientiae contraria ac pariter humanae personae dignitati.

Nonnulli, merito quidem, de theonomia loquuntur vel de theonomia participata, quia per liberam oboedientiam Dei legi, hominis ratio et voluntas Dei sapientiam et providentiam participant. Prohibendo quominus homo comedat « de ligno scientiae boni et mali », ostendit Deus hominem initio hac « cognitione » non ceu propria pollere, sed eam participare per lumen rationis naturalis divinaeque revelationis, per quas ei decreta atque sapientiae aeternae appellationes innotescunt. Lex igitur habenda est significatio divinae sapientiae: eidem se subdens, libertas creationis veritati se subdit. Quare oportet agnoscamus libertatem personae humanae esse imaginem Dei ac per eam hominem esse propinquum Deo « qui est in omnibus » (cf. *Eph* 4, 6); eodem modo confitenda est Dei universi maiestas atque veneranda est sanctitas legis Dei, qui infinite res transcendit. Deus semper maior.[74]

Beatus vir... in lege Domini voluntas eius (cf. *Ps* 1, 1-2)

42. Hominis libertas, cum ad voluntatis Dei exemplar sit constitute, non modo non tollitur eum sua legi divinae obtemperat, sed tantum per oboedientiam in veritate manet et dignitati hominis respondet, sicut diserte affirmavit Concilium Oecum. Vaticanum II: « Dignitas igitur hominis requirit ut secundum consciam et liberam electionem agat, personaliter scilicet ab intra motus et ductus, et non sub caëco impulsu '"interno **vel** sub mera externa coactione. Talem vero dignitatem obtinet homo cum, sese ab omni passionum captivitate liberans, finem suum in boni libera electione persequitur et apta subsidia efficaciter ac sollerti industria sibi procurat ».[75]

Ad Deum contendens, ad Eum qui «unus est bonus», homo libere bonum facere et malum vitare debet. Hanc ob causam necesse est ut homo

[74] **S. AUGUSTINUS, *Enarratio in Psalmum LXII,* 16: *CCL* 39, 804.**
[75] **Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 17.**

bonum a malo discernere possit. Hoc ante omnia fit per rationis naturalis lumen, quod est repercussio splendoris vultus Dei in homine. Quod sanctus Thomas Psalmi IV illustrans versiculum quendam scribit: « Cum Psalmista dixisset: Sacrificate sacrificium iustitiae *(Ps* 4, 6), quasi quibusdam quaerentibus quae sint iustitiae opera, subiungit: Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona? Cui quaestioni respondens, dicit: Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine; quasi lumen rationis naturalis, quo discernimus quid sit bonum et quid malum — quod pertinet ad naturalem legem — nihil aliud sit quam impressio divini luminis in nobis ».[76] Hinc deducitur etiam quam ob causam haec lex vocetur lex naturalis: ita appellatur non ratione habita entium irrationalium, sed quia ratio promulgans propria est humanae naturae.[77]

43. Concilium Vaticanum II commemorat «supremam humanae vitae normam esse ipsam legem divinam, aeternam, obiectivam atque universalem, qua Deus consilio sapientiae et dilectionis suae mundum universum viasque communitatis humanae ordinat, dirigit, gubernat: huius suae legis Deus hominem participem reddit, ita ut homo, providentia divina suaviter disponente, veritatem incommutabilem magis magisque agnoscere possit ».[78]

Concilium hic ad « classicam » doctrinam de lege aeterna Dei remittit. Sanctus Augustinus eam definit: « ratio seu Dei voluntas quae iubet servare naturae ordinem et vetat turbare eum »;[79] sanctus Thomas eam idem esse dicit ac «divinae sapientiae rationem, etiam ex eo quod... ad debitum finem cuncta per eam moveantur ».[80] Et Dei sapientia est providentia, amor, qui curam adhibet. Deus ipse igitur omnem creationem reapse vereque curat et amat (cf. *Sap* 7, 22; 8, 11). Sed Deus hominibus prospicit aliter ac ceteris creaturis: quae sunt intellectualis naturae expertes: id est, non « extrinsecus », videlicet per leges rerum naturae, sed « intrinsecus », per rationem quae, naturali lumine Dei legem aeternam cognoscens, ipsi homini rectum iter libere agendi demonstrare valet.[81] Hoc quidem modo Deus hominem vocat ad providentiam suam participandam, cum per ipsum hominem, per ipsius scilicet rationem et conscientiae curam mundum regere velit: non modo mundum rerum naturae, sed etiam humanarum personarum. Hac in rerum ordine naturalis lex habetur humana significatio aeternae

Summa Theologiae, **I-II, q. 91, a. 2.**
Cf. *Catholicae Ecclesiae Catechismus,* n. 1955.
Decl. de libertate religiosa *Dignitatis humanae,* 3.
Contra Faustum, **lib. 22, cap. 27: *PL* 42, 418.**
Summa Theologiae, **I-II, q. 93, a. 1.**
Cf. *ibid.,* I-II, q. 90, a. 4, ad 1.

legis Dei: « Inter cetera autem — scribit sanctus Thomas — rationalis creatura excellentior quodam modo divinae providentiae subiacet, in quantum et ipsa fit providentiae particeps, sibi ipsi et aliis providens. Unde et in ipsa participatur ratio aeterna, per quam habet naturalem inclinationem ad debitum actum et finem; et talis participatio legis aeternae in rationali creatura lex naturalis dicitur ».[82]

44. Ecclesia saepe sancti Thomae doctrinam de lege naturali repetiit eandemque in sua morali institutione adhibuit. Sic Decessor Noster Leo XIII collustravit essentialem subiectionem rationis et legis humanae Dei Sapientiae Eiusque legi. Postquam dixit « Legem naturalem scriptam esse et insculptam in omnium et in singulorum hominum animis, quia ipsa est humana ratio recte facere iubens et peccare vetans », Leo XIII ad « altiorem rationem » divini Legislatoris remittit: « Ista vero humanae rationis praescriptio vim habere legis non potest, nisi quia altioris est vox atque interpres rationis, cui mentem libertatemque nostram subiectam esse oporteat ». Vis etenim legis innititur sua in potestate statuendi officia tribuendique iura, poenis aliqua imperata sanciendi: «Quae quidem omnia in homine liquet esse non posse, si normam actionibus suis ipse quasi summus legislator sibi daret ». Sic tandem concludit: « Ergo consequitur, ut naturae lex sit ipsa lex aeterna, insita in iis qui ratione utuntur, eos inclinans ad debitum actum et finem: ea est ipsa aeterna ratio Creatoris et gubernatoris universi mundi ».[83]

Potest homo cognoscere bonum et malum illo boni malique discrimine quod ipse facit ratione sua, praesertim ratione sua divina Revelatione fideque collustrata, vi legis quam Deus populo electo dedit, inde a mandatis in monte Sina promulgatis. Israel ad Dei legem suscipiendam et colendam est vocatus tamquam ad electionis et divini Foederis peculiare donum signumque ac pignus pariter benedictionis Dei. Sic Moyses filios Israel alloquens ab iis quaesivit: «Quae est enim alia natio tam grandis, quae habeat deos appropinquantes sibi, sicut Dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris? Et quae est alia gens sic melita, ut habeat praecepta iustaque iudicia, sicut est universa lex haec, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? » *(Dt* 4, 7-8). In Psalmis inveniuntur laudis, animi grati et venerationis sensus, quos populus electus concipit erga Dei legem, una cum adhortatione ut eam cognoscat, meditetur et in vitam transferat: «Beatus

[82] ***Summa Theologiae,* I-II, q. 91, a. 2.**

[83] **Litt. Encycl. *Libertas praestantissimum* (20 Iunii 1888): *Leonis XIII P.M. Acta,* VIII, Romae 1889, 219.**

vir, qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non stetit et in conventu derisorum non sedit, sed in lege Domini voluntas eius, et in lege eius meditatur die ac nocte» *(Ps* 1, 1-2); «Lex Domini immaculata, reficiens animum, testimonium Domini fidele, sapientiam praestans parvulis. Iustitiae Domini rectae, laetificantes corda, praeceptum Domini lucidum, illuminans oculos » *(Ps* 19/18, 8-9).

45. Totum Revelationis depositum grato animo suscipit Ecclesia amanterque custodit, religiosa mente observat, munere suo Dei legis authentice interpretandae sub Evangelii lumine fungens. Ecclesia porro dono recipit novam legem, quae est « impletio » legis Dei in Christo Iesu et in eius Spiritu: est quidem lex «interior» (cf. *Ier* 31, 31-33), «scripta non atramento sed Spiritu Dei vivi, non in tabulis lapidéis sed in tabulis cordis carnalibus » *(2 Cor* 3, 3); lex perfectionis et libertatis (cf. *2 Cor* 3, 17); est «lex Spiritus vitae in Christo Iesu » *(Rom* 8, 2). De hac lege scribit sanctus Thomas: « Quae quidem lex potest dici uno modo Spiritus Sanctus...; sed Spiritus Sanctus mentem inhabitans non solum docet quid oporteat fieri intellectum illuminando de agendis, sed etiam affectum inclinat ad recte agendum... Alio modo lex spiritus potest dici proprius effectus Spiritus Sancti, scilicet fides per dilectionem operans *(Gal* 5, 6): quae quidem et docet interius de agendis... et inclinat affectum ad agendum ».[84]

Etiamsi in theologiae moralis vestigationibus lex quam Deus dedit vel revela vit a naturali lege distingui solet, et in oeconomia salutis « antiqua » lex a lege « nova », non est tamen obliviscendum has aliasque utiles distinctiones ad legem usque referri, cuius lator est unus Idemque Deus, eamque semper hominibus destinari. Rationes multiplices, quibus Deus in historia hominem mundumque curat, non modo inter se non repugnant, sed contra mutuo sustentantur et penetrantur. Omnes autem oriuntur ex sapienti et benevolo proposito et ad idem redeunt, quo Deus homines praedestinat « conformes fieri imaginis Filii eius » *(Rom* 8, 29). In hoc proposito hominis libertas minime laeditur, sed contra solummodo proposito hoc accepto libertas confirmatur.

« Ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis » (Rom 2, 15)

46. Coniecta repugnantia inter libertatem et legem singulari quadam vi hodie iterum proponitur quoad naturalem legem et praesertim quoad naturam. Reapse dissertationes de natura et libertate semper historiam mora-

[84] *In Epistulam ad Romanos,* c. VIII, lect. 1.

lium inquisitionum sunt comitatae, atque omnino flagraverunt tempore artium Renascentium et Reformationis, ut ex Concilii Tridentini doctrina erui potest.[85]

Simili contentione nostra quoque aetas notata est, etsi diverso sensu: in ipsas res observandas inclinatio, obiectivationis scientificae rationes viaeque, technicus progressus, liberalismi quaedam genera, effecerunt ut duae hae res inter se contenderent, veluti si dialectica — si non prorsus decertatio — inter libertatem et naturam peculiare esset quiddam structurale humanae historiae. Aliis aetatibus, « natura » subigere omnino visa est hominem suis dynamismis et etiam suis determinismis. Hodie quoque spatii temporisque condiciones orbis sensibilis, physicae chemicaeque constantiae, corporis incitationes, animi impulsiones, societatis coactiones videntur pluribus sola decretoria rerum humanarum elementa. Hac quidem in re, morales quoque eventus, praeter suam proprietatem, tractantur crebro veluti si essent res ad rationariam artem probandae, tamquam spectabiles consuetudines vel interpretabiles tantum per psychosocialium machinationum categorias. Itaque nonnulli ethicae disciplinae inquisitores, qui propter artis suae exercitium actus atque humana facta scrutari coguntur, sollicitari possunt ad metiendam suam eruditionem, si non sua praescripta, secundum statisticam rationem circa humanos habitus definitos et morales opinationes plurium hominum.

Alii rei moralis periti contra, solliciti de instituendis hominibus ad valores, libertatis dignitate moventur, sed saepe eam discordem existimant vel contrariam naturae materiali et biologicae, quam gradatim superare deberet. Hac de re diversae opinationes conveniunt ad obliviscendam condicionem naturae creatae adque eiusdem integritatem infitiandam. Ad nonnullorum mentem natura pro humana actione materies redditur atque pro eius potestate: ipsa est omnino immutanda, immo libertate praetergrediendа, cum eius quasi limes sit et negatio. Ad aliorum autem sententiam per immodicam potestatis hominis vel eius libertatis promotionem constituerentur valores oeconomici, sociales, necnon culturales et morales: significaret natura quidquid in homine et in mundo extra libertatem positum est. Talis natura, hoc quidem sensu, humanum corpus, eius complexionem et vires primum complecteretur: his physicis elementis opponerentur quae « coniiciuntur », id est « cultura », quatenus libertatis opus et effectus. Humana natura sic accepta, ad biologicam vel socialem materiem redigi tractarique posset, quae semper praesto esset.

[85] Cf. Sess. VI, Decr. de iustificatione *Cum hoc tempore,* cap. 1: *DS,* 1521.

Hoc significat ad extremum libertatem per se ipsam definire eamque reddere postulatum quod se ipsum suosque valores crearet. Sic ad extremum homo ne naturam quidem haberet et sibi ipsi esset per se ipsum exsistentiae ratio. Nihil aliud esset homo quam sui ipsius libertas!

47. Hoc in contextu physicismi et naturalismi obiectiones ortae sunt adversus legis naturalis translaticiam notionem: haec enim exhiberet tamquam leges morales quae essent tantummodo leges biologicae. Sic, nonnullis humanis moribus permanens immutabilisque ratio minus leviter tributa esset, et ideo leges morales conditae essent in universum validae. Ad nonnullorum quoque theologorum mentes, eiusmodi « argumentatio biologica vel naturalistica » etiam in aliquibus Ecclesiae Magisterii documentis inveniretur, in iis praesertim quae ad sexualem matrimonialemque ethicam pertinent. Secundum naturalisticam sexualis actus notionem veluti moraliter improbata essent anticonceptivorum usus, sterilizatio directe procurata, autoërotismus, ante coniugium concubitus, homosexuales necessitudines, necnon seminationes arte quaesitae. Ad horum theologorum mentem, si hi actus haberentur mali, non satis aeque existimaretur condicio rationalis et libera hominis, neque omnium moralium normarum culturalis coërcitio. Iidem asseverant, hominem, quippe qui ratione pollet, non modo posse, sed etiam debere de suarum actionum sensu libere decernere. Hoc « decernere de sensu », ut patet, multiplices supputare debet hominis limites, qui corporea historicaque condicione fruitur. Rationes porro vivendi inspicere debet earumque significationes, intra certam quandam culturam. Servare debet praesertim praecipuum mandatum, id est amorem Dei et proximi. At Deus — asserunt deinde — hominem condidit velut ens rationale eumque « in manu consilii sui reliquit », et ab eo propriam rationalemque eius vitae institutionem exquirit. Proximi dilectio observantiam praesertim vel unice significaret erga eius facultatem libere decernendi de semet ipso. Consuetudinum rationes propriae hominum necnon « naturales proclivitates » quae dicuntur, ad summum generalem designarent propensionem recte agendi — aiunt — sed inducere non possent moralem aestimationem singulorum actuum humanorum, qui quoad condiciones sunt tam implicati.

48. Prae hac opinatione attente consideranda est recta necessitudo quae inter libertatem et humanam naturam intercedit, nominatim vero est perspicienda locus quem in legis naturalis quaestionibus humanum corpus obtinet. Libertas quae absoluta esse vult eo progreditur ut humanum corpus existimet elementum brutum, significatione carens bonisque moralibus, quoadusque libertas suo proposito illud affecerit. Hinc humana natura et

corpus praesupposita vel initia videntur, materialiter necessaria ad libertatis electionem, sed extrinseca personae, subiecto humanoque actui. Eorum dynamismi non possent indices haberi ad moralem electionem,cum eorum fines sint bona tantum physica, quae a quibusdam « praemoralia » appellantur. Si quis ad haec bona se revocet, ut rationalia de ordine morali indicia in illis reperiat, de physicismo vel biologismo arguendus sit. Hoc in contextu inter libertatem et naturam deminutiva ratione inspectam contentio fit divisio in ipso homine.

Haec moralis disciplina cum veritate de homine eiusque libertate non congruit. Ea quidem Ecclesiae doctrinae de hominis unitate repugnat, cuius rationalis anima est per se et essentialiter forma corporis.[86] Spiritalis et immortalis anima principium est unitatis hominis, id scilicet est per quod veluti unum exsistit — « corpore et anima unus »[87] — qua persona. Definitiones hae non modo ostendunt etiam corpus, cui resurrectio promittitur, gloriae fore particeps; verum et vincula rationis liberaeque voluntatis cum corporeis sensibilibusque facultatibus commemorant. Persona, corpore incluso, sibi ipsi penitus concreditur, atque in animae corporisque unitate ipsa suorum actuum moralium fit subiectum. Persona, per rationis lumen et virtutis fulcimentum, signa praenuntia in suo corpore detegit, significationem pariter atque donationis sui ipsius promissionem, secundum sapiens Creatoris propositum. Dignitate personae humanae prae oculis habita — per se ipsa confirmanda — ratio bonum morale nonnullorum beneficiorum peculiare percipit, in quod persona naturaliter tendit. Et cum persona humana redigi non possit ad libertatem quandam quae de se ipsa disponat, sed spiritalem corporeamque structuram certam sibi vindicet, primigenia necessitas moralis amandi observandique personam humanam, quae est semper finis, numquam vero instrumentum intrinsece fert nonnullorum bonorum praecipuorum obsequium, sine quo in relativismum et in arbitrium procumbitur.

49. Doctrina quae moralem actum a corporeis condicionibus disiungit Sacrae Scripturae praeceptis repugnat et Traditioni: eiusmodi doctrina, immutata specie, veteres errores instaurat, quos Ecclesia semper respuit, quia personam humanam redigunt ad quandam libertatem « spiritalem » mere formalem. Haec reductio moralem corporis significationem neglegit necnon rationes agendi, quae ad idem referuntur (cf. *1 Cor* 6, 19). Paulus Aposto-

[86] Cf. CONC. OECUM. VIENNEN., Const. *Fidei catholicae: DS,* 920; CONC. OECUM. LATERANEN. V, Bulla *Apostolici regiminis: DS,* 1440,

[87] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 14.

Ius declarat a Regno caelorum excludi fornicarios, idolis servientes, adúlteros, molles in avaros, ebriosos, maledios et rapaces (cf. *1 Cor* 6, 9-10). Damnatio haec — quam Concilium Tridentinum confirmavit[88] — veluti « peccata mortalia nefandosve usus » enumerat quasdam consuetudines, quae, ex voluntate susceptae, ab aeterna hereditate fideles arcent. Nam corpus animaque seiungi non possunt: in persona enim, in voluntario scilicet agente et in voluntario actu, stant una aut pereunt.

50. Nunc intellegi potest verus sensus legis naturalis, quae pertinet ad propriam primigeniamque hominis naturam, ad naturam scilicet « personae humanae »,[89] quae est ipsa persona in animae corporisque unitate, in unitate videlicet eius proclivitatum ordinis simul spiritalis simul biologici et aliarum peculiarium proprietatum ad finem obtinendum necessariarum. « Lex moralis naturalis exprimit atque praescribit fines, iura atque officia, quae in corporali ac spirituali personae humanae natura innituntur. Ea lex igitur haberi nequit tamquam norma unice biologica, sed definiri debet tamquam ordo rationis, iuxta quem homo a Creatore vocatur ad vitam suam suasque actiones moderandas atque ordinandas, peculiari modo ad utendum et fruendum corpore suo ».[90] Exempli gratia, origo et fundamentum officii humanae vitae prorsus observandae in germana dignitate propriae personae sunt reperienda, non vero simpliciter in naturali appetitione propriae vitae physicae servandae. Sic humana vita, quamvis hominis sit bonum praecipuum, moralem obtinet significationem cum ad personae bonum refertur, quae semper est per se ipsum affirmanda: si numquam licet hominem insont em interficere, licitum tamen est, immo laudabile et etiam debitum, propriam vitam impendere (cf. *Io* 15, 13) pro proximo vel pro veritatis testimonio. Re vera tantummodo si persona spectatur veluti « totum aliquod in unum compositum », « anima nempe quae in corpore manifestatur, et corpus immortali spiritu informatum »,[91] corporis significatio proprie humana intellegi potest. Naturales enim motus morales con-

Cf, Sess. VI, Decr. de iustificatione *Cum hoc tempore,* cap. 15: *DS,* 1544. Adhortatio Apostolica post-synodalis *Reconciliatio et paenitentia* de Ecclesiae missione aetate nostra alios locos Veteris et Novi Testamenti affert, qui tamquam mortalia peccata denotant quosdam mores a corpore pendentes: cf. *Reconciliatio et paenitentia* (2 Decembris 1984), 17: *AAS* 77 (1985) 218-223.

[89] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 51.

[90] CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Instructio de observantia erga vitam humanam nascentem deque procreationis dignitate tuenda *Donum vitae* (22 Februarii 1987), Introd. 3: *AAS* 80 (1988) 74; cf. PAULUS PP. VI, Litt. Encycl. *Humanae vitae* (25 Iulii 1968), 10: *AAS* 60 (1968) 487-488.

[91] Adhort. Ap. *Familiaris consortio* (22 Novembris 1981), 11: *AAS* 74 (1982) 92.

stituuntur solummodo quatenus ad personam humanam referuntur et ad ipsius veram effectionem, quae quidem in humana natura dumtaxat effici potest. Corporalitatis respuens adulterationes quae eius humanam significationem demutant, Ecclesia homini inservit eidemque veri amoris viam demonstrat, in qua solummodo is verum Deum invenire potest.

Naturae lex sic intellecta se oponit divisioni inter libertatem et naturam: etenim illae apte iunguntur inter se penitusque sociantur.

« Ab initio autem non sic fuit » (Mt 19, 8)

51. Inter libertatem et naturam coniecta contrictio in explanationem peculiarium quarundem partium legis naturalis redundat, in eius potissimum universalitatem et immutabilitatem.

« Ubinam sunt istae regulae scriptae — secum quaerebat sanctus Augustinus —... nisi in libro lucis illius quae veritas dicitur, unde omnis lex iusta describitur et in cor hominis qui operatur iustitiam non migrando sed tamquam imprimendo transfertur, sicut imago ex anulo in ceram transit et anulum non relinquit? ».[92]

Huius « veritatis » vi naturalis lex universalitatem continet. Ipsa, quatenus inscripta in personae natura rationali, omni homini ratione praedito et in historia viventi imponitur. Ut in suo peculiari statu ad perfectionem deveniat, homo bonum facere debet et a malo declinare, tradendae servandaeque vitae invigilare, excolere et augere divitias mundi sensibilis, sociales necessitudines exercere, verum exquirere, bonum exsequi pulchrum contemplari.[93]

Discidium a quibusdam inductum inter libertatem singulorum et naturam omnibus communem, ut quidem in nonnullis philosophicis doctrinis eminet quae in hodierna cultura magnum habent pondus, impedit quominus ratio legis naturalis universalitatem percipiat. Sed cum personae humanae exprimat dignitatem ipsiusque fundamentum ponat iurium officiorumque praecipuorum, naturalis lex est universalis suis in praescriptis eiusque auctoritas omnes homines complectitur. Haec universalitas hominum singularitatem non praetermittit, neque singularitati et non iterabili naturae cuiusque personae officit: contra, ipsius quosque actus radicitus complectitur, qui veri boni testantur universalitatem. Communi legi obsequentes, actus nostri veram personarum communionem efficiunt et, Dei gratia, caritatem exercent, quae est «vinculum perfectionis» *(Col* 3, 14).

[92] *De Trinitate,* XIV, 15, 21: *CCL* 50/A, 451.

[93] Cf. S. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae,* I-II, q. 94, a. 2.

Cum vero legem neglegunt vel etiam ignorant, tantum, sive conscii sive nescientes, nostri actus communionem personarum laedunt singulorum detrimento.

52. Iustum atque bonum est, semper et omnibus, servire Deo, ei debitum cultum reddere atque parentes secundum veritatem vereri. Eiusmodi conditae leges quasdam iubentes actiones certusque colendos habitus universe obstringunt; sunt ipsae immutabiles;[94] atque eodem bono cunctos omnium aetatum homines coniungunt, qui sunt creati ut « eadem vocatione et destinatione divina fruantur ».[95] Leges hae universales stabilesque respondent rationis practicae notionibus atque adhibentur in particularibus actibus per conscientiae iudicium. Subiectum quod agit personaliter veritatem in lege sitam usurpât, suam facit hanc sui ipsius veritatem per actus et congruentes virtutes. Naturalis legis praecepta negativa universaliter valent: omnes singulosque divinciunt, semper et quavis in rerum condicione. Agitur enim de prohibitionibus certa opera vetantibus semper et pro semper, sine ulla exceptione, quandoquidem huiusmodi consuetudinis electio nullo modo cum bonitate*, voluntatis personae agentis congruit, cum eiusdem pariter vocatione ad vitam cum Deo adque communionem cum proximo. Quisque semper vetatur quominus praecepta violet, quae omnes et quocumque pretio cogant ne laedant in quoquam et imprimis in se personalem dignitatem omnibus communem.

Ceterum, quod tantum negativa mandata semper omnibusque in rerum adiunctis adstringunt, id non sibi vult in vita morali prohibitiones maius habere pondus quam iussum patrandi bonum a positivis mandatis significatum. Haec est potius ratio: dilectionis Dei proximique mandatum in sua positiva dynamica nullum habet terminum superiorem, sed inferiorem limitem, infra quem mandatum violatur. Praeterea, quod in quadam condicione agendum est, ex rerum adiunctis pendet, quae non ex integro praevideri possunt; contra sunt quaedam agendi rationes quae numquam, nulla sub condicione, congruens responsio haberi possunt, conveniens scilicet cum

[94] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 10; S. CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Decl. de quibusdam quaestionibus ad sexualem ethicam spectantibus *Persona humana* (29 Decembris 1975), 4: *AAS* 68 (1976) 80: « At vero revelatio divina, atque etiam in rerum ordine sibi proprio, naturalis rationis sapientia, cum germanas attingunt humani generis necessitates, simul necessario in luce ponunt leges immutabiles in elementis constitutivis naturae hominis insitas, quae eaedem apparent in omnibus viventibus qui ratione praediti sunt ».

[95] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 29.

personae dignitate. Tandem semper fieri potest ut homo, vi coactus aliisve rerum adiunctis, impediatur quominus aliquos bonos actus ad effectum deducat; numquam tamen quominus quosdam actus non agat, praesertim si morti occurrere ipse est paratus potius quam malum admittere.

Ecclesia semper docuit numquam esse eligendas consuetudines moralibus mandatis prohibitas, quae in Vetere et in Novo Testamento neganti modo perscribuntur. Ut supra dictum est, Iesus ipse immutabilitatem harum prohibitionum confirmat: « Si vis ad vitam ingredi, serva mandata... Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices» *(Mt* 19, 17-18).

53. Celsus hominis aetatis nostrae sensus de historia et de humano cultu, nonnullos inducit ut de ipsius legis naturalis immutabilitate ambigant, ideoque « de moralitatis regulis obiectivis »,[96] quae afficiant omnes homines qui nunc sunt quique sunt futuri, perinde ac eos qui fuerunt: quomodo dici potest valere in universos semperque iudicia rationesque statuta praeteritis temporibus, cum ignorabatur ad quem progressum perventuri essent homines?

Negari profecto non potest hominem in peculiari quadam semper versari cultura, sed negari quoque non potest eum penitus in hac minime exhauriri. Ceterum progressus ipse culturarum ostendit aliquid inesse in homine quod eas praetergrediatur. Hoc « aliquid » est prorsus natura hominis: haec ipsa natura est culturae modus et pariter condicio, ne ullius culturae servus fiat homo, sed suam dignitatem personalem confirmet, vivendo congruenter altae veritati status sui. Praecipua et stabilia hominis elementa in disceptationem vocare, quae cum ipsa corporea compage nectuntur, non modo aliquid communi experientiae repugnans inducit, verum incomprehensibilem reddunt mentionem « principii » a Iesu factam illic sane, ubi socialis culturalisque condicio illius temporis primigenium sensum momentumque nonnullarum normarum moralium detorserat (cf. *Mt* 19, 1-9). Quapropter «affirmat Ecclesia omnibus mutationibus multa subesse quae non mutantur, quaeque fundamentum suum ultimum in Christo habent, qui est heri, hodie, Ipse et in saecula ».[97] Ipse est « Principium » quod cum humanam sumpserit naturam, eam omnino illuminat sive in eius constitutivis elementis, sive in caritatis dynamismo erga Deum et proximum.[98]

[96] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 16.

[97] *Ibid.,* 10.

[98] Cf. S. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae* I-II, q. 108, a. 1. S. Thomas reponit praeceptorum moralium signum non tantummodo formale, sed etiam notionibus sententiisque statutum, in ambitu quoque Novae Legis, in humana natura prout est assumpta a Verbo.

Procul dubio requirenda et reperienda est normarum moralium universalium stabiliumque formula quae magis congruat variis culturae speciebus, quaeque aptissima sit ad earum vim historicam continuo significandam, ad earum veritatem aperiendam et authentice interpretandam. Haec legis moralis veritas — aeque ac «fidei depositi» — per saecula explicatur: normae autem quae eandem exprimunt permanent in seipsis eaedem, sed sunt definiendae et terminandae « eodem sensu eademque sententia »[99] ad historica rerum adiuncta ab Ecclesiae Magisterio, cuius iudicium antecedunt et comitantur studium legendi et concipiendi proprium rationis fidelium atque theologicae inquisitionis.[100]

II. CONSCIENTIA ET VERITAS

Sacrarium hominis

54. Necessitudo quae hominis libertati intercedit cum Dei lege vivum habet suum domicilium in « corde » personae, id est in ipsius morali conscientia: « In imo conscientiae — Concilium Vaticanum II asseverat — legem homo detegit, quam ipse sibi non dat, sed cui oboedire debet, et cuius vox, semper ad bonum amandum et faciendum ac malum vitandum eum advocans, ubi oportet auribus cordis sonat: fac hoc, illud devita. Nam homo legem in corde suo a Deo inscriptam habet, cui parere ipsa dignitas eius est et secundum quam ipse indicabitur (cf. *Rom* 2, 14-16) ».[101]

Idcirco ratio ad quam inter libertatem et legem intellegitur necessitudo, penitus cum conscientiae moralis iudicio nectitur. Hoc sensu supra memoratae humani cultus propensiones, quae ponunt contra et seiungunt libertatem et legem, quaeque idolum quoddam libertatem existimant, ad « creativam » interpretationem moralis conscientiae perducunt, quae omnino a translaticia Ecclesiae mente digreditur abque eius Magisterio.

[99] **S. VINCENTIUS LIRINENSIS, *Commonitorium primum,* c. 23: *PL* 50, 668.**

[100] **Moralis Ecclesiae doctrinae progressus similis est fidei doctrinae: cf. CONC. OECUM. VAT. I, Const. dogm. de fide catholica *Dei Filius,* cap. 4: *DS,* 3020, et can. 4: *DS,* 3024. IOANNIS PP. XXIII quoque verba morali doctrinae referuntur, quae ipse Concilii Oecumenici Vaticani II in exordio dixit (11 Octobris 1962): « Oportet ut haec doctrina certa et immutabilis, cui fidele obsequium est praestandum, ea ratione pervestigetur et exponatur, quam tempora postulant nostra. Est enim aliud ipsum depositum Fidei, seu veritates, quae veneranda doctrina nostra continentur, aliud modus, quo eaedem enuntiantur, eodem tamen sensu eademque sententia »: *AAS* 54 (1962) 792; cf. « L'Osservatore Romano », (12 Octobris 1962), 2.**

[101] **Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 16.**

55. Nonnulli theologi opinantur conscientiae officium, praeteritis saltem temporibus, ad usum tantummodo generalium normarum, quae ad singulos vitae personae casus usurpentur. Sed huiusmodi normae — autumant illi — integram unamque singulorum actuum personarum non iterabilem peculiaritatem re suscipere et servare nequeunt; iuvare quidem possunt, aliquo modo, ad congruentem aestimationem rei condicionis, at substituere non possunt personas, dum suam agendi rationem praestituunt quod ad singulos casus spectat. Quin, ante dicta censura translaticiae doctrinae de persona humana deque eius momento quoad vitam moralem, efficit ut nonnulli auctores dicant has normas non tam esse obiectivum criterium quod conscientiae iudicia devinciat, sed potius generalem prospectum qui hominem adiuvet in primo accessu, ut ipse vitam personalem socialemque convenienter ordinet. Iidem porro peculiarem notant implicationem phaenomeni conscientiae: haec cum psychologico ambitu cumque animi affectione penitus iungitur, aeque ac cum multiplicibus condicionibus, ad societatem et cultum personae pertinentibus. Ceterum etiam summe extollitur valor conscientiae, quam ipsum Concilium definivit « sacrarium hominis, in quo solus est cum Deo, cuius vox resonat in intimo eius ».[102] Haec vox — dicitur — inducit hominem non tam ad universalium normarum scrupulosam observantiam, quam ad fecundam responsalemque susceptionem officiorum quae Deus ei concredit.

Cum coscientiae vim « effectivam » efferre velint, nonnulli auctores eius actus non iam «iudicia» appellant, sed «deliberationes»: tantummodo has suscipiendo deliberationes « autonoma ratione » homo moralem perfectionem attingere potest. Sunt etiam qui dicant huic perfectionis cursui nimis officere positionem, quam in compluribus quaestionibus habet Ecclesiae Magisterium, cuius interventus conscientiae dissidia in fidelibus efficere possunt.

56. Ut suas rationes comprobarent, nonnulli duplicem quasi ordinem veritatis moralis proposuerunt. Praeter enim gradum doctrinalem et a rebus abstractum, proprietas esset agnoscenda alicuius considerationis exsistentialis magis ad rem accommodatae. Haec, rerum condiciones et statum considerans, exceptiones in regulas generales legitime inducere posset et sic re agere, bona conscientia, id quod intrinsece habetur malum secundum legem moralem. Hoc modo nonnullis in casibus distractio fieret, vel etiam oppositio, inter doctrinam praecepti quod in universum sua vi pollet, et

Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 16.

singulae conscientiae normam, quae de bono maloque reapse decerneret. Hoc super fundamentum statuere ipsi contendunt « pastorales », quas dicunt, legitimas solutiones, quae sunt contrariae Magisterio Ecclesiae, atque comprobare volunt quandam hermeneuticam « effectricem », secundum quam conscientia moralis non teneretur, omnibus in rerum adiunctis, peculiari praecepto neganti.

Nemo est quin intellegat his opinationibus identitatem ipsam subverti moralis conscientiae prae hominis libertate et Dei lege. Sola superior explicatio, quae necessitudinem respicit inter libertatem et legem veritatis fundamento nisam, aequam reddit discretionem de hac conscientiae « creatrice » interpretatione.

Iudicium conscientiae

57. Textus ipse Epistulae ad Romanos, ex quo essentia eiicitur legis naturalis, etiam notionem conscientiae ex libris divinis depromptam demonstrat, praesertim conscientiae cum lege proprie copulatae: « Cum enim gentes, quae Legem non habentes, naturaliter quae Legis sunt faciunt, eiusmodi Legem non habentes ipsi sibi sunt lex; qui ostendunt opus Legis scriptum in cordibus suis, testimonium simul reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus » *(Rom* 2, 14-15).

Secundum verba sancti Pauli, conscientia, quippe quae aliquo modo hominem ponat in conspectu legis, ipsa fit homini « testis »: testis eius fidelitatis aut infidelitatis erga legem, naturalis scilicet ipsius probitatis aut pravitatis morum. Conscientia est unicus testis: quod accidit in corde hominis, id extrinsecus ceteros omnes latet. Nonnisi in personam ipsam suum vertit testimonium; atque vicissim, sola persona cognoscit id quod ad vocem suae conscientiae ipsa respondet.

58. Numquam satis aestimabitur momentum secreti eiusmodi dialogi ipsius hominis secum: qui tamen reapse verus est dialogus hominis cum Deo, ipso legis auctore, primo hominis exemplo ultimoque fine. « Conscientia — scribit sanctus Bonaventura — est sicut praeco Dei et nuntius, et quod dicit, non mandat ex se, sed mandat quasi ex Deo, sicut praeco, cum di vulgat edictum regis. Et hinc est, quod conscientia habet virtutem ligandi».[103] Ergo dici potest conscientia testimonium humanae probitatis aut pravitatis ipsi homini dare; sed uno tempore, quin etiam antea, est

In II Librum Sentent., dist. 39, a. 1, q. 3, conci.: Ed. Ad Claras Aquas, II, 907 b.

testimonium ipsius Dei, cuius vox ac iudicium insinuatur in intimum hominis, usque ad eius animi radices, vocans eum fortiter et suaviter ad oboedientiam: « Conscientia moralis non in solitudine insuperabili et impenetrabili includit hominem, sed vocationi aperit vocique Dei. In hoc tantum, neque alibi, totum positum est mysterium conscientiae moralis eiusque dignitas: esse scilicet locum et ambitum, ubi Deus hominem alloquitur ».[104]

59. Sanctus Paulus non agnoscit tantum conscientiam testis munere fungi, sed indicat etiam quo modo ipsa hoc officium impleat. De « cogitationibus » res est, quae accusant aut defendunt gentiles in iis quae pertinent ad eorum rationem vivendi (cf. *Rom* 2, 15). Vox « cogitationes » ostendit naturam conscientiae propriam, illam nempe esse iudicium morale de homine eiusque actionibus: iudicium absolutorium aut damnatorium, prout hominis actus cum divina lege animo infixa sunt consentanei aut ab ea discrepantes. De ipso actionum iudicio, simulque de earum auctore deque tempore perfectae exsecutionis, loquitur apostolus Paulus eodem loco: ita erit « in die cum iudicabit Deus occulta hominum secundum Evangelium meum per Christum Iesum » *(Rom* 2, 16).

Iudicium conscientiae est iudicium practicum, id est iudicium quod praecipit homini quae ei facienda aut vitanda sint, vel iudicat actionem ab eo iam ad effectum adductam. Est iudicium quod in certam definitamque condicionem rationalem persuasionem applicat bonum esse amandum et faciendum, malum vero vitandum. Hoc primum rationis practicae principium pertinet ad legem naturae, immo est ipsius fundamentum, cum lucem exprimat illam primigeniam de bono et malo, repercussionem creatricis sapientiae Dei, quae, velut immortalis scintilla animae, splendet in corde cuiusque hominis. Attamen, cum in universum lex naturae declaret obiectiva et universalia boni moralis postulata, conscientia legem applicat in singulos casus, eademque interius praeceptum fit homini, vocatio quaedam ad faciendum bonum in certa definitaque condicione. Ita conscientia, praelucente lege naturali, officium morale enuntiat: est officium faciendi, quod homo ex animi conscientia cognoscit ut bonum hic et nunc sibi assignatum. Universalis legis obligationisque natura non deletur, sed potius confirmatur cum ratio statuit applicationes ad casum definitum ac re praesentem. Iudicium conscientiae « ultimo » affirmat congruentiam cuiusdam certae ac finitae agendi rationis quoad legem; proximam concipit normam

Allocutio (Audientia generalis, 17 Augusti 1983), 2: *Insegnamenti,* VI, 2 (1983) 256.

de moralitate actus voluntarii, qua ad effectum adducitur « legis obiectivae ad particularem casum applicatio ».[105]

60. Sicut ipsa lex naturalis atque quaevis practica cognitio, etiam conscientiae iudicium vim imperiosam habet: convenienter ei homo agere debet. Si quid contra eiusmodi iudicium is fecerit, vel si definitum quendam patraverit actum, vel etiam deficiente probitatis et bonitatis eius persuasione illum commiserit, homo damnatur sua ipsius conscientia, norma proxima moralitatis cuiusque hominis.

Postulationis huius rationalis dignitas atque vocis eius ac iudiciorum auctoritas oriuntur ex ipsa boni malique veritate, quam eius est audire ac demonstrare. Haec veritas significatur « lege divina », quae est moralitatis norma universalis et obiectiva. Conscientiae iudicium non condit legem, sed testatur auctoritatem legis naturalis ac rationis practicae quod attinet ad summum bonum, cuius persona humana attractivam virtutem suscipit atque praecepta accipit: « Conscientia non est fons ex sese aptus et unicus ad statuendum quid bonum sit quidque malum; est, contra, in ea penitus insertum principium oboedientiae erga normam obiectivam, quae substruit et condicionibus adstringit eius consiliorum probitatem per iussa et prohibitiones, quae vitae humanae rationem regunt ».[106]

61. Veritas de bono morali, rationis lege significata, practice ac definite cognoscitur conscientiae iudicio, quod boni aut mali auctorem ad causam sui actus in se transferendam inducit: si homo malum admiserit, iustum eius conscientiae iudicium in eo testimonium esse pergit tum universalis veritatis boni, tum improbitatis eius electionis. At in eo etiam veluti spei et misericordiae pignus permanet sententia conscientiae: dum admissum testatur malum, simul eum etiam de venia poscenda monet, de bono faciendo, necnon de virtute ex gratia Dei semper colenda.

Ita in practico conscientiae iudicio, quod personae praecipit ut actionem definitam patret, apparet vinculum libertatis cum veritate. Hac ipsa de causa conscientia exprimitur per « iudicii » actus, qui non « consilia » arbitraria, sed veritatem de bono ostendunt. Quorum iudiciorum maturitas ac responsalitas — et in summa ipsius hominis qui eorum est subiectum — non perpenduntur ex conscientiae liberatione a veritate obiectiva, pro

[105] SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII, Instr, de « ethica situationis » *Contra doctrinam* (2 Februarii 1956): *AAS* 48 (1956) 144.

[106] Litt. Encycl. *Dominum et vivificantem* (18 Maii 1986), 43: *AAS* 78 (1986) 859; cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 16; Decl. de libertate religiosa *Dignitatis humanae,* 3.

coniecta quadam eius consiliorum autonomia, sed contra ex intenta veritatis investigatione, necnon ex potestate veritati facta gubernandi proprios actus.

Veritatem inquirere ac bonum

62. Conscientia, utpote iudicium de actu quodam, non talis est, quae ab omni errore libera esse possit. « Non raro evenit, — ut declarat Concilium — ex ignorantia invincibili conscientiam errare, quin inde suam dignitatem amittat. Quod autem dici nequit cum homo de vero ac bono inquirendo parum curat, et conscientia ex peccati consuetudine paulatim fere obcaecatur ».[107] Hisce verbis Concilium summmatim doctrinam praebet, quam decurrentibus saeculis elaboravit Ecclesia de conscientia erronea.

Homo profecto, ut habeat « conscientiam bonam » *(1 Tim* 1,5), inquirere debet veritatem, secundum quam et iudicare debet. Ut ait apostolus Paulus, conscientia a Spiritu Sancto collustrari debet (cf. *Rom* 9, 1), «pura» esse debet *(2 Tim* 1, 3), neque debet adulterare verbum Dei, sed esse « in manifestatione veritatis » (cf. *2 Cor* 4, 2). Ceterum Christifideles sic admonens loquitur idem Apostolus: « Nolite conformari huic saeculo, sed transformamini renovatione mentis, ut probetis quid sit voluntas Dei, quid bonum et bene placens et perfectum » *(Rom* 12, 2).

Pauli admonitio ad vigilantiam nos sollicitat, docens in iudiciis nostrae conscientiae semper errorem inhaerere posse.

Ipsa non est iudex infallibilis: errare potest. Nihilominus conscientiae error fructus esse potest cuiusdam certae ignorantiae invincibilis, ignorantiae scilicet quam persona non animadvertit, et ex qua egredi per se nequit.

Ubi eiusmodi ignorantia invincibilis caret culpa, nos Concilium commonefacit, conscientia suam dignitatem non amittit, quia, etsi re aliter ac obiectivus ordo moralis nos dirigit, tamen nomine illius de bono veritatis alioqui haud cessat, ad quam sincero animo inquirendam homo vocatur.

63. Semper tamen conscientiae dignitas ex veritate emanat: si recta est conscientia, tunc agitur de veritate obiectiva ab homine accepta; si conscientia est erronea agitur de eo quod homo errando subiective putat verum. Numquam licet errorem « subiectivum » de bono morali non distinguere a veritate « obiectiva », quae rationabiliter homini pro fine suo proponitur, neque fas est se revocare ad moralem vim actus, quem quis vera

Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 16.

certaque conscientia patraverit, cum aliquid patratum fuerit ex iudicio conscientiae erroneae.[108] Fieri potest ut malum ob ignorantiam invincibilem admissum aut ex errore iudicii culpa carentis, non imputetur ei qui id patravit; at ne tunc quidem cessat esse malum, aliquid nempe inordinatum, quod attinet ad veritatem de bono. Insuper, bonum quod non cognoscitur, nihil confert morali incremento hominis agentis: id nec eum meliorem reddit, nec eum instruit ad summum bonum. Sic ante quam purgatos nos facile existimemus nomine nostrae conscientiae, verba psalmistae nobis sunt reputanda: «Errores quis intellegit? Ab occultis munda me» *(Ps* 19, 13). Culpae sunt, quae, etsi eas videre non valemus, tales tamen permanent, quia renuimus ad lucem accedere (cf. *Io* 9, 39-41).

Conscientia, quatenus postremum iudicium concretum, in discrimen suam dignitatem adducit cum est culpabiliter erronea, id est « cum de veritate bonoque exquirendo non curat, cumque ex assuetudine peccandi fere excaecatur ».[109] De periculis deformationis conscientiae mentionem facit Iesus, cum monet: « Lucerna corporis est oculus. Si ergo fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est tenebrae sunt, tenebrae quantae erunt! » *(Mt* 6, 22-23).

64. In Iesu sermone, de quo supra diximus, etiam arcessitum invenimus ad formandam conscientiam, ad eam reddendam obiectum continentis « conversionis » ad veritatem et ad bonitatem. Similia sunt verba, quibus nos Apostolus exhortatur, ne ad hunc mundum nos conformemus, sed ut nos ipsos convertamus renovatione mentis (cf. *Rom* 12, 2). « Cor » sane, quod se ad Dominum ac boni amorem convertitur, est fons verorum conscientiae iudiciorum. Etenim, ut probemus « quid sit voluntas Dei, quid bonum et bene placens et perfectum » *(Rom* 12, 2), legem divinam in universum agnoscamus est necesse, sed hoc non est satis: prorsus necessaria est « connaturalitas » inter hominem verumque bonum.[110] Eiusmodi connaturalitas radicescit et erescit rectis in propositis ipsius hominis: prudentia ceterisque virtutibus cardinalibus, et vel in primis virtutibus theologalibus fidei, spei et caritatis. Sic sentiens locutus est Iesus: « qui autem facit veritatem, venit ad lucem » *(Io* 3, 21).

Christifideles ad conscientiam formandam magnum in Ecclesia in eiusque Magisterio inveniunt auxilium, sicut asseverat Concilium: « Christifi-

[108] Cf. S. THOMAS AQUINAS, *De Veritate,* q. 17, a. 4.

[109] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 16.

[110] Cf. S. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae,* II-II, q. 45, a. 2.

deles in sua formanda conscientia diligenter attendere debent ad sacram certamque Ecclesiae doctrinam. Christi enim voluntate Ecclesia Catholica magistra est veritatis, eiusque munus est, ut Veritatem quae Christus est enuntiet atque authentice doceat, simulque principia ordinis moralis, ex ipsa natura humana profluentia, auctoritate sua declaret atque confirmet ».[111] Ideo Ecclesiae auctoritas, quae suam de quaestionibus moralibus sententiam dicit, nihil de Christifidelium conscientiae libertate detrahit: tum quia conscientiae libertas numquam est resolutio « a » veritate, sed semper ac solum est « in » veritate; tum etiam quia Magisterium non affert christianae conscientiae veritates ipsi extraneas, sed veritates patefacit, quas iam possidere deberet, eas ab actu fidei primigenio excolendo. Ecclesia solum ac semper conscientiae servit, eam adiuvat, ne fluctuet neve circumagatur « omni vento doctrinae in fallacia hominum » (cf. *Eph* 4, 14), ne aberret a veritate de bono hominis, sed, ad quaestiones praesertim difficiliores quod attinet, ut veritatem tute assequatur in eaque maneat.

III. DELECTIO FUNDAMENTALIS AC DEFINITAE SESE GERENDI RATIONES

« Ne libertatem in occasionem detis carni » (Gal 5, 13)

65. Cura de libertate, quae singulariter hodie est acris, complures inducit scientiarum humanarum et theologicarum cultores ad acutiorem in modum eius naturam dynamicasque vires pervestigandas. Recte notatur libertatem non solum in hac aliave particulari actione deligenda consistere; sed esse etiam, et quidem in ambitu eiusmodi delectionis, ipsum iudicium de se ipso atque dispositionem propriae vitae ad Bonum aut contra Bonum, pro Veritate aut contra eam, extremum ad aut contra Deum. Merito insistitur eminenti momento peculiarium delectionum, quae dant « formam » toti morali vitae hominis, ad modum alvei, in quo et ceterae particulares singulorum dierum delectiones locum atque progressum invenire poterunt.

Auctores autem nonnulli longe acriorem proponunt recognitionem rationis inter personam et actus. De « libertate fundamentali » loquuntur quae altior est atque alia ac libertas delectionis, qua haud considerata, actus humani neque recte intellegi neque recte aestimari possent. Ad mentem talium auctorum, partes primae in vita morali assignandae essent « optioni fundamentali », deductae ad effectum per illam fundamentalem libertatem, qua homo de se totaliter decernit, non quidem per deiectionem definitam

[111] **Decl. de libertate religiosa *Dignitatis humanae,* 14.**

et conscie reflexam, sed forma « transcendentali » atque « athematica ». Actus particulares hac optione expressi conatus haberentur circumscripti nec unquam decretorii ad eam exprimendam, qui scilicet non aliter essent habendi quam eius « signa » vel indicia. Id in quo eiusmodi actus proxime versantur — ut dicunt — non summum est Bonum (cuius in conspectu libertas personae modo transcendentali significaretur), sed sunt bona particularia (quae etiam « categorialia » dicuntur). Nonnulli vero theologi opinantur nullum ex his bonis, quae finita sunt suapte natura, posse libertatem totius hominis determinare, quamvis homo fundamentalem sui ipsius optionem solum per eorum effectionem aut recusationem indicare posset.

Ita inter optionem fundamentalem et consultas delectiones cuiusdam definitae actionis distinctio introducitur quae apud nonnullos auctores formam dissociationis accipit cum expresse « bonum » et « malum » morale assignant rationi transcendentali optionis fundamentalis propriae, eas delectiones, quae ad particulares se gerendi rationes « intramundanas » pertinent, « iustas » aut « erroneas » appellantes, respicientes videlicet ad necessitudines hominis cum semet ipso, cum ceteris hominibus, cumque universis rebus. Intus in hominis actione, hiatus inter binos moralitatis gradus adumbrari videtur: hinc ordinem boni et mali ex voluntate pendentem, illinc definitos actus, qui moraliter iusti aut mendosi censentur secundum solam technicam computationem proportionis inter bona et mala « praemoralia » aut « physica », quae reapse actionem sequuntur: adeo ut concreta agendi ratio, libere quoque delecta, simplex processus physicus existimetur, non autem secundum normas actionis humanae proprias. Hinc hominis qualitas proprie moralis reservatur optioni fundamentali, ex toto vel ex parte ea detracta a deleetione actuum particularium definitarum sese gerendi rationum.

66. Nullum dubium quin Christiana doctrina moralis, ipsis in litteris divinis infixa, propriam agnoscat vim delectionis fundamentalis, quae et vitae morali nomen tribuit et libertatem coram Deo radicitus astringit. Agitur de defectione fidei, de oboeditione fidei (cf. *Rom* 16, 26), « qua homo se totum libere Deo committit, "plenum re velanti Deo intellectus et voluntatis obsequium" praestando».[112] Haec fides, quae per caritatem operatur (cf. *Gal* 5, 6), e sinu exoritur hominis, ex « corde » eius (cf. *Rom* 10, 10), unde ad fructus ex operibus edendos vocatur (cf. *Mt* 12, 33-35; *Lc* 6, 45; *Rom* 8, 5-8; *Gal* 5, 22). In Decalogo clausula singulis mandatis praeponitur

[112] CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 5; cf. CONC. OECUM. VAT. I, Const. dogm. de fide catholica *Dei Filius,* cap. 3: *DS,* 3008.

fundamentalis: «Ego sum Dominus Deus tuus... » *(Ex* 20, 2), quae, in multiplicibus variisque praeceptis particularibus primigeniam significationem imprimens, morali Foederis disciplinae certam confirmat formam universitatis, unitatis et altitudinis. Israelis ergo delectio fundamentalis ad primarium respicit mandatum (cf. *Ios* 24, 14-25; *Ex* 19, 3-8; *Mich* 6, 8). Etiam Novi Foederis res moralis afficitur fundamentali Iesu vocatione ad se sequendum — sic et adulescenti ait: «Si vis perfectus esse... veni, sequere me » *(Mt* 19, 21) —: cui invitationi discipulus suo consilio suaque praecipua electione respondet. Evangelicae parabolae de thesauro ac pretiosa margarita, pro qua omnia venduntur quae possidentur, clarae sunt et efficaces figurae, quibus proprietas significatur praecipua et absoluta delectionis, quam Regnum Dei poscit. Caput delectionis Iesum sectandi ipsius verba demonstrant mirum in modum: « Qui voluerit animam suam salvam facere perdet eam; qui autem perdiderit animam suam propter me et Evangelium, salvam eam faciet » *(Me* 8, 35).

Iesu vocatio « veni et sequere me » hominis libertatem designat et quam maxime extollit atque, eodem tempore, testatur veritatem et obligationem actuum fidei necnon consiliorum quae dici possunt optionis fundamentalis. Similem humanae libertatis exaltationem in verbis sancti Pauli invenimus: « Vos enim in libertatem vocatis estis » *(Gal* 5, 13). Confestim tamen gravem Apostolus addit admonitionem: « Tantum ne libertatem in occasionem detis carni », ubi superiora resonant verba eius: « Hac libertate nos Christus liberavit; state igitur, et nolite iterum iugo servitutis detineri » *(Gal* 5, 1). Paulus apostolus nos ut vigilemus hortatur: servitus perpetuo insidiatur libertati. Hoc ad actum fidei proprie pertinet — quatenus est optio fundamentalis — qui, secundum propensiones quas diximus, a delectione actuum particularium seiungitur.

67. Propensiones hae a biblica ergo discrepant doctrina, quae optionem fundamentalem tamquam veram certamque libertatis deiectionem explicat eamque cum actibus particularibus alte coniungit. Delectione fundamentali valet homo vitam suam dirigere atque, gratia adiuvante, ad finem suum tendere, divinae obsequens vocationi. Haec vero facultas re exercetur in peculiaribus definitorum actuum delectionibus, per quas consulto homo ad Dei voluntatem, sapientiam ac legem se conformat. Proindeque est asseverandum hanc optionem fundamentalem, in quantum a vago differat consilio, et ideo nondum definito ad formam obligatoriam libertatis, semper effici delectionibus consciis ac libere patratis. Hac ipsa de causa illa tum retractatur cum homo libertatem suam consciis obstringit contrariis delectionibus, ad rem moraliter gravem pertinentibus.

Optionem fundamentalem a definitis sese gerendi rationibus seiungere idem est ac dissentire ab integritate substantiali vel ab unitate personae moraliter agentis quae corpore et animo constat. Optio fundamentalis sic intellecta, ut expresse a vi a se excitata separetur necnon a determinationibus quae eam exprimunt, finali dynamismo rationali non obsequitur, qui in homine agente et in singulis eius delectionibus est insitus. Enimvero moralitas actuum humanorum non patescit e sola voluntate, inclinatione, vel optione fundamentali quae habeatur pro intentione vacua ab officio probe definito, vel pro intentione cui non respondeat nisus effectivus coram diversis obligationibus vitae moralis. Iudicium de moralitate fieri nequit, si abstrahitur a congruentia aut discrepantia deliberatae delectionis cum definita se gerendi ratione quoad personae humanae dignitatem et integram vocationem. Quaelibet delectio semper requirit nexum deliberatae voluntatis cum bonis aut malis, quae lege naturali tamquam bona demonstrantur persequenda aut devitanda. Ubi agitur de positivis moralibus praeceptis, prudentis semper est videre sintne ipsa ad definitum rerum statum pertinentia, ratione habita, verbi gratia, aliorum forsitan graviorum potiorumque officiorum. Sed negativa praecepta moralia, quibus scilicet quaedam veluti intrinsece malae prohibentur actiones vel definitae se gerendi rationes, nullam iustam accipiunt exceptionem; nullum spatium relinquunt moraliter admittendum pro « creativitate » alicuius contrariae determinationis. Certe definiteque species moralis actionis, quae lege universali prohibetur, agnita, unus actus moraliter bonus est obtemperatio legi morali atque vitatio actionis lege prohibitae.

68. Pastoralis subicienda est magni momenti consideratio. Secundum logicam positionum, quas supra diximus, valeret homo, vi optionis cuiusdam fundamentalis, fidelitatem erga Deum servare, nulla ratione habita quarundam eius delectionum actionumque definitarum, quae legibus normisque moralibus propriis conveniunt aut ab eis discrepant. Ob primigeniam optionem colendi caritatem, homo posset moraliter bonus permanere, in gratia Dei perseverare, suam assequi salutem, haud obstantibus quibusdam definitis se gerendi rationibus, quae deliberate graviterque Dei mandatis ab Ecclesia propositis repugnare possent.

Homo, re vera, non propter hoc tantum, quod optionem illam fundamentalem, qua se « totum libere Deo » commiserat[113] non servaverit perire

[113] **CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* 5; cf. S. CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Decl. de quibusdam quaestionibus ad sexualem ethicam spectantibus *Persona humana* (29 Decembris 1975), 10: *AAS* 68 (1976) 88-90.**

potest. Is enim omni letali peccato, quod deliberato consensu admittit, laedit Deum qui legem dedit, ideoque noxius fit in cunctam legem (cf. *Iac* 2, 8-11); etiamsi fidem servat, is amittit tamen «gratiam sanctificantem», « caritatem » et « beatitudinem aeternam ».[114] Gratia iustificationis — ut docet Concilium Tridentinum — semel accepta amitti potest non modo infidelitate, per quam et ipsa fides amittitur, sed etiam quocumque alio mortali peccato ».[115]

Peccatum mortale et veniale

69. Animadversiones de optione fundamentali, ut iam demonstravimus, adduxerunt nonnullos theologiae cultores ad acute rursus considerandam ipsam traditam distinctionem peccatorum mortalium a peccatis venialibus. Ii illustrant divinae legi adversationem, quae inducit amissionem « gratiae sanctificantis » — atque aeternam damnationem hominis qui eiusmodi peccati statu oppressus moriatur — solum fructum esse posse actus qui implicet hominem totum, id est actus optionis fundamentalis. Pro his theologiae cultoribus peccatum mortale, quod hominem a Deo separat, tum tantum exsisteret in Dei recusatione tali tamen acta libertatis gradu, qui non idem esset ac actus delectionis, neque reflexa perceptione conscientiae attingeretur. Hoc sensu — subiciunt — vix conceditur, saltem psychologice, Christifidelem, qui cum Christo Domino eiusque Ecclesia usque coniungi velit, tam facile posse peccata subinde patrare mortalia, sicut ipsa eius actuum « materia » demonstrare id aliquando videtur. Simili modo vix conceditur posse hominem, brevi temporis spatio, suum radicitus vinculum communionis cum Deo solvere, seque deinde sincera poenitentia ad eum convertere. Ipsi dicunt, igitur, oportere ut gravitatem peccati metiamur potius gradu libertatis, qua actum quis patraverit, quam materia eiusmodi actus.

70. Adhortatio apostolica postsynodalis Reconciliatio et paenitentia confirmavit momentum, iuxta traditionem Ecclesiae, atque perennem vim distinctionis inter mortalia peccata et venialia. Ipsaque Episcoporum Synodus anno MCMLXXXIII celebrata, unde haec prodiit Adhortatio, « non solum confirmavit, quod a Concilio Tridentino decretum est de exsistentia et natura peccatorum mortalium et venialium, sed etiam memoravit pecca-

[114] **Cf. Adhort. Ap. post-synodalis *Reconciliatio et paenitentia* (2 Decembris 1984), 17: *AAS* 77 (1985) 218-223.**

[115] **Sess. VI, Decr. de iustificatione *Cum hoc tempore,* cap. 15: *DS,* 1544; can. 19: *DS,* 1569.**

tum mortale esse peccatum cuius obiectum est materia gravis et, insuper, quod plena conscientia et deliberato consensu admittitur ».[116]

Concilii Tridentini sententia non modo peccati mortalis « materiam gravem » considerat, sed etiam, et quidem veluti necessariam eius condicionem, « plenam advertentiam et deliberatum consensum ». Ceterum, cum theologiae morali tum actioni pastorali probe noti sunt casus, ubi, etsi gravis est actus ratione habita materiae, tamen, cum agentis plena absit advertentia aut deliberatus consensus peccatum mortale certe abest. Pariter « cavendum est ne peccatum mortale ad actum "optionis fundamentalis" — ut nunc aiunt — contra Deum redigatur », sive tamquam explicita et formalis contentio Dei aut proximi, sive tamquam amoris implicita et non reflexa repudiatio. « Etenim peccatum mortale etiam admittitur cum sciens et volens homo, quavis de causa, aliquid eligit quod gravis est deordinatio. Re quidem vera, in eiusmodi delectione iam continetur contemptio praecepti divini, repudiatio amoris Dei erga genus humanum omnemque creaturam: homo se ipsum a Deo amovet et caritatem amittit. Primaria ergo hominis propensio actibus particularibus funditus potest mutari. Sine dubio condiciones esse possunt admodum implicatae et obscurae, quod ad rem psychologicam attinet, quae ad imputabilitatem subiectivam peccantis habent momentum. Sed non licet a consideranda regione psychologica transire ad constituendam categoriam theologicam, cuius modi est ipsa "optio fundamentalis", quae ita intellegatur ut notio traditione accepta peccati mortalis in prospectu obiectivo mutetur aut in dubitationem vocetur ».[117]

Ita disiunctio optionis fundamentalis a deliberatis electionibus definitarum rationum sese gerendi — quae malae sint suapte natura aut ob rerum adiuncta — quibus in controversiam illa non deducatur, continet contemptionem doctrinae catholicae de peccato mortali: « Cum tota Ecclesiae traditione peccatum mortale eum dicimus actum, quo homo sponte scienter que repudiat Deum, eius legem, foedus caritatis a Deo sibi propositum, praeoptans se ad se ipsum et ad aliquid divinae voluntati contrarium convertere (conversio ad creaturam). Quod quidem fieri potest modo directo atque formali, veluti per peccata idololatriae, apostasiae, atheismi; aut aequali modo, ut cum mandatis divinis in materia gravi non obtemperatur ».[118]

[116] **Adhort. Ap. post-synodalis *Reconciliatio et paenitentia* (2 Decembris 1984), 17: *AAS* 77 (1985) 221.**

[117] ***Ibid.: l.c,* 223.**

[118] ***Ibid.: l.c,* 222.**

IV. ACTUS MORALIS

Teleologia et teleologismus

71. Nexus inter hominis libertatem et legem Dei, cuius interior vivaque sedes in conscientia morali inest, patet ac perficitur actibus humanis. Ipsis enim actibus suis homo ut talis se perficit, hominem dicimus, qui vocatur, « ut Creatorem suum sponte quaerat et libere ad plenam et beatam perfectionem ei inhaerendo perveniat ».[119]

Humani actus sunt actus morales, quia auctoris sui probitatem aut malitiam designant atque constituunt.[120] Ii non modo commutant condiciones rerum homini externarum, sed, utpote optiones deliberatae, etiam moralem proprietatem suo tribuunt auctori, cuius et intimorum spiritalium lineamentorum sunt causa, sicut sanctus Gregorius Nyssenus notat praeclare: « Cuncta ergo quae in mutatione ac fluxu posita sunt, numquam firma manent, sed alterum ex altero gignitur, et aut ad melius aut ad peius semper exitus fit... Est autem vita humana mutationi continenter supposita: quare oportet, cum non sit aeterna et immutabilis, semper nasci. Sic autem nasci non aliena fit appetitione, non extrinsecus, ut in corporali nativitate, sed electione propria unusquisque nascitur: unde fit, ut nos ipsi patres quodammodo simus nostri, qualescumque nos volumus electione gignentes ».[121]

72. Moralitas actuum statuitur nexu libertatis hominis ad bonum authenticum. Bonum hoc statuitur, qua aeterna lex, a Sapientia Dei, qui unamquamque ordinat creaturam ad eius finem: haec lex aeterna agnoscitur tam per naturalem hominis rationem (et ita est « lex naturalis »), quam — modo quidem integro et perfecto — per supernaturalem Dei revelationem (et vocatur sic «lex divina»). Agere est moraliter bonum, cum libertatis delectiones congruentes vero hominis bono sunt et ita voluntariam personae ordinationem ad finem ultimum, seu ad ipsum Deum, demonstrant: bonum supremum in quo homo suam plenam perfectamque invenit beatitudinem. Id, quod adulescens cum Iesu colloquens initio quaesivit: « quid boni faciam ut habeam vitam aeternam? » *(Mt* 19, 16), essentiale vinculum inter moralem vim actus et finem ultimum hominis ilico in luce ponit. Respondens Iesus, id confirmat, quod collocutor sibi persuasum

[119] **Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 17.**

[120] **Cf. S. THOMAS AQUINAS, *Summa theologiae,* I-II, q. 1, a. 3: « Idem sunt actus morales et actus humani ».**

[121] ***De vita Moysis,* II, 2-3: *PG* 44, 327-328.**

habet: exsecutionem proborum actuum, quos Qui « unus est bonus » praecipit, condicionem necessariam esse viamque ad aeternam beatitudinem: «si vis ad vitam ingredi, serva mandata» *(Mt* 19, 17). Iesu responsum et mandatorum commemoratio demonstrant etiam viam ad finem observantia signari divinarum legum, quae humanum bonum tuentur. Unus actus congruens bono via esse potest ad vitam ducens.

Actus humani rationalis ordinatio ad bonum ut tale atque voluntaria comparatio huius boni ratione cogniti, moralitatem constituunt. Humanus proinde actus nequit ideo tantum moraliter bonus existimari, quia aptus ad hoc illudve propositum consequendum, aut simpliciter quia bona est agentis mens.[122] Agere tunc moraliter bonum est cum testatur atque significat voluntatem personae ad ultimum finem ordinari, atque definiti actus congruentiam cum bono humano prout hoc agnoscitur per rationem in sua veritate. Si definiti actus obiectum cum vero personae bono non est consentaneum, huius actus electio voluntatem nostram nosque ipsos moraliter malos reddit, efficitque ut fini ultimo supremoque bono, seu Deo, repugnemus.

73. Christifidelis, beneficio Revelationis Dei ac fidei, « novitatem » dignoscit qua suorum actuum moralitas signatur: hi debent significare cohaerentiam aut discrepantiam a dignitate et vocatione, quas gratia ei dedit; in Christo Iesu eiusque in Spiritu Christifidelis est « nova creatura », Dei filius, atque per actus suos demonstrat se imagini Filii, primogeniti in multis fratribus (cf. *Rom* 8, 29), similem aut dissimilerà esse, suam erga Spiritus donum fidelitatem explicat aut infidelitatem, reseratur aut clauditur, ad vitam aeternam, ad visionis et amoris ac beatitudinis communionem cum Deo Patre, Filio et Spiritu Sancto.[123] Christus «Ad imaginem suam ita nos facit — sanctus scribit Cyrillus Alexandrinus — ut divinae naturae proprietates per sanctificationem, iustitiam vitamque virtuti congruentem nobis refulgeant... Huius imaginis pulchritudo lucet in nobis, qui in Christo sumus, quoties bonis operibus probos nos ostendimus viros ».[124]

Cf. S. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae,* II-II, q. 148, a. 3.

[123] Concilium Oecum. Vat. II in Constitutione pastorali de Ecclesia in mundo huius temporis affirmat: « Quod non tantum pro christifidelibus valet, set et pro omnibus hominibus bonae voluntatis in quorum corde gratia invisibili modo operatur. Cum enim pro omnibus mortuus sit Christus cumque vocatio hominis ultima revera una sit, scilicet divina, tenere debemus Spiritum Sanctum cunctis possibilitatem offerre ut, modo Deo cognito, huic paschali mysterio consocientur »: *Gaudium et spes,* 22.

[124] *Tractatus ad Tiberium Diaconum sociosque, II. Responsiones ad Tiberium Diaconum sociosque:* S. CYRILLUS ALEXANDRINUS, *In divi Johannis Evangelium,* vol. III, ed. PHILIP EDWARD PUSEY, Bruxelles, Culture et Civilisation (1965), 590.

Sic accepta vita moralis essentialem habet naturam « theologicam », quoniam in actuum consulta ordinatione ad Deum, summum bonum ultimumque hominis finem (telos), consistit. Id iterum confirmat interrogatio adulescentis a Iesu requirentis: « quid boni faciam ut habeam vitam aeternam? ». Haec tamen ordinatio ad ultimum finem non est mensura subiecti, ex intentione tantum pendens. Ipsa requirit ut per se eiusmodi actus ad hunc finem ordinari possint, utpote congruentes vero hominis bono morali, quod mandata tuentur. Id proprie Iesus adulescenti respondens memorat: « Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata » *(Mt* 19, 17).

Cuiusmodi ordinatio, ut patet, rationalis et libera esse debet, conscia ac deliberata, cuius vi homo est suorum actuum « responsalis » atque obnoxius iudicio Dei, iusti iudicis et misericordis, qui bonum remuneratur malumque ulciscitur, sicut admonet apostolus Paulus: « Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque pro eis quae per corpus gessit, sive bonum sive malum » *(2 Cor* 5, 10).

74. At undenam oritur moralis natura actionis hominis libere agentis? A quo in tuto ponitur haec humanorum actuum ordinatio ad Deum? An ex subiecti agentis intentione, an ex rerum adiunctis — et praesertim consectariis — eius rationis agendi, an ex ipso obiecto eius actionis?

Haec est quaestio, quae translaticio more « quaestio de fontibus moralitatis » vocatur. Ad quam quod pertinet, his decenniis novae — vel renovatae — apparuerunt opiniones culturales ac theologicae, quae accuratum ab Ecclesiae Magisterio iudicium postulant.

Quaedam theoriae ethicae, quibus nomen « theologicae », attentae videntur ad convenientiam humanorum actuum cum finibus, quos agens sibi proponit, et cum valoribus, quos ipse intendit.

Normae ad iudicandum de morali rectitudine alicuius actionis hauriuntur ex consideratione bonorum non moralium aut praemoralium assequendorum, et eorundem valorum non moralium aut praemoralium observandorum. Nonnullorum iudicio definita agendi ratio iusta aut vitiosa est, prout meliorem rerum statum omnibus, quorum interest, afferre potest aut nequit: iusta habenda esset agendi ratio, quae valeret « maxima reddere » bona, mala autem reddere « minima ».

Multi moralistarum catholicorum, qui hanc opinionem sequuntur, abesse volunt ab utilitarismo et a pragmatismo, ex quibus moralitas humanorum actuum diiudicanda esset, ultimo vero fine hominis praetermisso. Recte ipsi animadvertunt necesse esse ut argumentationes inveniantur rationales magis magisque solidae, quibus vitae moralis necessitates comprobentur

eiusque statuantur normae. Quarum argumentationum investigatio iusta est ac necessaria, cum ordo moralis, lege naturali sancitus, humanae rationi plerumque intellectu sit facilis. Inquisitio est insuper, quae ipsis respondet exigentiis dialogi et consociatae operae cum non catholicis Christifidelibus et cum non-credentibus, specialem quidem in modum apud societates pluralisticas, quas dicunt.

75. At in conatu elaborandae eiusmodi disciplinae moralis rationalis — titulo interdum « moralis autonomae » nuncupatae — erroneae solutiones sunt, coniunctae praesertim cum inepta intellectione obiecti actionis moralis. Nonnulli non satis existimant voluntatem definitis implicari deleetionibus, quas ipsa operatur: hae condicio sunt eius moralis probitatis eiusque ordinationis ad ultimum hominis finem. Quidam autem adhaerescunt libertatis notioni, quae omittit definitas pro eius exercitio condiciones, eius obiectivam cum veritate circa bonum convenientiam, eius determinationem per selectas concretas agendi rationes. Itaque, secundum has sententias, libera voluntas neque moraliter definitis obligationibus subesset, neque suis ipsis delectionibus informaretur, quamvis reciperet in se suos actus eorumque consecutiones. Hic igitur « teleologismus », qua methodus inventionis normae moralis, secundum vocabula et similitudines e diversis sententiis deprompta, « consequentialismus » aut « proportionalismus » vocari potest. Prior normas circa iustam rationem determinati cuiusdam modi agendi excerpere contendit ex sola consectariorum computatione, quae ab alicuius delectionis exsecutione manare praevidentur; alter, comparatis valoribus et bonis quae spectantur, potius considerat cognitam proportionem inter effectus bonos et malos, respectu « maioris boni » aut « minoris mali », quae vere in peculiari condicione contingere possunt.

Doctrinae ethicae theologicae (proportionalismus, consequentialismus, qui dicuntur) etsi agnoscunt valores morales ratione et Revelatione significari, minime tamen putant exsistere posse absolutam prohibitionem circa deiectionem quarundam rationum sese gerendi, quae omni tempore omnique in cultura bonis illis adversentur. Subiectum agens auctor quidem esset assecutionis valorum quaesitorum, sed pro duplici aspectu; namque valores vel bona in actu humano contenta hinc ordinis moralis essent (quoad valores proprie morales, quales sunt Dei amor, benevolentia in proximum, iustitia, etc.), hinc autem ordinis praemoralis, qui dicitur etiam non moralis vel physicus vel onticus (quoad commoda aut incommoda percepta sive ab agente sive ab omni persona iis serius ociusque implicata, qualia sunt valetudo aut eius damnum, integritas physica, vita, mors,

amissio bonorum materialium, etc.). In mundo, ubi semper bonum malo immisceretur omnisque effectus bonus cum aliis effectibus coniungeretur malis, moralitas actus diverso modo iudicanda esset: eius « bonitas » moralis ex voluntate subiecti pertinente ad bona moralia, atque eius « iusta ratio » ex consideratione effectuum vel consecutionum quae praevideri possunt eorumque proportionis. Hinc definitae sese gerendi rationes haberentur iustae aut erroneae, cum tamen voluntas moraliter bona aut mala auctoris earum aestimari non posset. Hoc modo aliquis actus, qui, a norma negativa universali dissidens, bona directe violaret « prae-moralia » habita, posset moraliter iudicari licitus, si intentio subiecti, pro « responsali » consideratione bonorum in definito actu contentorum, tota versaretur super valorem moralem qui tanquam decretorius aestimaretur quadam in rerum condicione.

Aestimatio consectariorum actionis, ex proportione actus cum suis effectibus et effectuum inter se, ad ordinem tantum « praemoralem » spectaret. De actuum morali proprietate, id est de eorum bonitate aut malitia, diudicaret tantum personae fidelitas erga praestantiores caritatis et prudentiae valores, nec eiusmodi fidelitas necessario aliena esset a delectionibus certis praeceptis moralibus particularibus repugnatibus. Quae praecepta, vel in materia gravi, censenda essent normae actuosae semper incertae et exceptionibus obnoxiae.

Hoc in conspectu, deliberatus consensus erga quasdam se gerendi rationes, quae illicitae ex translaticia disciplina morali existimantur, nullam obiectivam malitiam moralem contineret.

Obiectum actus deliberati

76. Hae sententiae quandam consequi possunt vim suasoriam ex sua similitudine cum scientiae sensu, qui merito sollicitus est de artificiosis et oeconomicis ordinandis negotiis secundum computationem opum et quaestuum necnon processuum et effectuum. Ipsae contendunt solvere hominem ab ethica obligationis, voluntate imposita et ex arbitrio manante, quae inhumana proinde esset habenda.

Eiusmodi sententiae ab Ecclesiae doctrina dissonant cum putant probare se posse, velut moraliter bonas, deliberatas delectiones rationum se gerendi, quae legis divinae et naturalis praeceptis adversantur.

Nequeunt eiusmodi doctrinae ad traditionem moralem catholicam se revocare: nam si verum est in hac esse excultam casuum explanationem intentam ad perpendendas aliquibus in definitis condicionibus boni maiores

possibilitates, pariter verum est hoc factum esse in solis casibus, in quibus lex erat incerta; et idcirco explanatio illa non in controversiam vocabat absolutam praeceptorum moralium negantium auctoritatem, quae sine exceptione obligant. Christifideles praecepta proprie moralia cognoscere debent ac servare, quae declarantur et docentur ab Ecclesia nomine Dei Creatoris ac Domini.[125] Cum apostolus Paulus in mandato « Diliges proximum tuum tamquam te ipsum » récapitulât Legis impletionem (cf. *Rom* 13, 8-10), non mandata minuit, sed potius confirmat, quippe qui eorum exigentias demonstret et gravitatem. Amor Dei et amor proximi separari non possunt ab observantia mandatorum Foederis, quod renovatum est in sanguine Iesu Christi et in dono Spiritus. Honor Christifidelium est Deo oboedire potius quam hominibus (cf. *Act* 4, 19; 5, 29), ideoque et martyrium ferre, sicut fecerunt sancti et sanctae Veteris et Novi Testamenti, qui tales sunt declarati, cum maluissent mori quam quidlibet facere fidei aut virtuti contrarium.

77. Eaedem quas diximus sententiae, ut rationalia iusti consilii moralis iudicia exhibeant, et intentionis et actionis humanae consectariorum rationem habent. Magna quidem consideratio est intendenda cum in intentionem, — sicut de ea Iesus peculiari cum vehementia aperte instat contra scribas et Pharisaeos, qui minutatim nonnullas operas praescribebant externas, corde neglecto (cf. *Me* 7, 20-21; *Mt* 15, 19) —, tum in bona capta et mala devitata e peculiari actu manantia. Agitur de postulato responsali. Horum vero consectariorum — necnon intentionum — consideratio haud satis est ad qualitatem moralem definitae optionis iudicandam. Reputatio bonorum atque maiorum, quae ab actione quadam praevideri possunt, methodus apta non est ad statuendum sitne delectio certae se gerendi rationis « secundum speciem suam » vel « in se ipsa » moraliter bona an mala, licita an illicita. Consequentiae, quae praevideri possunt, ad ea pertinent actus adiuncta, quae actus mali gravitatem commutare quidem valent, speciem tamen moralem mutare non possunt.

Unusquisque ceteroqui novit perdifficile sibi esse vel potius impossibile, suorum actuum consectaria omnia ponderare omnesque effectus bonos aut malos, qui praemorales denominantur: rationalis aestimatio absoluta fieri nequit. Quid ergo faciendum, ut proportiones statuantur ex aestimatione, cuius iudicia obscura manent? Quo modo comprobari possit obligatio absoluta quoad computationes tam incertas?

[125] Cf. CONC. OECUM. TRIDENT., Sess. VI, Decr. de iustificatione *Cum hoc tempore,* can. 19: *DS,* 1569. Cf. etiam CLEMENS PP. XI, Const,. *Unigenitus Dei Filius* (8 Septembris 1713) contra errores Paschasii Quesnel, nn. 53-56: *DS,* 2453-2456.

78. Actus humani moralitas pendet in primis et fundamentali modo ex « obiecto » deliberata voluntate rationaliter electo, sicut evincitur in acuta etiam nunc valida sancti Thomae investigatione.[126] Proinde, ut actus obiectum deprehendi possit, quod ei moralem proprietatem tribuat, se collocare necesse est in prospectu personae agentis. Obiectum enim actus voluntatis est ratio sese gerendi libere electa. Cuiusmodi obiectum, utpote ordini rationali congruens, est causa bonitatis voluntatis, moraliter nos perficit atque expedit ad nostrum agnoscendum finem ultimum jn bono perfecto, in amore primigenio. Ergo nefas est accipere, velut obiectum definiti actus moralis, processum vel eventum ordinis tantum physici, qui aestimandus sit prout gignat certum rerum statum in mundo exteriore. Obiectum est finis proximus deliberatae delectionis, quae voluntatis personae agentis est causa. Hoc sensu, sicut Catholicae Ecclesiae Catechismus docet, « sunt rationes agendi, quas eligere est semper plenum erroris, quia earum electio admittit inordinatum voluntatis, id est malum morale ».[127] « Frequenter enim — ut apud Aquinatem legimus — aliquis bona intentione operatur, sed inutiliter, cum bona voluntas desit; ut si quis furetur ut pascat pauperem, est quidem recta intentio, sed deest rectitudo debitae voluntatis, unde nullum malum bona voluntate factum excusatur. "Sicut qui dicunt: faciamus mala ut veniant bona: quorum damnatio iusta est" ***(Rom*** 3, 8) ».[128]

Ratio autem, ob quam recta non sufficit intentio, sed recta etiam exigitur operarum electio, in hoc consistit, quod, cum actus humanus ex suo pendeat obiecto, videndum est possitne obiectum ordinari ad Deum necne, ad Eum scilicet qui «solus est bonus» et ideo personae perfectionem efficit. Rectus ideo est actus, cuius obiectum cum bono personae convenit atque bona ipsi moraliter potiora servat. Ethica igitur Christiana, quae ad obiectum morale intendere mavult, interiorem « teleologiam » agendi considerare haud recusat, cum ad provehendum verum personae bonum spectet, sed agnoscit eiusmodi bonum tunc tantum re acquiri, cum essentialia naturae humanae principia servantur. Actus humanus, rectus secundum suum obiectum, ordinari etiam potest ad finem ultimum. Idem actus consequitur ultimam decretoriamque perfectionem cum voluntas eum revera ad Deum per caritatem dirigit. Hoc sub respectu moralistarum confessorumque Patronus docet: « Non sufficit opera bona patrare, oportet ea probe patrare.

[126] Cf. *Summa Theologiae,* I-II, q. 18, a. 6,

[127] *Catholicae Ecclesiae Catechismus,* n. 1761.

[128] *In duo praecepta caritatis et in decem legis praecepta. De dilectione Dei: Opuscula theologica,* II, n. 1168, Ed. Taurinen. (1954) 250.

Ut autem opera nostra bona perfectaque sint, necesse est ut illa fiant una mente satisfaciendi Deo ».[129]

« Malum intrinsecum »: non est faciendum malum ut veniat bonum (cf. *Rom* 3, 8)

79. Respuenda est igitur thesis doctrinarum theologicarum et proportionalistarum, quae tenet moraliter malam appellari non posse secundum suam speciem — id est « obiectum » suum — deliberatam quarundam rationum agendi vel definitorum actuum deiectionem, si separetur ab intentione, qua patrata fuerit, aut ab universitate illius actus consectariorum, quae erga omnes, quorum interest, praevideri possunt.

Primarium essentialeque elementum ad iudicium morale est obiectum actus humani, quod statuit de eius ordinatione ad bonum adque ultimum finem, qui Deus est. Eiusmodi ordinatio intellectu animadvertitur in ipsa hominis natura, in integra eius veritate inspecti, in naturalibus igitur eius propensionibus, in eius dynamismis atque propositis, quibus semper inest spiritalis mensura: haec proprie sunt quae lege naturali continentur, idcirco ordinata universitas « bonorum pro persona », quae « bono personae » inserviunt, bono quod ipsa est eiusque perfectio. Haec sunt bona, quibus praesidio sunt leges divinae, quae totam legem naturalem continent.[130]

80. Atqui ratio testatur actus humani obiecta esse, quae apparent « non ordinabilia » ad Deum, quia omnino dissident a bono personae ad Ipsius imaginem creatae. Hi sunt actus, qui a morali Ecclesiae traditione « intrinsece malum » vocati sunt: tales semper sunt et per se, id est ob ipsum eorum obiectum, nulla agentis eiusque aliorum adiunctorum ratione habita. Quare Ecclesia, momentum rerum adiunctorum et in primis intentionum in moralitatem minime negans, docet esse « actus, qui per se ipsos et in se ipsis, extra rerum adiuncta, propter obiectum suum semper sunt graviter illiciti ».[131] Concilium Vaticanum II, in contextu de obsequio quod humanae debetur personae, amplum talium actuum exemplum exhibet: « Quaecumque insuper ipsi vitae adversantur, ut cuiusvis generis homicidia, genocidia, abortus, euthanasia et ipsum voluntarium homicidium;

[129] S. ALPHONSUS MARIA DE' LIGUORI, *Pratica di amar Gesù Cristo,* VII, 3.

[130] Cf. *Summa Theologiae,* I-II, q. 100, a. 1.

[131] Adhort. Ap. post-synodalis *Reconciliatio et paenitentia* (2 Decembris 1984), 17: *AAS* 77 (1985) 221; cf. PAULUS PP. VI, *Allocutio* ad Sodales Congregationis Sanctissimi Redemptoris (Septembri 1967): *AAS* 59 (1967) 962: «Absit ut Christifideles in diversam opinionem inducantur, quasi ex Concilii magisterio nonnulla hodie liceant, quae antea Ecclesiae *intrinsece mala* declaravit. Quis non videt exinde pravum *relativismum moralem* oriri, ac plane totum doctrinae Ecclesiae patrimonium in discrimen adduci? ».

quaecumque humanae personae integritatem violant, ut mutuationes, tormenta corpori mentive inflicta, conatus ipsos animos coercendi; quaecumque humanam dignitatem offendunt, ut infrahumanae vivendi condiciones, arbitrariae carcerationes, deportationes, servitus, prostitutio, mercatus mulierum et iuvenum; condiciones quoque laboris ignominiosae, quibus operarii ut mera quaestus instrumenta, non ut liberae et responsales personae tractantur: haec omnia et alia huiusmodi probra quidem sunt, ac dum civilizationem humanam inficiunt, magis eos inquinant qui sic se gerunt, quam eos qui iniuriam patiuntur et Creatoris honori maxime contradicunt ».[132]

De actibus intrinsece malis, deque iis usibus qui conceptionem impediunt quorum vi coniugalis actus infecundus voluntarie redditur, Paulus VI haec docet: « Verum enimvero, si malum morale tolerare, quod minus grave sit, interdum licet, ut aliquod maius vitetur malum vel aliquod praestantius bonum promoveatur, numquam tamen licet, ne ob gravissimas quidem causas, facere mala ut eveniant bona (cf. *Rom* 3, 8): videlicet in id voluntatem conferre, quod ex propria natura moralem ordinem transgrediatur, atque idcirco homine indignum sit iudicandum, quamvis eo consilio fiat, ut singulorum hominum, domesticorum convictuum, aut humanae societatis bona defendantur vel provehantur ».[133]

81. Ecclesia, cum nos docet actus nonnullos esse «intrinsece malos», Sacrae Scripturae doctrinam sequitur. Apostolus Paulus omni asseveratione affirmat: « Nolite errare: neque fornicarii neque idolis servientes neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque avari, non ebriosi, non maledici, non rapaces Regnum Dei possidebunt » (2 *Cor* 6, 9-10).

Si actus intrinsece mali sunt, recta intentio vel peculiaria rerum adiuncta malitiam quidem minuere possunt, delere tamen nequeunt: ii « irreparabiliter » mali actus sunt, atque per se ipsos et in se ipsis ordinari nequeunt ad Deum neque ad bonum personae: « Cum iam opera ipsa peccata sunt — scribit sanctus Augustinus — sicut furta, stupra, blasphemiae, vel cetera talia, quis est qui dicat causis bonis esse facienda, ut vel peccata non sint, vel, quod est absurdius, iusta peccata sint? ».[134]

Propterea, rerum adiuncta vel intentiones, numquam actum ob obiectum suum intrinsece pravum con vertere poterunt in actum « subiective » probum, vel qui defendi possit velut delectio.

[132] Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 27.

[133] Litt. Encycl. *Humanae vitae* (25 Iulii 1968), 14: *AAS* 60 (1968) 490-491.

[134] *Contra mendacium,* VII, 18: *PL* 40, 528; cf. S. THOMAS AQUINAS, *Quaestiones quodlibetales,* IX, q. 7, a. 2; *Catholicae Ecclesiae Catechismus,* nn. 1753-1755.

82. Ceterum bona est intentio, cum ad verum personae bonum tendit, respectu finis eius ultimi. Actus vero, quorum obiectum ad Deum « ordinari non potest » atque est « persona humana indignum », eiusmodi bono semper utcumque adversantur. Propterea observantia normarum, quae eiusmodi actus prohibent atque semper et pro semper vim cogendi habent, seu sine ulla exceptione, non modo rectam intentionem non minuit, sed omnino fundamentalem eius constituit significationem.

Doctrina obiecti, quatenus moralitatis fontis, aperte patefacit doctrinam moralem biblicam Foederis et mandatorum, caritatis ceterarumque virtutum. Moralis proprietas humanitus agendi pendet ex hac fidelitate erga mandata, oboedientiae signo et amoris. Hac de causa — iterum dicimus — ut erronea respuenda est opinio, quae tenet deliberatam quarundam agendi rationum vel actuum definitorum deiectionem non posse iudicari moraliter malam ex genere suo, nulla ratione habita voluntatis, qua delectio patrata sit, aut neglecta consectariorum universitate erga omnes quorum interest, quae pertinere ad illum actum praevideri possunt. Sine hac rationali determinatione moralitatis humanitus agendi, « ordo moralis obiectivus » affirmari non posset[135] neque quaelibet proponi norma definita ex sua ad obiectum ordinatione, quae vim cogendi haberet sine ulla exceptione; et id damno humanae fraternitatis et veritatis de bono, ipsiusque communionis ecclesialis.

83. Sicut videri potest, in quaestionem de moralitate humanorum actuum, praesertim de exsistentia actuum intrinsece maiorum, convenit aliquo modo quaestio ipsa de homine, de eius veritate deque consectariis moralibus inde manantibus. Ecclesia, cum agnoscit ac docet malum intrinsecum in quibusdam inesse actibus humanis, fidelitatem erga integram hominis veritatem observat, quem proinde veretur eiusque dignitati et vocationi favet. Ideoque sententias, quas supra diximus, huic veritati adversantes, ea repellere debet.

Necesse tamen est ut nos, Venerabiles Fratres in episcopatu, non tantummodo insistamus in Christifidelibus admonendis de erroribus ac periculis quarundam ethicarum disciplinarum propriis. Nostrum est in primis fascinantem ostendere fulgorem illius veritatis, quae est ipse Iesus Christus. In Eo, qui Veritas est (cf. *Io* 14, 6), potest homo plene comprehendere perfecteque colere, per actus bonos, suam ad libertatem vocationem, divinae obtemperans legi, quae mandato amoris Dei et proximi continetur. Id qui-

CONC. OECUM. VAT. II, Decl. de libertate religiosa *Dignitatis humanae,* 7.

dem accidit virtute muneris Spiritus Sancti, Spiritus veritatis, libertatis et amoris: in Eo facultas nobis datur reddendi interiorem legem eandemque percipiendi atque colendi veluti dynamismum verae libertatis personalis: « in lege perfecta libertatis » *(Iac* 1, 25).

CAPUT III

« UT NON EVACUETUR CRUX CHRISTI » *(lCor* 1, 17)

MORALE BONUM PRO ECCLESIAE ET MUNDI VITA

« HAC LIBERTATE NOS CHRISTUS LIBERAVIT » *(Gal* 5, 11)

84. Primaria quaestio, quam supra memoratae doctrinae morales peculiariter exagitant, ad necessitudinem inter hominis libertatem et Dei legem, quae pertinet extremo ad necessitudinem inter libertatem et veritatem redigitur.

Ad fidem christianam Ecclesiaeque doctrinam « libertas tantum quae se Veritati subicit personam humanam ad verum bonum perducit. Personae bonum est in Veritate manere et Veritatem facere ».[136]

Ecclesiae mentem cum sociali culturalique nostrae aetatis condicione conferendo, statim eruitur necesse esse hac in ipsa potissima quaestione multa pastoralis opera ab ipsa Ecclesia explicetur: « Hoc praecipuum vinculum inter Veritatem — Bonum — Libertatem maximam partem ab hodierna cultura amissum est, idcirco hominem iterum concitare ad idem rursus detegendum est Ecclesiae munus et officium ad mundi salutem. Pilati percontatio: "Quid est veritas?" ex hominis quoque maestà cunctatione patet, qui saepe non iam scit quis sit, unde veniat, quo pergat. Sic videmus humanam personam terribilem in modum proruere in condiciones sui ipsius progredientis destructionis. Si nonnullas voces audimus, natura indelebilis firmitasque nullius valoris moralis videntur amplius esse agnoscendae. Ob omnium oculos sunt vitae humanae contemptio, iam genitae et nondum natae; praecipuorum simul personae iurium violatio continuata; bonorum ad vitam mere humanam necessariorum iniqua deletio. Immo aliquid gravius accidit: homo enim non iam sibi persuasum habet in sola veritate salutem se invenire posse. Veri salutaris vis respuitur, uni libertati, ab omni obiectivitate abstractae, munere demandato de bono maloque libere decernendi. Relativismus hic in theologico ambitu diffidentia fit de

[136] *Allocutio* ad participes Congressus internationalis theologiae moralis (10 Aprilis 1986), 1: *Insegnamenti* IX, 1 (1986) 970.

sapientia Dei, qui hominem lege morali regit. Iis quae moralis lex praecipit definitae condiciones opponuntur, cum non Dei lex iam unicum verumque hominis bonum semper esse habeatur ».[137]

85. Opera discernendi has ethicas doctrinas, quam Ecclesia explere debet, non finitur earum reprehensione et recusatione, sed re omnes fideles magna cum dilectione sustinere vult in morali conscientiae formatione, quae iudicet itemque ad proposita secundum veritatem perducat, sicut Apostolus Paulus cohortatur: « Nolite conformari huic saeculo, sed transformamini renovatione mentis, ut probetis quid sit voluntas Dei, quid bonum et bene placens et perfectum » *(Rom* 12, 2). Haec Ecclesiae opera suum fulcimentum invenit — suum « secretum » institutorium — non tam in doctrinae enuntiationibus vel pastoralibus ad vigilantiam monitis, quam in deligendis oculis in Dominum Iesum. Ecclesia quotidie indefesso amore Iesum contuetur, plane conscia in Eo tantum veram et ultimam ad quaestionem moralem inveniri responsionem.

In Iesu praesertim cruci affixo quaestioni, quae tam multos homines hodie exagitat, ipsa invenit responsum: quomodo potest normis moralibus universalibus et immutabilibus obtemperatio observare singularitatem et non iterabilitatem personae atque non insidiari eius libertati dignitatique? Ecclesia suam facit conscientiam quam Paulus apostolus de missione suscepta habuit: «Christus... misit me... evangelizare, non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi... Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam; ipsis autem vocatis, Iudaeis atque Graecis, Christum Dei virtutem et Dei sapientiam » *(1 Cor* 1, 17. 23-24). Christus cruci affixus verum libertatis sensum ostendit, ex quo se ipse penitus donando vivit idemque discipulos, vocat ad suam ipsius libertatem participandam.

86. Rationalis consideratio et quotidiana experientia debilitatem demonstrant, qua hominis libertas afficitur. Libertas profecto est vera, sed finita: non in se ipsa absolutum summumque principium habet, sed in exsistentia in qua versatur, quaeque simul limes est ei et possibilitas. Libertas est creaturae, libertas scilicet donata, quae velut semen suscipienda est et officii conscientia maturanda. Pars est constitutiva creaturae illius imaginis, quae dignitatis personae fundamentum iacit: in ea enim resonat primigenia vocatio, qua Creator hominem ad verum bonum vocat, et etiam magis, Christi revelatione, ad amicitiam faciendam cum eo, vitam ipsam

[137] ***Allocutio* ad participes Congressus internationalis theologiae moralis (10 Aprilis 1986), 2: *Insegnamenti* IX, 1 (1986) 970-971.**

divinam participando. Est non alienabilis sui ipsius possessio simul ac universalis ad omnes homines patefactio, per exitum ex se ad alterius cognitionem amoremque.[138] In hominis igitur veritate radices agit libertas, atque ad communionem tendit.

Ratio et experientia non modo debilitatem produnt libertatis humanae, verum etiam eius acres casus. Homo detegit suam libertatem arcano quodam modo ad Bonum Verumque deserendum inclinari, seque re saepius eligere malle finita, terminata et fluxa. Quin magis in ipsis erroribus et malis electionibus capitalis rebellionis animadvertit homo originem, quae eum impellit ad Veritatem Bonumque respuenda, ut tanquam principium sui ipsius absolutum se elevet: «Vos eritis sicut Deus» *(Gn* 3, 5). Libertas ideo est liberanda. Christus est liberatur: « Ipse nos liberavit ut essemus liberi » *(Gal* 5, 1).

87. Christus ante omnia revelat probam apertamque veritatis agnitionem condicionem esse verae libertatis: « Et cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos» *(Io* 8, 32):[139] quae veritas coram potestate liberos reddit et vim dat martyrii. Ita est de Iesu coram Pilato. « Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati» *(Io* 18, 37). Hoc modo Dei adoratores debent illum adorare « in spiritu et veritate » *(Io* 4, 23): per hanc adorationem liberi fiunt. Vinculum cum veritate et Dei adoratio in Christo Iesu manifestantur veluti altissima libertatis radix.

Iesus praeterea sua ipsius exsistentia, non verbis tantummodo, indicat libertatem amore effici, donatione scilicet sui. Is qui dicit: « Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis » *(Io* 15, 13), libere Passioni occurrit (cf. *Mt* 26, 46) et Patri in cruce oboediendo vitam pro omnibus hominibus dat (cf. Philp 2, 6-11). Hoc modo Iesu cruci affixi contemplatio praecipua est semita in qua Ecclesiae est quotidie ambulandum si totum libertatis sensum intellegere vult, qui est donatio sui ipsius per operam Deo et fratribus navatam. Cum Domino autem cruci affixo et resuscitato communio inexhaustus est fons ex quo Ecclesia continenter haurit, ut in libertate vivat, se donet et serviat. Psalmi XCIX (C) versiculum explanans «Servite Domino in iucunditate », sanctus Augustinus dicit: « Libera servitus est apud Dominum; libera servitus, ubi non necessitas, sed caritas servit... Servum te caritas faciat quia liberum te veritas fecit... Simul es servus et liber: servus, quia factus es;

[138] **Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 24.**

[139] **Cf. Litt. Encycl. *Redemptor hominis* (4 Martii 1979), 12: *AAS* 71 (1979) 280-281.**

liber quia amaris a Deo a quo factus es: immo etiam inde liber, quia amas eum a quo factus es... Servus es Domini, libertus es Domini; non te sic quaeras manumitti, ut recédas de domo manumissoris tui ».[140]

Hoc modo Ecclesia, et in ea quisque christianus, ad munus regale Christi in cruce perticipandum vocatur (cf. Io 12, 32), ad gratiam pariter responsalitatemque Filii hominis, « qui non venit ministrari sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis » *(Mt* 20, 28).[141]

Iesus igitur vivum est et personale compendium perfectae libertatis in absoluta oboedientia Dei voluntati. Caro eius cruci affixa plena est revelatio indissolubilis vinculi, quod est inter libertatem et veritatem, sicut eius a mortuis resurrectio maxima est exaltatio fecunditatis potentiaeque salvificae libertatis in veritate actae.

IN LUCE AMBULARE (cf. *1 Io* 1,7)

88. Oppositio, immo tota libertatis disiectio a veritate, proficiscitur, manifestatur et completur alia graviore perniciosioreque dichotomia, ea scilicet quae fidem a morali dividit.

Inter maximas Ecclesiae pastorales sollicitudines adscribitur distractio haec in hodierno saecularismi processu, in quo tot, nimii multi cogitant vitamque gerunt, « veluti si Deus non esset ». Quendam animi inclinationem videmus quae, saepe, penitus, large particulatimque habitus complectitur et ipsorum christianorum consuetudines, quorum fides enervatur et suam amittit proprietatem novae regulae interpretatoriae atque activae quoad personalem, familiarem socialemque exsistentiam. Reapse normae iudicii et delectionis, quas ipsi fideles sumunt, in culturae ambitu quae large christianum sensum amisit, saepe non consentiunt cum Evangelii scriptis, immo eis obsistunt.

Novitas igitur fidei suae atque eius iudicii vis sunt christianis iterum detegendae coram praevalenti praepotentique cultura: « Eratis enim aliquando tenebrae — monet Paulus apostolus — nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate: fructus enim lucis est in omni bonitate et iustitia et veritate, probantes quid sit beneplacitum Domino; et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem et redarguite; ... Videte itaque caute quomodo ambuletis, non quasi insipientes sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt» *(Eph* 5, 8-11. 15-16; cf. *1 Th* 5, 4-8).

[140] ***Enarratio in Psalmum XCIX,* 7: *CCL* 39, 1397.**

[141] **Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 36; cf. Litt. Encycl. *Redemptor hominis* (4 Martii 1979), 21: *AAS* 71 (1979) 316-317.**

Recuperanda ideo est et referenda fidei christianae vera effigies, quae non est simplex sententiarum coacervatio, quas mens suscipere et ratas habere debeat. Cognitio Christi contra est exercita, vivens est memoria mandatorum eius, veritas colenda. Ceterum verbum non vere accipitur nisi actibus perficitur, nisi explicatur. Fides est consilium totam exsistentiam obstringens. Est credentis occursus, dialogus, communio amoris et vitae cum Iesu Christo, qui est Via, Veritas et Vita, (cf. *Io* 14, 6). Actum poscit fiduciae et animi effusionis in Christum, nobisque dat ut vivamus quemadmodum ipse vixit (cf. *Gal* 2, 20), videlicet in maximo Dei et fratrum amore.

89. Fides continentiam quoque moralem habet: congruens vitae debitum gignit et requirit, acceptionem et observantiam divinorum mandatorum continet et perficit. Ut Ioannes evangelista scribit, « Deus lux est et tenebrae in eo non sunt ullae. Si dixerimus quoniam communionem habemus cum eo et in tenebris ambulamus, mentimur et non facimus veritatem... Ex hoc cognoscimus quoniam novimus eum: si mandata eius servemus. Qui dicit: "Novi eum" et mandata eius non servat, mendax est et veritas in isto non est; qui autem servat verbum eius, vere in hoc caritas Dei consummata est. In hoc cognoscimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambula vit, et ipse ambulare» *(Io* 1, 5-6; 2, 3-6).

Per moralem vitam fides fit «confessio» non modo coram Deo/verum etiam coram hominibus: fit testimonium. « Vos estis lux mundi — dixit Iesus —. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est » *(Mt* 5, 14-16). Opera haec sunt praesertim opera caritatis (cf. *Mt* 25, 31-46) et verae libertatis quae manifestatur et vivit ex sui ipsius donatione, ex integra donatione sui, ut Iesus fecit qui in cruce « dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro ea» *(Eph* 5, 25). Christi testimonium fons est, exemplar et copia testificationi discipuli, qui ad eandem semitam decurrendam vocatur: « Si quis vult venire post me, abneget seipsum et tollat crucem suam cotidie et sequatur me » *(Lc* 9, 22). Caritas, secundum praecepta evangelica penitus iubentia, ad extremum martyrii testimonium perducere potest fidelem Iesum semper sequentem, qui in cruce moritur, « estote ergo imitatores Dei sicut filii carissimi — scribit Paulus ad Ephesios — et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos et tradidit seipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis » *(Eph* 5, 1-2).

MARTYRIUM, EXALTATIO INVIOLABILIS SANCTITATIS LEGIS DEI

90. Necessitudo inter fidem et moralem disciplinam fulgide splendet in absoluta observantia quae debetur indelebilibus dignitatis personalis cuiusque hominis exigentiis, quae normis moralibus defenduntur, quae actus intrinsece malos prohibent sine exceptione. Universalitas immutabilitasque moralis normae manifestant simulque inserviunt absolutae naturae personalis dignitati, hominis scilicet inviolabilitati, in cuius vultu Dei splendor emicat (cf. *On* 9, 5-6).

Reiectio doctrinarum ethicarum « teleologicarum », « consequentialistarum » et « proportionalistarum », quae morales normas negativas et sine exceptione firmas esse negant ad definitas agendi rationes pertinentes, apertissime confirmatur praesertim christiano martyrio, quod semper est comitatum et etiamnunc Ecclesiae vitam comitatur.

91. In Antiquo iam Foedere mira erga sanctam Dei legem inveniuntur fidelitatis testimonia, voluntaria mortis acceptione confirmatae. Clarae significationis est Susannae narratio: duobus iniustis iudicibus, qui interimere eam minabantur, si eorum respuisset libidinem, sic respondit: « Angustiae sunt mihi undique: si enim hoc egero, mors mihi est; si autem non egero, non effugiam manus vestras; sed melius mihi est absque opere incidere in manus vestras quam peccare in conspectu Domini » *(Dn* 13, 22-23). Susanna « absque opere incidere » praeoptans in iudicum manus, non modo suam fidem fiduciamque testatur in Deum, verum et suam oboedientiam veritati et absoluto ordini morali: sua ad martyrium prompta voluntate asseverat iustum non esse patrare quod Dei lex declarat malum ut bonum quiddam inde eveniat. Ipsa « meliorem partem » sibi eligit: clarum est testimonium, sine ullo medio consilio, veritati redditum atque Deo Israel quoad bonum; sic actibus suis Dei sanctitatem ostendit.

In ipso Novi Testamenti initio Ioannes Baptista, recusans servare silentium de lege Domini atque compromissum facere de malo, « animam suam posuit pro iustitia et pro veritate»,[142] atque ita Messiae praecursor exstitit etiam in martyrio (cf. *Mc* 6, 17-29). Propter hoc « clausus est obscuritate carceris, qui venit testimonium perhibere de lumine quique ab ipsa luce, quae Christus est, lucerna ardens et lucens appellari meruit; et ipse proprio cruore baptizatus est, cui Redemptorem mundi baptizare... donatum erat ».[143]

[142] *Missale Romanum, In Passione S. Ioannis Baptistae, Collecta.*
[143] S. BEDA VENERABILIS, *Homiliarum Evangelii Libri,* II, 23; *CCL* 122, 556-557.

In Novo Foedere plura inveniuntur testimonia adsectatorum Christi — initio facto a diacono Stephano (cf. *At* 6, 8-7, 1-60) atque ab apostolo Iacobo (cf. *At* 12, 1-2) — qui martyres mortui sunt ut suam confiterentur fidem suumque in Magistrum amorem neve Eum negarent. Hac in re illi secuti sunt Dominum Iesum, qui coram Caipha et Pilato « reddidit bonam confessionem » *(1 Tim* 6, 13), nuntii sui veritatem confirmans vitae dono. Innumeri alii martyres persecutiones mortemque tulerunt potius quam idololatricum actum agerent thus incendendo ante Imperatoris signum (cf. *Ap* 13, 7-10). Simulare etiam talem cultum recusaverunt, sic vel speciem definitae rationis agendi se respuere demonstrantes Dei amori contrariae et fidei testimonio. In oboedientia commendaverunt illi, quemadmodum Christus ipse fecit, et concrediderunt suam vitam Patri, Ei qui salvos a morte facere poterat (cf. *Hb* 5, 7).

Ecclesia exempla multorum sanctorum sanctarumque proponit, qui veritatem moralem praedicaverunt atque defenderunt usque ad martyrium et vel mortem praetulerunt uni peccato mortali. In sanctorum numerum eos adscribendo, Ecclesia eorum testimonium canonizavit et verum eorum iudicium declaravit, ex quo Dei dilectio mandata necessario servanda eaque non declinanda respuendaque complectitur, in condicionibus quoque gravioribus, etiam cum proposito servandi vitam.

92. In martyrio, qua moralis ordinis inviolabilitatis affirmatione, legis sanctitas ac simul dignitatis hominis personalis inviolabilitas splendent, qui ad Dei imaginem et similitudinem est creatus: dignitas haec est nunquam imminuenda vel adversanda, ne bona quidem mente, quaecumque sunt difficultates. Iesus summa severitate nos admonet: « Quid prodest homini, si lucretur mundum totum et detrimentum faciat animae suae? » *(Mc* 8, 36). Martyrium quamlibet « humanam significationem » uti falsam et fallacem infitiatur, quam actui per se moraliter malo quis tribuere velit, etiam in condicionibus « singularibus »; immo amplius veram eius effigiem revelat, quae est «humanitatis» hominis violatio, in eo iam prius qui illum committit quam in eo qui eundem patitur.[144] Martyrium est quoque perfectae « humanitatis » praeconium et verae « vitae » personae, ut sanctus Ignatius Antiochenus testatur, fideles alloquens Romae commorantes, ubi pro fide passus est: « Ignoscite mihi fratres: non impediatis me vivere: non velitis me mori... dimittite me purum lumen percipere; ubi illuc advenero, homo ero. Concedite mihi imitatorem esse passionis Dei mei ».[145]

[144] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 27.

[145] *Ad Romanos,* VI, 2-3: *Patres Apostolici,* ed. F.X. FUNK, I, 260-261.

93. Martyrium demum signum est praeclarum sanctitatis Ecclesiae: fidelitas erga sanctam Dei legem, quam mors testificatur, manifestum est nuntium missionariumque officium usque ad sanguinem, ne veritatis moralis splendor in more atque in personarum societatisque mente obumbretur. Testimonium hoc summi ponderis praebet iuvamen, ne, non modo in civili societate sed etiam in ipsis communitatibus ecclesialibus, in periculosissimum deveniatur discrimen, quod hominem afficere possit: in confusionem nempe boni et mali, quae condere servareque singulorum societatumque ordinem moralem non patitur. Martyres, generatimque omnes Sancti in Ecclesia, eloquenti allicientique exemplo vitae ex toto splendore veritatis moralis illustratae, quamlibet historiae aetatem illuminant, eius moralem sensum excitando. Claro suo testimonio de bono, ipsi viva fiunt obiurgatio iis quotquot legem violant (cf. *Sap* 2, 12) atque etiam tempore hoc nostro repercutiunt prophetae verba: « Vae, qui dicunt malum bonum et bonum malum, ponentes tenebras in lucem et lucem in tenebras, ponentes amarum in dulce et dulce in amarum! » *(Is* 5, 20).

Si martyrium testificationis fastigium est erga moralem veritatem, ad quod praebendum pauci satis vocantur, est nihilominus congruens testimonium, ad quod afferendum Christifideles omnes cotidie parati esse debent, perpessionibus incommodisque gravibus haud obstantibus. Etenim prae multiplicibus difficultatibus quas etiam in communibus rerum adiunctis fidelitas erga ordinis moralis naturam exigere potest, fidelis vocatur, adiuvante Dei gratia precibus invocata, ad officium interdum strenuum, virtutis fortitudine fultus, qua — ut sanctus Gregorius Magnus docet — ille vel « huius mundi aspera pro aeternis praemiis amare »[146] potest.

94. Hanc absolutam naturam boni moralis testificantes, christiani soli non sunt: omnium populorum morali sensu confirmantur religiosis ac sapientialibus traditionibus Orientis et Occidentis, non sine interiore arcanaque Spiritus Dei actione. Omnibus testimonio sit poetae Latini Iuvenalis sententia: « Summum crede nefas animam praeferre pudori / et propter vitam vivendi perdere causas ».[147] Conscientiae vox semper sine ambiguitate monuit veritates esse bonaque moralia pro quibus vitam impendere parati simus oportet.

In verbo, ac praesertim in vitae sacrificio pro morali valore, Ecclesia agnoscit idem testimonium illi veritati datum, quae iam in creatione praesens, plene in Christi vultu splendet: « Quia tamen Stoici — scribit sanctus

Moralia in Job, VII, 21, 24: *PL* 75, 778.
Satirae, VIII, 83-84.

Iustinus — in his saltem, quae de moribus dixerunt, praeclare sese habuerunt, id quod poetis interdum contigit propter insitum omni hominum generi rationis semen, eos qui ab hac disciplina profecti sunt, odiis flagrasse et occisos esse scimus ».[148]

MORALES NORMAE UNIVERSALES IMMUTABILESQUE AD PERSONAE INSERVIENDUM ET SOCIETATI

95. Ecclesiae doctrina, et peculiariter eius firmitas in tuenda universali et perpetua auctoritate praeceptorum vetantium actus intrinsece malos, non raro intolerandae rigiditatis signum iudicatur, praesertim in rerum condicionibus admodum implicatis et conflictoriis vitae moralis hominis societatisque aetatis nostrae. Quae rigiditas a materno sensu Ecclesiae discreparet.

Haec, asseverant, indulgentia caret et miseratione. Sed re, Ecclesiae maternus sensus ab eius institutionis missione seiungi non potest, quam semper ea, utpote fidelis Sponsa Christi, qui ipse est Veritas, tueri debet: «Uti Magistra numquam pronuntiare desistit moralem regulam... cuius autem normae Ecclesia profecto nec auctrix est nec arbitra. Christi obtemperans veritati, cuius imago in personae humanae dignitate indoleque refertur, Ecclesia interpretatur normam moralem, quam universis bonae voluntatis hominibus proponit, non tacens officium a mediis consiliis funditus abhorrens atque perfectionem postulari ».[149]

Reapse vera benignitas atque aequa miseratio amorem personae significare debent, eiusdem simul veri boni germanaeque libertatis. Hoc autem non accidit abscondendo et imminuendo moralem veritatem, sed hanc in recondita sua significatione proponendo effusionis Sapientiae aeternae Dei, quae ad nos in Christo pervenit, et hominis servitii, eiusdem libertatis augendae persequendaeque felicitatis.[150]

Eodem tempore veritatis moralis clara et firma expositio numquam praetermittere potest altam sinceramque observantiam, liberali fidentique amore animatam, qua semper indiget homo in morali suo itinere, difficultatibus saepe lacessito, erroribus acribusque condicionibus. Ecclesia, utpote quae numquam relinquat « principium veritatis et consonantiae, ex quo non consentit bonum appellare malum nec malum bonum »,[151] studere sem-

[148] *Apologia* II, 8: *PG* 6, 457-458.

[149] Adhort. Ap. *Familiaris consortio* (22 Novembris 1981), 33: *AAS* 74 (1982) 120.

[150] Cf. *ibid.,* 34: *l.c,* 123-125.

[151] Adhort. Ap. post-synodalis *Reconciliatio et Paenitentia* (2 Decembris 1984), 34: *AAS* 77 (1985) 272.

per debet ne calamum quassatum conterat neve linum fumigans exstinguat (cf. *Is* 42, 3). Scripsit Paulus Pp. VI: « Porro si nihil de salutari Christi doctrina demittere praecellens quoddam caritatis erga animos genus est, at idem semper cum tolerantia atque caritate coniungatur oportet, quarum ipse Redemptor, cum hominibus et colloquens et agens, exempla prodidit. Is enim, cum venisset non ad iudicandum, sed ad salvandum mundum (cf. *Io* 3, 17), acerbe quidem **Severus** in peccata, sed patiens ac misericors in peccatores fuit ».[152]

96. Ecclesiae firmitudo in moralibus normis universalibus immutabilibusque tuendis nihil habet contumeliosi; verae hominis libertati solummodo inservit: quandoquidem praeter vel contra veritatem nulla libertas habetur, absoluta defensio, nimirum laxamentis et accomodationibus amotis, earum rerum, quas omnino necessarioque hominis personalis dignitas postulat, via est dicenda et condicio ipsius exsistentiae libertatis.

Servitium hoc omni homini praebetur, in singularitate et non iterabilitate suae essentiae et exsistentiae considerato: solum in normis moralibus servandis homo se ipsum plene confirmat suamque verae moralis auctionis facultatem. Quapropter servitium hoc omnibus hominibus destinatur: non modo singulis, verum et communitatibus, societati qua tali. Nam normae hae fundamentum constituunt stabile solidumque pignus iusti et pacifici humani convictus, ideoque veri popularis regiminis, quod oriri solummodo augerique potest in aequitate omnium membrorum suorum, iuribus et officiis consociatorum. Pro moralibus normis, quae malum intrinsecum prohibent, non dantur privilegia, neque exceptiones: mundi esse dominum vel « miserrimum » omnium in terra nihil refert: prae moralibus postulatis omnes sumus omnino aequales.

97. Morales sic normae, imprimis negativae id est malum prohibentes, suam significationem suamque pariter vim moralem socialemque indicant, inviolabilem personalemque dignitatem cuiusque hominis sustinendo, eaedem ipsi sociali compagini humanae prosunt et eiusdem recto uberique progressui.

Peculiariter alterius tabulae Decalogi mandata, quorum Iesus quoque Evangelii iuveni mentionem fecit (cf. *Mt* 19, 18), regulae sunt primigeniae omnis socialis vitae.

Haec mandata generali ratione enuntiantur. Sed propterea quod « principium, subiectum et finis omnium institutorum socialium est et esse debet

Litt. Encycl. *Humanae vitae* (25 Iulii 1968), 29: *AAS* 60 (1968) 501.

humana persona »,[153] primaria mandata illa finiri possunt et explicari minutioribus distinctioribusque normis rationis agendi. Hoc sensu morales leges fundamentales socialis vitae certa postulata continent, quibus tum publica auctoritas, tum cives accommodare se debent. Praeter intentiones, nonnunquam bonas, atque circumstantias, saepe difficiles, civiles potestates et singularia subiecta nunquam praecipua et non alienabilia personae humanae iura violare sinuntur. Sic moralis sola doctrina, quae normas morales semper et pro omnibus validas agnoscit, nulla admissa exceptione, fundamentum ethicum socialis convictus, simul nationalis simul internationalis, praestare potest.

MORALIS ATQUE SOCIALIS CIVILISQUE VITAE RENOVATIO

98. Prae gravibus socialis et oeconomicae iniustitiae formis civilisque corruptionis quibus integri populi ac Nationes afficiuntur, augescit indignatio plurimorum hominum qui foede et contumeliose tractantur in suis fundamentalibus iuribus, atque vulgatior in dies et acrior fit personalis socialisque absolutae renovationis necessitas cuius vi provideantur iustitia, mutua hominum necessitudo, probitas, rerum perspicuitas.

Longum profecto et laboriosum est iter emetiendum; plurimi ingentesque conficiendi sunt conatus ad id genus renovationem exsequendam etiam ob causarum multitudinem et gravitatem quae conflant et sustentant iniustitiae formas quae in mundo sunt. Tamen sicut uniuscuiusque historia et experientia confirmant, haud est difficile invenire veluti harum formarum fundamentum, causas proprie « culturales », coniunctas scilicet cum definitis de homine, de societate deque mundo visionibus. Reapse in intima culturali quaestione inest sensus moralis, qui ex parte sua nititur sensu religioso et in eo perficitur.[154]

99. Unus Deus, Bonum supremum, est constans fundamentum et condicio, quae nullo modo substitui potest, moralitatis ideoque mandatorum, potissimum quidem mandatorum negantium, id est vetantium semper atque quovis casu agendi rationem nec non actus qui minime congruunt cum cuiusque personae dignitate. Sic supremum Bonum bonumque morale inter se conveniunt in veritatem: veritatem Dei creatoris et redemptoris atque veritatem hominis ab Eo creati atque redempti. Tantum super hanc veritatem exstrui potest societas renovata solvique possunt implicatae

[153] **CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 25.**

[154] **Cf. Litt. Encycl. *Centesimus annus* (1 Maii 1991), 24: *AAS* 83 (1991) 821-822.**

gravesque quaestiones eam exagitantes, in primis quidem quaestio superandi dissimillimas totalitarismi formas ut via aperiatur germanae hominis libertati. « Totalitarismus ex veritate obiective negata oritur: si enim transcendens non datur veritas cui obtemperans homo suam plenam capessit proprietatem, tum vero nullum datur principium stabile quod iustas necessitudines inter homines praestet. Etenim quod ordinis, coetus cuiusdam, Nationis proprium est, necessario efficit ut alii contra alios decertene Nisi transcendens aliqua veritas agnoscitur, vis imperii superat, atque quae habet instrumenta quisque penitus adhibere contendit ut suum commodum imponat suamque mentem, iuribus aliorum contemptis. Sic proinde tantundem homini parcitur, quantum veluti instrumentum adhiberi potest ad solum dominantium profectum. Hodierni igitur totalitarismi radix in negatione reperitur dignitatis transcendentis humanae personae, quae est visibilis imago Dei invisibilis, quapropter per se ipsa iurium subiectum, quam nemini licet violare: neque scilicet individuo, neque numero cuidam neque ordini neque Civitati Nationive. Ne maiori quidem socialis corporis parti istud permittitur contra minorem partem ut se ponat et eam secludat, opprimât, abutatur eandemque delere studeat ».[155]

Propter hoc veritatis et libertatis conexio indissolubilis quae sane inter Dei sapientiam voluntatemque exprimit fundamentale vinculum — summi momenti significationem habet pro hominum vita in regione oeconomica-sociali et politica-sociali, sicut patet ex Ecclesiae doctrina sociali — quae « theologiae ac quidem theologiae morali accensetur »,[156] atque ab ipsius exhibitione praeceptorum quae dirigunt, non solum quod attinet ad habitus generales sed etiam ad certas statutasque agendi rationes finitosque actus, vitam socialem, oeconomicam civilemque.

100. Sic Catholicae Ecclesiae Catechismus postquam affirmavit: « In re oeconomica dignitatis personae humanae observantia exercitium postulat virtutis temperantiae ad moderandam bonorum huius mundi cupiditatem; virtutis iustitiae, ad iura proximi verenda et ad ei dandum, quod eidem debetur; necnon mutuae humanae necessitudinis, regulam auream sequendo et secundum Domini liberalitatem, qui propter nos "egenus factus est, cum esset dives", ut "illius inopia" nos divites essemus *(2 Cor* 8, 9) »,[157] exhibet successionem morum et actuum repugnantium humanae dignitati qui sunt: furtum, consulto tenere res mutuatas vel amissas, fraudem moliri in com-

[155] *Ibid.,* 44: *l.c,* 848-849; cf. LEO PP. XIII, Litt. Encycl. *Libertas praestantissimum* (20 Iunii 1888): *Leonis Pp. XIII Acta,* VIII, Romae 1889, 224-226.

[156] Litt. Encycl. *Sollicitudo rei socialis* (30 Decembris 1987), 41: *AAS* 80 (1988) 571.

[157] *Catholicae Ecclesiae Catechismus,* n. 2407.

mercio (cf. ***Dt*** 25, 13-16), mercedes iniustas solvere (cf. ***Dt*** 24, 14-15; ***Iac*** 5, 4), pretia efferre, lucra faciendo ex aliena ignorantia aut necessitate (cf. ***Am*** 8, 4-6), usurpatio et usus privatus bonorum societatis bonis gignendas, opera male confecta, fraus fiscalis, adulteratio mandatorum nummariorum ac mercium venditarum rationis, sumptus immodici, dispendia etc.[158] Et insuper: « Septimum mandatum prohibet actus vel incepta, quae, quamlibet ob causam, ad proprium commodum pertinentem vel ideologicam, negotiatoriam vel dictatoriam, ad servitutem hominum ducunt, ad eorum personalem dignitatem neglegendam, ad eos emendos et vendendos et ad eosdem commutandos ac si merces essent. Personas vi redigere ad pretium usus vel ad lucri fontem, grave est peccatum contra earum dignitatem earumque iura fundamentalia. Sanctus Paulus domino cuidam christiano praecipit ut servum suum christianum tractet "iam non ut servum, sed... fratrem... et in carne et in Domino" ***(Phm*** 16) ».[159]

101. In regione politica animadvertendum est veritatis amorem in rationibus inter gubernatores et gubernatos, perspicuitatem in publica administratione, in servitio rei publicae aequitatem, observantiam iurium adversariorum politicorum, iurium accusatorum tutelam contra iudicia promptasque damnationes, aequam atque probam publicae pecuniae tractationem, recusationem ambiguorum vel illicitorum mediorum ad potestatem quolibet modo obtinendam, retinendam vel augendam, principia esse primum suum invenientia fundamentum — sic ut suam primam necessitatem — in personae transcendentali dignitate inque obiectivis moralibus postulatis operositatis Nationum.[160] Quotiescumque ea non coluntur, ipsum politicae consortionis fundamentum desinit omnisque socialis vita gradatim in discrimen adducitur atque ruit in dissolutionem (cf. ***Ps*** 13(14), 3-4; ***Ap*** 18, 2-3. 9-24). Post lapsum multis in Nationibus doctrinarum, quae rationem civilem conectebant cum totalitaria mundi visione — in primis inter eas Marxiana doctrina — discrimen nunc emergit, non minus grave, ob repudiationem fundamentalium iurium personae humanae atque usurpationem ex parte rei publicae administratorum ipsius religiosae postulationis quae exsistit in corde cuiusvis hominis: est discrimen foederis inter democratiam et ethicum relativismum, qui convictum civilem privat quavis tuta morali ratione eum efficiendo omnino veritatis agnitione nudatum. Etenim « nulla si sit postrema veritas quae quidem politicam actionem

[158] **Cf.** ***Catholicae Ecclesiae Catechismus,*** **nn. 2408-2413.**

[159] ***Ibid.,*** **n. 2414.**

[160] **Cf. Adhort. Ap. post-synodalis** ***Christifideles laici*** **(30 Decembris 1988), 42:** ***AAS*** **81 (1989) 472-476.**

dirigat et moderetur, ideo notiones et persuasiones ad imperium adipiscendum veluti instrumenta commode usurpari possunt. Populare regimen principiis carens, in totalitarismum manifestum occultumve facile vertitur, ut hominum annales commonstrant ».[161]

Sic quavis in personalis vitae regione, familiaris, socialis, et politicae, moralis doctrina — quae veritate innititur atque in veritate germanae libertati se aperit — peculiari utilitati est: quae substitui non potest, atque maximi momenti non singulari tantum personae atque ipsius incremento in bono, sed etiam societati eiusque sincerae progressioni.

GRATIA ATQUE LEGI DEI OBOEDIENTIA

102. Etiam in difficillimis condicionibus homo debet normam moralem servare, ut sancto Dei oboediat mandato et suae congruens sit personali dignitati. Libertatis profecto veritatisque concordia postulat, interdum, impendía haud mediocria, atque magno comparatur: requirere potest etiam martyrium. At, sicut universalis cotidianaque experientia nos docet, homo inducitur ad interimendam eiusmodi concordiam: « Non quod volo, hoc ago, sed quod odi, illud facio... Non enim, quod volo bonum, facio, sed, quod nolo malum, hoc ago » *(Rom* 7, 15. 19).

Unde oritur, postremo, hoc interius hominis discidium? Suam ille incipit peccati historiam quando non amplius agnoscit Dominum Creatorem suum, atque ipse tantum decernere vult quae sint bona malave, omnino liber, nulli obnoxius. « Eritis sicut Deus scientes bonum et malum » *(Gn* 3, 5): haec est prima temptatio, cui respondent omnes aliae temptationes, quibus ad cedendum facilius inclinatur homo ob originalis lapsus vulnera.

Temptationes tamen superari possunt, peccata vitari, quia simul cum mandatis facultatem nobis dat Dominus legem colendi: « Oculi Domini ad timentes eum, et ipse agnovit omnem operam hominis. Nemini mandavit impie agere et nemini dedit spatium peccandi » *(Eccl* 15, 19-20). Observantia legis Dei, quibusdam in rerum condicionibus, ardua fieri potest, immo difficillima: numquam tamen impossibilis. Haec est constans doctrina traditionis Ecclesiae, hac ratione a Concilio Tridentino significata: « Nemo autem, quantumvis iustificatus, liberum se esse ab observatione mandatorum putare debet; nemo temeraria illa et a Patribus sub anathemate prohibita voce uti, Dei praecepta homini iustificato ad observandum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, et facere quod

[161] **Litt. Encycl. *Centesimus annus* (1 Maii 1991), 46: *AAS* 83 (1991) 850.**

possis et petere quod possis, et adiuvat ut possis; etenim "Dei mandata gravia non sunt" *(1 Io* 5, 3) atque eius iugum suave est et onus leve (cf. *Mt* 11, 30) ».[162]

103. Semper conceditur homini spiritalis via ad spem, divina gratia adiuvante atque humana libertate operam navante.

In Iesu cruce servatrice, in Spiritus Sancti dono, in Sacramentis e Redemptoris latere transverberato prosilientibus (cf. *Io* 19, 34) invenit Christifidelis gratiam atque robur ut servet semper sanctam Dei legem, etiam gravissimas inter difficultates. Sicut dicit sanctus Andreas Cretensis, lex ipsa « gratia vivificata est: atque illa quidem subiugata, haec autem concinne coaptata et iuncta: non permistis confusisque, quae alterius propria erant cum alterius propriis, sed divine admodum commutato, si quod grave erat et servum et captivum, in id quod est leve et liberum ».[163]

Tantum in Redemptionis Christi mysterio positae sunt hominis « definitae» facultates. «Error esset gravissimus concludere... normam ab Ecclesia traditam esse per se ipsam tantum "perfecti formam", aptandam deinde, accommodandam, disponendam, aiunt, secundum definitas hominis possibilitates, prout sane postulat "libramentum diversorum bonorum de quibus agitur". Sed quae sunt "definitae hominis possibilitates"? De quo homine est sermo? De homine concupiscentia gubernato an de homine a Christo redempto? Etenim agitur de hoc, de veritate redemptionis Christi. Christus nos redemit! Quod est: Ipse nobis dedit facultatem adducendi ad effectum integram eius, quod sumus, veritatem; Ipse nostram libertatem liberavit a concupiscentiae dominatu. Si homo redemptus adhuc peccat, hoc profecto tribuendum non est Christi imperfectae actioni redemptrici, sed hominis voluntati sese subtrahendi gratiae ex eadem actione profluente. Dei mandatum profecto hominis facultatibus est accommodatum, sed hominis facultatibus cui Spiritus Sanctus est datus; hominis illius qui, si in peccatum proruerit, remissionem obtinere tamen poterit atque Spiritus praesentia frui ».[164]

104. His in condicionibus iustum aperitur spatium misericordiae Dei pro peccatore poenitentiam agente atque dementiae pro humana fragilitate. Quae clementia numquam significat in discrimen adducere vel adultera-

[162] Sess. VI, Decr. de iustificatione *Cum hoc tempore,* cap. 11: *DS,* 1536; cf. can. 18: *DS,* 1568. Clarus sancti Augustini textus, a Concilio laudatus, depromitur ab opere *De natura et gratia,* 43, 50 *(CSEL* 60, 270),,

[163] *Oratio* I: *PG* 97, 805-806.

[164] *Allocutio* ad participes cuiusdam tractationis de responsali procreatione (1 Martii 1984), 4: *Insegnamenti* VII, 1 (1984) 583.

re boni malique mensuram ut ea rerum adiunctis accommodetur. Si quidem proprium est hominis, cum peccavit, suam agnoscere fragilitatem misericordiamque impetrare ob culpam patratam, respuenda sane est ratio agendi illius qui fragilitatem suam facit regulam et -iudicium veritatis de bono, ita ut a se solo sentiat se excusari posse, auxilio Dei non petito neque Eius misericordia invocata. Eiusmodi agendi ratio totius societatis moralitatem corrumpit, dubitare docet de legis moralis veritate in universum, atque recusat absoluti naturam moralium prohibitionum circa finitos actus humanos et existimationis iudicia confundit.

Nobis contra accipiendus est nuntius qui profertur ex evangelica parabola Pharisaei et publicam (cf. *Lc* 18, 9-14). Publicanus ratione quadam excusari poterat de peccatis suis atque minore culpa coargui. Non tamen his excusationibus innititur eius oratio, sed ipsius indignitate coram infinita Dei sanctitate: « Deus, propitius esto mihi peccatori » *(Lc* 18, 13). Pharisaeus contra ipse se excusat, inveniendo fortasse purgationem pro unaquaque culpa. Sumus ita ante duas diversas agendi rationes moralis conscientiae hominis omnium temporum. Publicanus quidem conscientiam exhibet « poenitentem », plane infirmitatis naturae suae consciam, utpote quae in delictis suis, quaecumque sunt subiectivae excusationes, confirmationem inveniat necessitatis redemptionis pro se ipsa. Pharisaeus contra conscientiam exhibet « se ipsa contentam », quae quidem putat se servare posse legem nulla gratia auxiliante, atque persuasum sibi habet se minime indigere misericordia.

105. Omnibus invigilandum est ne Pharisaico polluantur habitu, qui amovere sibi arrogat termini sui conscientiam suique peccati, quique nostris diebus sese indicat singulariter conatu aptandi normam moralem facultatibus suis suisque utilitatibus, vel etiam ipsius notionis normae recusatione. Contra, disparitatem accipere inter legem humanamque facultatem, id est facultatem unicarum virium moralium hominis sibi ipsi relicti, gratiae desiderium inflammat et ad eam recipiendam praeparat. « Quis me liberabit de corpore mortis huius? » — secum quaerit apostolus Paulus. Atque laeta grataque confessione respondet: « Gratias autem Deo per Iesum Christum Dominum nostrum! » *(Rom* 7, 24-25).

Eandem invenimus conscientiam in hac sancti Ambrosii Mediolanensis oratione: « Quid est enim homo nisi quia visitas eum? Non ergo obliviscaris infirmum, memento quia pulverem me finxisti. Quomodo stare poterò, nisi solidaturus hoc lutum semper intendas, ut de vultu tuo soliditas mea prodeat? "Cum averteris faciem, turbabuntur omnia" *(Ps* 103, 29): si intendas,

vae mihi. Non habes quod in me aspicias nisi contagia delictorum: nec deseri utile nec videri est, quia dum videmur offendimus. Possumus tamen aestimare quia non repellit quos videt, quia emundat quos aspicit. Ignis ante eum ardet, qui crimen exurat (cf. *Il 2,* 3) ».[165]

MORALIS ATQUE NOVA EVANGELIZATIO

106. Est evangelizatio maxima fulgidissimaque provocatio Ecclesiae oppetenda inde ab eius ortu. Reapse, hanc provocationem non sociales rerum condiciones culturalesque inducunt in quas Ecclesia incidit in historico itinere, sed potius Iesu Christi qui a mortuis resurrexit mandatum, qui ipsam exsistentiae Ecclesiae causam definit: « Euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturae » *(Mc* 16, 15).

Aetas tamen, qua vitam degimus, plures saltem apud populos, praestanti quidem ratione ad « novam evangelizationem » provocat, id est ad novum usque Evangelii nuntium semperque rerum novarum gestatorem, evangelizationem dicimus quae sit «nova fervore suo, viis et rationibus, suoque habitu ».[166] Christianae fidei privatio, quae integros obtundit populos communitatesque olim fide christianaque vita praestantes, non fidei tantum amissionem adducit vel quoquo modo ipsius pro vita inanitatem, sed etiam atque necessario, sensum moralis remissionem vel defectionem: et hoc sane sive ob dissolutionem conscientiae de evangelicae moralitatis proprietate, sive ob ipsorum principiorum fundamentaliumque ethicarum virtutum defectionem. Propensiones subiectivistae, utilitaristae et relativistae hodie late diffusae, sese exhibent non veluti pragmaticas condiciones tantum, sicut morum indicia, sed tamquam opinationes solidatas pro parte rationali, quae suam vindicant plenam culturalem socialem que auctoritatem.

107. Evangelizatio — ideoque « nova evangelizatio » — postulat etiam nuntium moralemque propositionem. Ipse Iesus, utique Regnum Dei praedicando suumque salvificum amorem, adhortatus est ad fidem adque conversionem (cf. *Mc* 1, 15). Et Petrus, una cum ceteris Apostolis, Iesu Nazarethani resurrectionem a mortuis nuntiando, novam proponit vitam degendam, novam « viam » sequendam iis qui Christi a mortuis suscitati discipuli esse volunt (cf. *Act* 2, 37-41; 3, 17-20).

[165] *De interpellatione David,* **IV, 6, 22:** *CSEL* **32/2, 283-284.**

[166] *Allocutio* **ad Episcopos consociationis CELAM (9 Martii 1983), III:** *Insegnamenti,* **VI, 1 (1983) 698.**

Sicut, atque etiam amplius quam pro fidei veritatibus, nova evangelizatio quae proponit doctrinae moralis christianae fundamenta significationesque, suam prodit veritatem eodemque tempore suum integrum emittit missionale robur cum expletur per donum non solum verbi nuntiati, sed etiam, et quodam modo praesertim, per donum verbi ad effectum deducti. Praesertim sanctitatis vita, quae tot in populi Dei membris fulget, demissis saepiusque ab oculis hominum remotis, simpliciorem venustioremque constituit viam, quam sequentes confestim percipere possumus veritatis pulchritudinem, amoris Dei vim liberantem, praestantiam fidelitatis absolutae omnibus legis Domini postulatis, etiam in adiunctis difficillimis. Idcirco Ecclesia sua morali arte educandi, Christifideles semper est adhortata, ut inquirerent atque invenirent in utriusque sexus sanctis, speciatim vero in Virgine Dei Matre «plena gratiae» atque «omnimode sancta», exemplar, robur laetitiamque ad vitam agendam secundum Dei mandata atque Evangelii Beatitudines.

Sanctorum vita, repercussio bonitatis Dei — Qui « solus est bonus » — non veram tantum constituit fidei confessionem impulsionemque ad eam cum aliis communicandam, sed insuper laudationem Dei eiusque infinitae sanctitatis. Sic vita sancta efficit ut triplex et unicum munus propheticum, sacerdotale et regale, quod quisque christianus dono accipit suo in novo baptismali ortu « ex aqua et Spiritu » *(Io* 3, 5), ad significationis effectionisque plenitudinem perveniat. Ipsius moralis vita valet pro quodam «cultu spiritali» (cf. *Rom* 12, 1; *Ph* 3, 3), deprompto atque sustentato inexhausto illo sanctitatis et laudationis Dei fonte qui sunt Sacramenta, praesertim vero Eucharistia: etenim christianus sacrificium Crucis participando cum amore donationis Christi communicat atque idoneus redditur obligationeque distringitur, ut eandem caritatem colat in plenitudine propositorum atque vitae institutorum. In morali exsistentia denotatur atque expletur etiam christiani regale munus: quo magis, gratia adiuvante, ille novae Spiritus Sancti legi oboedit, eo magis crescit in libertate ad quam vocatur per veritatis ministerium, caritatis et iustitiae.

108. Novae evangelizationis fundamentum novaeque vitae moralis, quam ea proponit atque excitat fructibus suis sanctitatis et missionalis navitatis, est Spiritus Christi, principium atque robur fecunditatis sanctae Matris Ecclesiae, sicut nos monet Paulus Pp. VI: « Nulla unquam fieri potest praedicatio sine Sancti Spiritus munere».[167] Iesu Spiritui, recepto ab

Adhort. Ap. *Evangelii nuntiandi* (8 Decembris 1975), 75: *AAS* 68 (1976) 64.

humili docilique credentis animo, debentur igitur christianae moralis vitae flos sanctitatisque testimonium ampla sua vocationum varietate, donorum, responsalium partium vitaeque rerum condicionum: est enim Spiritus Sanctus — iam Novatianus denotabat, hac in re germanam Ecclesiae fidem significans —. « Qui ipsorum animos mentesque firmavit, qui evangelica sacramenta distinxit, qui in ipsis illuminator rerum divinarum fuit, quo confirmati pro nomine Domini, nec carceres nec vincula timuerunt, quin immo ipsas saeculi potestates et tormenta calcaverunt, armati iam scilicet per ipsum atque firmati, habentes in se dona quae hic idem Spiritus Ecclesiae Christi sponsae quasi quaedam ornamenta distribuit et dirigit. Hic est enim qui prophetas in Ecclesia constituit, magistros erudit, linguas dirigit, virtutes et sanitates facit, opera mirabilia gerit, discretiones spirituum porrigit, gubernationes contribuit, consilia suggerit, quaeque alia sunt charismatum dona componit et digerit, et ideo Ecclesiam Domini undique et in omnibus perfectam et consummatam facit ».[168]

In viva provincia huius novae evangelizationis, praestitutae ut gignat nutriatque fidem « quae per caritatem operatur » *(Gal* 5, 6), atque respectu Spiritus Sancti operis, intellegere nunc possumus quinam locus in Ecclesia, credentium communitate, sit tribuendus commentationi, quae est theologiae excolenda de vita morali, pariterque exhibere munus atque responsalitatem propriam theologorum moralistarum.

MORALISTARUM MAGISTRORUM MINISTERIUM

109. Universa Ecclesia, particeps facta muneris prophetici Domini Iesu per donum eius Spiritus, ad evangelizationem vocatur et ad testificandam fidei vitam. Spiritus veritatis virtute, qui assidue adest in ea (cf. *Io* 14, 16-17), « universitas fidelium, qui unctionem habent a Spiritu Sancto (cf. *1 Io* 2, 20. 27) in credendo falli nequit, atque hanc peculiarem suam proprietatem supernaturali sensu fidei totius populi manifestat, cum "ab Episcopis usque ad extremos laicos fideles" universalem suum consensum de rebus fidei et morum exhibet ».[169]

Ut propheticum munus suum expleat, assidue Ecclesia suam vitam fidei excitare vel «suscitare» debet (cf. *2 Tim* 1, 6), specialem in modum, duce Spiritu Sancto, per subtiliorem usque considerationem rerum, quae fide proprie continentur. In servitio huius inquisitionis fidei intellegendae proprie continetur theologorum « vocatio » in Ecclesia: « Inter vocationes,

De Trinitate, XXIX, 9-10: *CCL* 4, 70.
CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 12.

quas Spiritus suscitat in Ecclesia — legimus in Instructione Donum veritatis — illa eminet theologorum, quorum munus est peculiari modo sibi comparare, in communione cum Magisterio, profundiorem usque perceptionem Verbi Dei, quod in Scripturis inspiratis continetur, et per Traditionem vivam per Ecclesiam transmittitur. Suapte natura fides intellectum interpellat, quia homini veritatem ipsius finis revelat viamque ad eum consequendum. Etiamsi haec veritas omnem nostrum loquendi modum superat, atque cognitiones nostrae impares sunt exprimendae eius magnitudini, quae plene comprehendi non potest (cf. *Eph* 3, 19), nihilominus invitat intellectum — Dei donum ad percipiendam veritatem datum — ut in suam lucem ingrediatur atque ita capax evadat quodammodo id intellegendi, quod credidit. Disciplina theologica, quae, obsequens voci veritatis quaerit intellectum fidei, Populum Dei adiuvat, secundum Apostoli praeceptum (cf. *1 Pt* 3, 15), ad rationem reddendam de spe iis, qui id poscant ».[170]

Caput est ad definiendam identitatem theologiae, ac proinde ad exsecutionem ipsius muneris theologiae, percipere eius intimum vivum nexum cum Ecclesia, eius mysterio, eius vita ac munere: « Theologia est scientia ecclesialis, quia in Ecclesia crescit et in Ecclesia agit... Cum Ecclesiae serviat, debet se in munus Ecclesiae intextam sentire, praesertim vero in eius propheticum munus ».[171] Theologia vera suapte natura atque vi dynamica in flore esse progressusque facere nequit, nisi per certam et responsalem participationem atque pertinentiam ad Ecclesiam quatenus « communitatem fidei », quemadmodum in hanc ipsam Ecclesiam et in eius vitam fidei recidit theologicae inquisitionis et perscrutationis fructus.

110. Quae de theologia in universum hucusque dicta sunt, denuo et pro theologia morali proponi possunt ac debent, prout est scientia quae proprie recogitat de Evangelio veluti dono et mandato novae vitae, de vita secundum veritatem in caritate (cf. *Eph* 4, 15), de vita sanctitatis Ecclesiae, in qua refulget veritas boni usque ad perfectionem evecti. Non modo in ambitu fidei, sed etiam, et quidem indivisibiliter, in disciplinam moralem intervenit Magisterium Ecclesiae, ad quam munus spectat « discernendi, ope iudiciorum quae conscientiam fidelium obstringant, actus qui in se ipsis fidei necessitatibus sint conformes eiusque manifestationem in actione vitae promoveant, ab actis, qui e contra ex intrinseca malitia cum iisdem neces-

[170] CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Instr, de ecclesiali theologi vocatione *Donum veritatis* (24 Maii 1990), 6: *AAS* 82 (1990) 1552.

[171] *Allocutio* ad professores et auditores Pontificiae Studiorum Universitatis Gregorianae (15 Decembris 1979), 6: *Insegnamenti* II, 2 (1979) 1424.

sitatibus componi non possunt ». Praedicans mandata Dei et caritatem Christi, Magisterium Ecclesiae fideles docet etiam peculiaria et determinata praecepta, eosque adhortatur, ut moraliter obligatoria eadem religiose habeant. Magnum praeterea vigilantiae munus exercet in fidelibus monendis de erroribus adventiciis, quamvis implicitis, cum eorum conscientia non valet iustas verasque normas morales agnoscere, quas Magisterium edocet.

Hic interponitur munus proprium eorum, qui mandato legitimorum Pastorum theologiam moralem in Seminariis et in Facultatibus Theologicis docent. Grave est eorum officium edocere fideles — praesertim futuros Pastores — omnia mandata et normas re adhibendas, quae Ecclesia cum auctoritate declarat.[173] Etsi Magisterium exhibeat humanarum argumentationum limites, theologi moralistae moralis debent perpendere rationes eius praescriptionum, praeceptionum ab eodem nuntiatarum auctoritatem et vim obligatoriam illustrare, mutuumque inter eas nexum et cum ultimo hominis fine coniunctionem demonstrare.[174] Ipsorum eiusmodi theologorum, est exponere doctrinam Ecclesiae, suoque in ministerio perfungendo tribuere exemplum sinceri obsequii interni externique institutionibus Magisterii propriis cum in re dogmatica, tum in re morali.[175] Vires coniungendo in officio suo praestando Magisterio hierarchico, theologi fundamenta biblica usque melius in luce ponenda curabunt, ethicas significationes argumentaque anthropologica, quae doctrinam moralem ab Ecclesia propositam eiusque de homine iudicium confirmant.

111. Ministerium, quod nunc theologi moralistae exercere debent, maximi momenti est, non solum pro vita ac munere Ecclesiae, sed etiam pro societate humanaque cultura. Eorum est, intimo ac vitali nexu cum theologia biblica et dogmatica servato, docta consideratione collustrare « aspectum dynamicum qui responsionem illustrat, quam oportet homo det vocatui divino in processu sui in amore auctus, in ambitu communitatis salvificae. Hoc modo theologia moralis internum spiritale momentum adipiscetur, respondens necessitatibus pieni progressus imaginis Dei, quae est in homine, et legibus processus spiritalis in christiana doctrina ascetica atque mystica descriptis ».[176]

[172] CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Instr, de ecclesiali theologi vocatione *Donum veritatis* (24 Maii 1990), 16: *AAS* 82 (1990) 1557.

[173] Cf. *C.I.C.,* can. 252, 1; 659, 3.

[174] Cf. CONC. OECUM. VAT. I, Const. dogm. de fide catholica *Dei Filius,* cap. 4: *DS,* 3016.

[175] Cf. PAULUS PP. VI, Litt. Encycl. *Humanae vitae* (25 Iulii 1968), 28: *AAS* 60 (1968) 501.

[176] S. CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA, *Formatio theologica futurorum sacerdotum* (22 Februarii 1976), n. 100. Confer etiam nn. 95-101 qui prospectum exhibent et condiciones pro fecundo labore renovationis theologicae-moralis.

Hodie quidem theologia moralis eiusque institutio peculiari difficultate vexantur. Quoniam disciplina moralis Ecclesiae necessario rationem normativam implicat, theologia moralis nequit contineri sola cognitione contextu scientiarum humanarum, quae dicuntur, elaborata. Dum enim huiusmodi scientiae phaenomena moralitatis velut factum historicum et sociale considerant, theologia moralis, quae quidem scientiis et hominum et naturae uti debet, nequaquam est obnoxia eventibus inspectionis empiricae formalis vel intellegentiae phaenomenologicae. Enimvero, scientiarum humanarum condicio pertinendi ad theologiam moralem originalem interrogationem inducere debet: Quid est bonum aut malum? Quid faciendum ad consequendam vitam aeternam?

112. Theologus moralista deditus diligentem igitur exercere debet discretionem in contextu hodiernae culturae magnam partem scientificae et technicae, relativismi pragmatismi et positivismi periculis obnoxiae. Secundum doctrinam theologicam principia moralia non pendent ex historico tempore in quo revelantur. Quod autem nonnulli credentes agunt doctrinam Magisterii neglegentes, vel moraliter iustam suam gerendi rationem existimantes, quae divinae legi a Pastoribus declarata sit contraria, argumentum validum esse non potest ad repudiandam veritatem normarum moralium, quae ab Ecclesia docentur. Affirmatio moralium principiorum non pertinet ad vias rationesque empiricas formales. Eiusmodi methodorum vim haud infitians, sed ne prospectus quidem suos ad eas redigens, theologia moralis, fidelis sensui supernaturali fidei, considerationem potissimum intendit in dimensionem spiritalem humani cordis in eiusque vocationem ad divinum amorem.

Nam dum humanae scientiae, sicut omnes disciplinae experimentis constantes, explicant « normae » notionem empiricam atque statisticam, fides docet hanc normam iam secum ferre vestigia lapsus hominis a condicione sua primigenia, id est eam peccato vulneratam esse. Una Christiana fides homini declarat viam reditus « ad initium » (cf. *Mt* 19, 8), quae via saepe plane alia est ac normae empiricae. Ita humanae disciplinae, etsi praebent cognitiones magni aestimandas, tamen decretorii haberi nequeunt normarum moralium indices. Evangelium integram de homine veritatem revelat deque eius morali itinere, atque sic lumen menti praebet et monet peccatores eos misericordia Dei commonefaciendo qui incessanter operatur, ut eos servet sive a desperatione, quia legem divinam cognoscere vel servare non possunt, sive ab iactantia sese salvandi sine meritis. Eis insuper commemorat gaudium ob peccatorum remissionem, quae una dat ut cognoscamus in lege morali liberatricem veritatem, gratiam spei vitaeque iter.

113. Moralis doctrinae institutio postulat assumptionem consciam eiusmodi onerum intellectualium, spiritalium et pastoralium. Quam ob rem theologi moralistae, qui doctrinae Ecclesiae docendae mandatum accipiunt, magnum habent munus educandi fideles ad moralem hanc intellegentiam, ad studium veri boni, adque perfugium fiducia plenum divinae gratiae.

Si concursus aut opinionum conflictus communia vitae publicae sunt signa in populari regimine repraesentativo, moralis doctrina ex sola ethica « procedurali », quam appellant, pendere profecto non potest: minime enim illa definiri potest secundum regulas formasque deliberationis ordinis democratici. Dissensio, statutis constans reclamationibus et contentionibus ope communicationis socialis instrumentorum patefactis, contraria est communioni ecclesiali rectoque intellectui constitutionis hierarchicae Populi Dei. In repugnatione doctrinae a Pastoribus traditae iusta agnosci nequit significatio christianae libertatis diversorumque Spiritus donorum. Hac in re Pastores convenienter cum munere suo apostolico agere debent, exposcentes ut ius fidelium semper servetur ad doctrinam catholicam suscipiendam pura sua integritate: « theologus, numquam obliviscens se ipsum quoque membrum esse Populi Dei, erga eum maxima cum reverentia se gerere debet, atque officium suscipere magisterium illi impertiendi, quod nullo modo doctrinam fidei laedat ».[177]

PASTORALIA ONERA NOSTRA

114. Sponsio de fide vitaque fidei Populi Dei specialem in modum Pastores proprie onerat, sicut Concilium Vat. II nos admonet: « Inter praecipua Episcoporum munera eminet praedicatio Evangelii.

Episcopi enim sunt fidei praecones, qui novos discipulos ad Christum adducunt, et doctores authentici seu auctoritate Christi praediti, qui populo sibi commisso fidem credendam et moribus applicandam praedicant, et sub lumine Sancti Spiritus illustrant, ex thesauro Revelationis nova et vetera proferentes (cf. *Mt* 13, 52), eam fructificare faciunt erroresque gregi suo impendentes vigilanter arcent (cf. *2 Tim* 4, 1-4) ».[178]

Nostrum omnium officium, omniumque etiam communis gratia, est, qua Pastorum ac Episcoporum Ecclesiae, illa fideles docere, quibus iidem in via Dei ducuntur, quemadmodum Christus Dominus iuvenem, de quo in Evangelio dicitur. Quaerentem, enim, « quid boni faciam ut habeam vitam

[177] **CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Instr, de ecclesiali theologi vocatione *Donum veritatis* (24 Maii 1990), 11: *AAS* 82 (1990) 1554; cf. praesertim nn. 32-39 spectantes ad quaestionem de dissentione: *ibid., l.c,* 1562-1568.**

[178] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 25.**

aeternam? » *(Mt* 19, 16), Iesus ad Deum remisit, Dominum creationis et Foederis, commonefecit mandatorum moralium in Vetere Testamento iam revelatorum; quorum spiritum praecipuamque auctoritatem demonstravit, suadens ei ut illa sequeretur in paupertate, in humilitate et in amore: « veni, sequere me ». Cuius doctrinae veritas sanguine Christi in Cruce obsignata est: in Spiritu Sancto nova Ecclesiae omniumque Christifidelium lex est facta.

Huiusmodi « responsum » ad postulatum morale, a Christo Domino praesertim nobis Ecclesiae Pastoribus est commissum, qui ad id vocati sumus ut in nostro prophetico munere explendo illud doceamus. Pastorale simul munus nostrum quoad christianam moralitatis doctrinam etiam in modum muneris sacerdotalis exerceri debet: quod accidit, cum dona gratiae et sanctificationis fidelibus dispensamus, ut legi sanctae Dei parere valeant, cumque credentes sustinemus assidua fidentique deprecatione nostra, ut, in fidei exigentiis firmi manentes, secundum Evangelium vivant (cf. *Col* 1, 9-12). Christiana moralitatis doctrina hodie praesertim una esse debet ex praecipuis partibus vigilantiae nostrae pastoralis atque exercitii nostri muneris regalis.

115. Nunc primum enim Ecclesiae Magisterium satis largiter praecipua eiusmodi doctrinae elementa exponit, atque rationes ostendit pastoralis discretionis necessariae in rerum culturarumque condicionibus implicatis et nonnumquam incertis.

Praelucente Revelatione, assidua Ecclesiae ac praesertim Concilii Vaticani II doctrina, proprietates libertatis essentiales et praecipua bona cum dignitate personae coniuncta cumque eius actuum veritate paucis commemoravimus, ita ut, in obtemperatione legi morali, gratia agnosci possit signumque nostrae praedestinationis in adoptionem filiorum per Iesum Christum, unicum Dei Filium (cf. *Eph* 1, 4-6). Peculiariter hisce Litteris Encyclicis existimationes proponuntur de nonnullis propensionibus, quae in theologia morali nunc notantur. Has hic vulgamus, obtemperantes verbo Domini qui Petro dedit mandatum confirmandi fratres (cf. *Lc* 22, 32), ut commune nostrum iudicium illustremus auxilioque ei simus.

Unusquisque nostrum cognoscit momentum doctrinae quae est harum Litterarum Encyclicarum caput, quaeque hodie commemoratur auctoritate successoris Petri. Unusquisque nostrum gravitatem totius rei, quae tractatur, animadvertere potest, non singulis tantum personis, sed universae etiam societati, ob confirmationem universalitatis et immutabilitatis moralium praeceptorum, potissimum quidem praeceptorum vetantium semper et sine exceptionibus actus intrinsece malos.

In eiusmodi mandatis agnoscendis cor christianum et pastoralis nostra caritas oboediunt rogatui Illius, qui «prior dilexit nos» *(1 Io* 4, 19). A nobis postulat Deus ut sancti simus, sicut ipse sanctus est (cf. *Lv* 19, 2), ut — in Christo — perfecti simus sicut ipse perfectus est (cf. *Mt* 5, 48): urgens huius mandati firmitas in inexhausta nititur Dei misericordia (cf. *Lc* 6, 36), mandatumque eo spectat, ut Christo adiuvante nos in via plenitudinis vitae, quae filiorum Dei est propria, gubernet.

116. Episcopale pertinet ad nos munus providendi de verbo Dei fideliter tradendo. Pastoralis ministerii nostri pars est, Venerabiles in Episcopatu Fratres, curare ut fideliter morale huiusmodi magisterium tradatur, necnon opportune prospicere ut fideles ab omni doctrina custodiantur et opinatione, quae illi adversetur. Quo in munere omnibus nobis auxiliantur quidem theologi; opiniones tamen theologicae neque regula sunt nostri magisterii neque lex. Eius auctoritas, praesente Spiritu Sancto nostraque communione cum Petro et sub Petro, ex nostra scatet fidelitate erga catholicam fidem ab Apostolis receptam. Proprium Episcoporum grave nostrum est officium curandi personaliter, ut fidei et moralis « sana doctrina » *(1 Tim* 1, 10) nostris in dioecesibus doceatur.

Episcopis praecipuum imponitur onus praestandi id, quod est de catholicis institutis. Sive structurae sunt ad pastoralem domesticam vel socialem accommodatae, sive institutiones sunt ad docendum destinatae aut ad curas medicas, Episcopi haec condere et agnoscere possunt, eisque responsalitates quasdam commendare; numquam tamen suis ipsorum officiis exsolvuntur. Episcoporum est, in communione cum Sancta Sede, agnoscere, aut gravibus incidentibus discrepantiae causis, auferre usurpationem nominis « catholici » scholis.[179] Athenaeis,[180] valetudinariis atque sedibus ceteris socialibus ad salutem aptis, quae aliquid rationis cum Ecclesia habent.

117. In corde Christifidelis, in intimo hominis animo, semper interrogatio resonat, qua iuvenis ille Evangelii rogavit Iesum: «Magister, quid boni faciam ut habeam vitam aeternam? » *(Mt* 19, 16). At opus est, ut quisque id quaerat ex Magistro «bono», quia unus is est, qui in plena veritate respondere potest, in omni rerum condicione, in diversissimis adiunctis. Fidelibus ex imo pectore id rogantibus respondet Dominus per Novi Foederis verba, suae Ecclesiae concredita. Nos vero, sicut de se dicit Apostolus, missi sumus « evangelizare, non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux

Cf. *C.I.C.,* can. 803, 3
Cf. *C.I.C.,* can. 808.

Christi » *(1 Cor* 1, 17). Quam ob rem Ecclesiae responsio homini interroganti, sapientiam continet ac potentiam Christi cruci affìxi, Veritatis sese donantis.

Cum homines Ecclesiam interrogant de sua conscientia, cumque fideles in Ecclesia se ad Episcopos et Pastores convertunt, tunc in Ecclesiae responso est vox Iesu Christi, vox veritatis de bono et malo. In verbis enuntiatis ab Ecclesia resonat, in intimis personarum animis, vox Dei, qui « unus est bonus » *(Mt* 19, 17), qui solus « caritas est » *(1 Io* 4, 8.16).

In unctione Spiritus haec dulcis ac severa vox fit lux et vita homini. Adhuc Paulus apostolus ad fiduciam nos invitat, quia « sufficientia nostra ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti, non litterae sed Spiritus... Dominus Spiritus est: ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini spéculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tamquam a Domini Spiritu » *(2 Cor* 3, 5-6. 17-18).

CONCLUSIO

MARIA MATER MISERICORDIAE

118. Has conficientes considerationes, nos ipsos cum doloribus et gaudiis exsistentiae nostrae, vitam moralem credentium hominumque bonae voluntatis, necnon investigationes studiosorum doctrinae moralis, Mariae commendamus Matri Dei et Matri misericordiae.

Maria est Mater misericordiae, quia Iesus Christus, Filius eius, a Patre missus est veluti revelatio divinae misericordiae (cf. *Io* 3, 16-18). Non venit damnaturus homines, sed peccata soluturus, misericordiam allaturus (cf. *Mt* 9, 13). Maxima vero misericordia est in eius commoratione inter nos et in vocatione qua provocamur ad occurrendum obviam ei adque eum profitendum, una cum Petro, « Filium Dei vivi » (cf. *Mt* 16, 16). Nullum hominis peccatum misericordiam Dei exstinguere potest, aut impedire quo minus ipsa totam victricem vim suam effundat dummodo eam imploremus. Immo, peccatum ipsum efficit, ut vel magis refulgeat amor Patris, qui captivum ut redimeret, suum immolavit Filium: [181] nobis redemptio est misericordia eius. Quae misericordia ad plenitudinem pervenit per donum Spiritus, qui novam vitam gignit et postulat. Quantacumque et quotcumque ei impedimenta opponuntur hominis fragilitate et peccato, Spiritus,

[181] **« O inaestimabilis dilectio caritatis: ut servum redimeres, Filium tradidisti »: *Missale Romanum, In Resurrectione Domini, Praeconium paschale.***

qui renovat faciem terrae (cf. *Ps* 104 [103], 30), efficit ut fieri possit miraculum perfectae exsecutionis boni. Huiusmodi renovatio, quae facultatem dat agendi quod est bonum, nobile, pulchrum, Deo acceptum eiusque voluntati consentaneum, quadam ratione flos est doni misericordiae, quae e mali servitute eripit, atque robur dat ne amplius peccatum admittatur. Per donum vitae novae Iesus nos facit participes sui amoris et in Spiritu ad Patrem nos ducit.

Anno 1936 uxorem duxit puellam catholicam Paulam la Varpit, probam vitam coniugalem instituens cum ea, ex qua tres habuit filios. Munera familiaria nullatenus eius minuerunt catechisticam navitatem. Sed alterius belli mundani eventus, cum insulam « Novam Britanniam » tetigerunt anno 1942, necessario apostolatum ipsamque Servi Dei vitam signaverunt.

Post militarem insulae occupationem, cum Iaponienses omnes missionis personas in castra immisissent, in quibus captivi continebantur, Petrus To Rot suum esse duxit fidelibus pagi Rakunai providere congregationes deprecationis, catechismi institutionem, administrationem baptismi, custodiam Eucharistiae hancque aegrotis et moribundis dispensare, pauperibus consulere et auxilio venire. At, pro! post aliquantulam initialem tolerantiam Iaponienses gradatim infesti facti sunt in populi exercitium religionis. Mense Martio anno 1943 ii Servum Dei arcessiverunt iusseruntque industriam pastoralem imminuere. Anno post, concurrente deteriore militari condicione, Iaponienses iterum Servum Dei ad se vocaverunt eique prorsus quamlibet religiosam navitatem interdixerunt.

Petri To Rot positio difficilior facta est cum Iaponienses polygamiam permiserunt, ut pagorum principes sibi cooperarentur. Conscius gravium periculorum ad quae se offerebat, Servus Dei mansit tamen in suo munere catechistae; suam operam pastoralem perrexit fidelesque est adhortatus ut polygamiae obsisterent.

Propter hanc suam agendi rationem spatio temporis mensium Aprilis-Maii anno 1945 est comprehensus post delationem a publico ministro patratam, qui eius loci erat et in Iaponiensium servitium ingressus, accusatus quod celebrationi duorum matrimoniorum praesedisset; et propter hoc est ad duos menses carceris damnatus. Cum proxima erat eius dimissio ob praestitutam diem custodiae, uno ex diebus Veneris mensis Iulii anno 1945 Petrus To Rot a duobus militum ductoribus est interfectus, qui eum apprehensum in carcerem condiderant. Caedes Servi Dei facta est auxilio medici militaris, ipsius quoque Iaponiensis, qui in eum letalem liquorem iniecit, unde paucissimis temporis punctis est mortuus.

Ubi primum Petri To Rot mors est in incolis pagi missionalis Rakunai nuntiata, omnes sibi persuaserunt illum propter fidem esse necatum: hic enim titulus fuit qui, bello confecto, inscriptus est lingua Tolai in cruce lithocollari super eius sepulcrum erecta in pagi coemeterio: « Petrus To Rot, a martyr ure ra lotu », id est: Petrus To Rot, fidei martyr.

Cum, procedentibus annis haec simplex et ingenua martyrii fama maneret et magis magisque diffunderetur, a die 21 mensis Ianuarii anni 1987 ad diem 30 mensis Martii anno 1989 perfecta est in archidioecesi Rabaulensi canonica inquisitio, cuius auctoritas et vis probata est a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 2 mensis Iunii anno 1989 promulgatum. Prospero cum exitu die 26 mensis Iunii anno 1992 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, cui praefuit Fidei Promotor Generalis, Rev.mus Dominus Antonius Petti. Deinde Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria Calendis Decembribus eiusdem anni effecta, Causae Ponente Em.mo Cardinali D. Simone Lourdusamy, professi sunt Servum Dei verum fidei martyrem putandum esse.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servi Dei rite conscriberetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servi Dei Petri To Rot, viri laici catechistae, in odium fidei, anno 1945, interfecti, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 2 mensis Aprilis A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 9* S.

& Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

II

REGIEN. IN AEMILIA

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Danielis a Torricella (in saec.: Darii Coppini), sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum (1867-1945).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis » *[Mt* 25, 40).

Daniel a Torricella, in saeculo Darius Coppini, Calendis Septembribus natus est anno 1867 in pago Torricella di Sissa (intra fines Parmensis provinciae) ab Adolfo et Pecchioni Ernesta, octo filiorum primogenitus. Parentes, primum humiles industriique opifices, deinde modesti mercatores, propter mores suos, sacrificii spiritum et religiositatem admiratione digni, eum, eodem die quo ortus est, baptizari voluerunt. Die 15 mensis Decembris anno 1874 Confirmationis sacramentum accepit. Confestim altari coepit inservire et inter aequales in bonitate, pietate atque apostolatus spiritu excelluit. Aetatem puerilem et ineuntem iuventutem egit in familia, parentum artem sequens. Cum pater aegrotavit fratres ei curandi fuerunt et administratio. Clara signa rationis evangelicae vitae quam iuvenis Darius traducebat in saeculo, in eius alacritate erga pauperes deprehenduntur, in morum integritate, in assiduitate deprecationis, in facilitate incommoda ferendi.

Fidentiae fratres Capucemos cognovit significavitque se velle religiosum fieri, cum familiae condiciones id sivissent. Pridie Nonas Novembres anno 1896, undetriginta annos natus, Servus Dei inter Capucemos ingressus est et die 9 mensis Ianuarii anno 1897 novitiatum iniit. Anno 1898 temporaneam professionem fecit et anno 1901 sollemnem. Idibus Aprilibus anno 1903 Apuae est sacerdos ordinatus et anno 1904 cappellani ministerium inchoavit in Aemilianis valetudinariis: Placentiae, Mutinae, Regii Lepidi: quo munere est functus usque ad annum 1935. Spiritu imbutus Regulae Sancti Francisci secundum Constitutiones et consuetudines Capuccinorum, vere oboediens fuit, pauper et castus, austerus, paenitens, patiens, intentus et pius, industriosissimus, mitis et serenus, animo paratus, alacer et laetus, erga Dei voluntatem obsequens omnibus in difficultatibus, casibus adversis, falsis interpretationibus et iniustis improbationibus, generosus in ignoscendo, semper fiduciae plenus, quippe qui spe se alat theologali, corpore infirmus sed spiritu fortis.

Die 10 mensis Decembris anno 1929 eius ductu auspicioque orta est Congregatio « Sponsarum Verbi » — quae hodie « Missionariae Franciscanae a Verbo Incarnato » appellantur — apud oratorium a « Otto facce » vocatum in suburbio Regii Lepidi. Servus Dei Regulae lineamenta descripsit pro incipiente Congregatione, quam cum prudentia rexit et deprecatione, non parvis superatis difficultatibus. Die 8 mensis Decembris anno 1944, ob Conventus Regii Lepidi destructionem et aërium pyrobolorum iactum, Servus Dei in oppidum San Martino in Rio demigra vit.

Praestantissimas Dei Servi virtutes clare nobis significat constantia qua coram Deo vixit, eius voluntatem facere expetivit totamque vitam servitio dedidit proximorum, ex quibus humiliores, id est pauperes, aegrotos, peccatores anteponebat.

In communitate, inter fratres sodales et superiores, cum se ultimum omnium putaret, semper demissus fuit, reverens, humanus, etiam incommodioribus horis diurnis nocturnisque praesto erat ad ministeria graviora ac minus petita et omnibus rebus contentus. Si quis ei obsistebat, etsi ad eius virtutem experiendam, arridens respondebat. Praesertim in observantia perfecta Regulae et Constitutionum capuccinarum exemplo fuit.

In apostolatu apud aegrotos, tum in valetudinariis, tum in domibus, semper munus suum est exsecutus maxima cum aequabilitate; si quos antetulit, hi foediores fuerunt. Diu iis assidebat, sollicite curabat eos bene ad mortem praeparandos; fidem et fiduciam Dei iis addendo, tempestive extrema sacramenta ministrando. Crebrae peccatorum duratorum conversiones fuerunt. Dum vires eum siverunt laboriosum hunc et multis modis

molestum apostolatum explicavit, in condicione impensae spiritalitatis, prope dolentes, et omni tempore cum ardore primi diei. Magna motus interiore impulsione difficultates superabat, labores, vel somnum et famem, et copiosos carpebat fructus.

Eandem sedulitatem Servus Dei de pauperibus adhibuit, quibus suam cibi cotidiani portionem reservabat. Ut eos Deo lucraretur eorumque levaret dolores, ostiatim stipem rogabat, pauper inter pauperes prodibat, unum eorum se sentiebat et eos tamquam fratres diligebat.

Confessor indefatigabilis fuit: sedulus, paternus, indulgens, sed firmus etiam et **Severus.** Bonitate sua inermi et ferventi verbo, ad ultimum semper peccatores quoque obstinatos convincebat veniae divinae fiduciam in eos infundendo. Animi magnitudinem etiam praestitit in curando Instituto Missionariarum Franciscanarum a Verbo Incarnato. Spiritum franciscanum eis iniecit, ad servitium aegrotorum in eorum domibus eas est adhortatus, itemque pauperum et senum derelictorum. Quotiens ei superiores per controversiosa iussa obstiterunt, prompte oboedivit, cum pro certo haberet oboedientiam maius momentum habere quam propriam opinionem.

Ad summam, Servus Dei Capuccinus fuit, qui in vera vixit caritate Dei et proximi, corporis et animi dolores levando multarum personarum, idque continenter magno cum interiore impetu. Integerrimam ostendit vitam in saeculo et plus etiam tamquam religiosus et sacerdos, adeo ut « sanctus » haberetur. Crucem tulit cotidianam cum fide et inconcussa cum fortitudine. Laboriosioribus quoque et difficilioribus temporibus firmus mansit in proposito contendendi ad perfectionem, et id est assecutus, siquidem vixit defixus in Deo, veritates meditans aeternas, ad finem ultimum intentus. Studiosus et diligens animarum boni, humanitate instructus et laetitia, Servus Dei nisus est miseriam hominum male affectorum in Evangelii lumine liberare. Id petens, quod primum ac potissimum omnium est, pauper vixit, humilis et laetus usque ad occursum cum sorore morte, qui contigit die 10 mensis Decembris anno 1945.

Anno 1956, vix 11 post eius mortem annis, initus est processus canonicus, qui est anno 1963 conclusus; eius auctoritas agnita est per decretum Calendis Februariis anno 1985 editum. Apparata positione inspectae sunt pro normis virtutes: Mensis Septembris die 29 anno 1992 factus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, cui praefuit Fidei Promotor Rev.mus Dominus Antonius Petti. Patres Cardinales porro et Episcopi in Congregatione Ordinaria diei 15 mensis Decembris anni 1992 collecti, Causae Ponente Exc.mo Domino Antonio Mauro, archiepiscopo titulari Thagastensi, Servum Dei théologales, cardinales eisque adnexas virtutes heroum in modum exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Danielis a Torricella (in saec.: Darii Coppini), Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 2 mensis Aprilis A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 68 S.

6B Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

III

ROMANA **SEU** PLATENSIS **IN** ARGENTINA

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Camillae Rolón a Sancto Ioseph, Fundatricis Sororum Pauperum Bonaërensium a S. Ioseph (1842-1913).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Deus « liberabit inopem clamantem et pauperem, cui non erat adiutor. Parcet pauperi et inopi et animas pauperum salvas faciet » (*Ps* 72, 12-13).

Multimodis caelestis Pater peculiarem pauperum amorem et curam ostendit praecepitque proximum amare sicut se ipsos suosque indigentiores filios adiuvare et consolari. Dominus Iesus, suprema Dei amoris revelatio, addidit eum ipsum amare et adiuvare, qui pauperes et maerentes amat et adiuvat: « Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis » *(Mt* 25, 40).

Haec praecepta bene intellexit et alacriter ad effectum adduxit etiam Serva Dei Camilla Rolón a Sancto Ioseph, quae a pueritia opera misericordiae fecit et aetate matura novam condidit congregationem religiosam pueris puellisque pauperibus, praesertim agrestibus, educandis et aegrotis assi**duitas** prebendae auxiliorum spiritalium materialiumque expertibus.

Orta est haec digna Christi discipula in oppido San Isidro, in provincia Bonaerensi, in Argentina, die 18 mensis Iulii anno 1842 a bonis probisque parentibus, qui Eusebius Rolón et Maria Gutiérrez appellabantur. Quattuor post diebus baptizata est, nominibus ei inditis Corinna Camilla, et secundum Dei atque Ecclesiae leges educata. Prima communione accepta anno 1854, cum familia Bonaëropolim migravit, ubi naviter se inseruit in paroecialem communitatem Dominae Nostrae ab Auxilio, liturgicas celebrationes participando, operam navando catecheticae institutioni et cum sollertiae ac sacrificii spiritu aegrotis assidendo, praecipue in gravibus pestilentiis. Interea se Domino consecrare in aliquo religioso instituto statuerat ac tandem, anno 1875 novitiatum iniit inter Carmelitides Discalceatas Bonaerenses. Sed ad breve tempus in monasterio mansit, siquidem propter morbum, qui per totam vitam eam affecit, ad familiam fuit ei redeundum. Deinde se contulit ad paroeciam Exaltationis Crucis, ut iuveni parocho opitularetur in christiana doctrina tradenda inque operibus caritatis pro aegris.

Spiritus moderatore suadente et Bonaerensi archiepiscopo probante, die 28 mensis Ianuarii anno 1880 in urbe Mercedes Congregationem Sororum Pauperum a Sancto Ioseph condidit, quae postea vocatae sunt Sorores Pauperes Bonaerenses a Sancto Ioseph. Die 19 mensis Martii anno 1882 una cum sociis professionem fecit votorum temporaneorum et post decem annos votorum perpetuorum. Ab anno 1890 usque ad mortem antistita generalis fuit novi instituti, quod, a Deo benedictum, celeriter crevit in pluribus nationibus, etsi non paucae fuerunt difficultates interiores et exteriores. Facta singularis momenti, quae congregationis auctus et confirmationis causa fuerunt, approbatio ultima Constitutionum a Sancta Sede (anno 1908) peracta et domus generalitiae, ideoque etiam Servae Dei sedis domiciliique Romae collocatio (anno 1910) fuere.

Materna eum cura et, cum necesse erat, etiam cum animi vi suum rexit institutum sororumque sodalium formationem spiritalem coluit, quas ad fidelem regulae observantiam educavit, ad amorem Dei, Ecclesiae, pauperum, ad divinae Providentiae fiduciam, quasque omnes cum iustitia, caritate et humilitate tractavit, illas in his, quae eam eiusque operam reprehendendo, visitationes apostolicas excitaverunt. Spem suam in solo Deo posuerat; quocirca difficultates, falsae interpretationes, indignitates, nedum animi eius tranquillitatem turbarent, acceptae sunt tamquam divinae benevolentiae signa. Semper in lumine caritatis et fidei vixit, utque Deo placeret prompte et spiritali cum gaudio eius voluntatem fecit et continuo pro eius gloria laboravit. Coniunctionem cum Deo excoluit, Evangelii praecepta et Ecclesiae est exsecuta, peccatum vitavit. Pia erat in Missa participanda, verbum Dei audiendi studiosa, in deprecatione constans, fervida in pietate erga Sanctissimam Trinitatem, erga Domini Passionem, Sacrum Cor Iesu, Eucharistiam, Virginem Mariam. Magna veneratione atque reverentia Summum Pontificem, episcopos et sacerdotes est prosecuta; religiose seminarii alumnis, sororibus sodalibus, pueris egenis, puellis periclitantibus, pauperibus, aegrotis, senibus, maerentibus est gratificata. Deprecabatur seque castigabat pro animarum salute et peccatorum conversione. Bonorum terrestrium et commodorum neglegens, egregie temperantiam observavit atque paupertatem, voluitque suum institutum soli Providentiae auxilio confidere et benefactorum eleemosynis. Et videtur pluries, in maximae necessitatis casibus, efficacitatem precum experta esse Sancti Ioseph, ad quem cum simplicitate confugiebat atque fiducia.

Multis purificata spiritalibus aerumnis et longo acerboque morbo, a vita terrena discessit Romae die 16 mensis Februarii anno 1913. Eius corpus paulo post est Bonaëropolim translatum.

Sanctitatis fama, quam sibi viva comparaverat, aucta est et stabilita post eius mortem; quam ob rem apud Romae Vicariatum inita est canonizationis Causa per processus ordinarii informativi celebrationem (annis 1950-1952), ad quem additi sunt rogatoriales Platensis et Bonaërensis. Die 13 mensis Martii anno 1975 promulgatum est decretum super Causae introductione; deinde Bonaëropoli instructus est processus apostolicus, cuius auctoritas et vis die 13 mensis Novembris probata est anno 1981.

Prospero cum exitu die 23 mensis Iunii anno 1992 Congressus Peculiaris actus est Consultorum Theologorum, cui praefuit Rev.mus Dominus Antonius Petti, Fidei Promotor Generalis. Patres Cardinales porro et Episcopi, in Congregatione Ordinaria die 12 mensis Ianuarii subsequentis anni habita, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Francisco Pironio, Ser-

vam Dei Camillam Rolón a Sancto Ioseph heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Camillae Rolón a Sancto Ioseph, Fundatricis Congregationis Sororum Pauperum Bonaërensium a S. Ioseph, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 2 mensis Aprilis A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

E8 Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

IV

ROMANA SEU PINSKEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Sigismundi Lozinski, Episcopi Minscensis et Pinskensis (1870-1932).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Gregis Christi Pastores imprimis oportet, ut ad imaginem summi et aeterni Sacerdotis, Pastoris et Episcopi animarum nostrarum, sancte et alacriter, humiliter et fortiter exsequantur ministerium suum, quod ita adimpletum, etiam pro eis erit praecelsum sanctificationis medium » (CONC. OECUM VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 41).

In episcopis qui studio eminuerunt, quo divinum Pastorem imitati sunt et Ecclesiae servierunt, Sigismundus Lozinski annumerandus est, qui multis in difficultatibus et rebus afflictis evangelium cum integritate nuntiavit et vigore, diligenter populi sanctificationi prospexit et cum prudentia suis concreditis curis dioecesibus est moderatus, semper eminentem ostendens pastoralem caritatem. Ita, secundum Deum vivendo et quam optime munus exsequendo apostolicum, magnam est adeptus christianam perfectionem et forma factus est gregis (cf. *1 Pe* 5, 3).

Dignus hic Ecclesiae pastor, Polonici populi filius, a Ladislao Alberto Loziñski natus est et Ludovica Maria Czeczott, Nonis Iuniis anno 1870 in oppido Boracin, tunc ad Russicum imperium pertinente, nunc vero ad Bielorussiam. Die 3 mensis Iulii subsequentis baptismum accepit et domi est fructuose religiosa educatione imbutus atque elementaría institutione. Postquam familia in urbem Czernik immigraverat, apud Varsaviam, sanctis cum propositis primum peccata sua confessus est atque primam excepit Communionem et Confirmationis sumpsit sacramentum. Gymnasii studia Varsaviae exercuit et deinde Petroburgi, ubi avunculi hospes fuit, sacerdotis nempe Vitoldi Czeczott. Maturitatis diploma assecutus (anno 1888), statuit Deo in sacerdotio servire. Ingressus idcirco est seminarium archidioecesis Mohiloviensis, quod sedem habebat Petroburgi, et postea in eadem urbe Academiam Theologicam Catholicam Romanam frequentava, quae eum in numero doctorum Sacrae Theologiae recensuit. Presbyter ordinatus die 23 mensis Iunii anno 1895, cum sedulitate et peritia docendis ecclesiasticis disciplinis se dedidit et pastorali ministerio, studiorum amorem temperans cum salutis animarum cura, quibus copiose redemptionis bona ac doctrinae christianae alimentum distribuit. Pluribus functus est ecclesiasticis muneribus, ex quibus praeceptoris Sacrarum Scripturarum apud seminarium et Academiam Theologicam Petroburgensem, vicarii paroeciarum Smolenscanarum, Tulensium et Rigensium, parochi in urbibus Wolczkiewicze et Annopol et dein cathedralis Minscensis, canonici Capituli archidioecesis Mohiloviensis et ecclesiae Equitum Melitensium Petroburgi rectoris. Suo apostolatu multos convertit orthodoxos et priore universi mundi bello magnam et beneficam explicavit industriam pro captivis ac deportatis politicis, praesertim clericis et sacerdotibus.

Haec omnia ei existimationem conciliaverunt superiorum, cleri et populi, qui in eo verum videbant hominem Dei, virtutibus sacerdotalibus ornatum, apostolico fervore, audentia in fidei et Ecclesiae defensione, impensa vita interiore et ampla theologica scientia. Idem etiam sensit Summus Pontifex Benedictus XV, qui eum idoneum putavit ad altius et gravius officium sustinendum, et postridie Calendas Novembres anno 1917 eundem episcopum Minscensem nominavit; quae dioecesis multos iam vacabat annos. Ordinatione episcopali accepta in Varsaviensi cathedrali, paulo post ad suum gregem venit, cuius sedulus fuit pater et magister. Curiam disposuit, Capitulum renovavit, duo aperuit seminaria, paroecias visitavit, ad clerum, ad fideles, ad iuvenes epistulas pastorales scripsit. Cum, anno 1918, bolsevici dioecesim invaserunt, inflexibili animi fortitudine et dignitate fideles defendit, Ecclesiam et ius in scholis religionem docendi, familias in difficultatibus versantes adiuvit. Per exercitum Polonicum urbe liberata, nisus est damnis mederi quae in populo facta erant et vitam christianam fovit, pacem atque concordiam inter diversas gentes quae in territorio erant dioecesano. Anno 1920 urbs Minscium est iterum a bolsevicis occupata, qui episcopum invenerunt in gradu stantem et promptum ad contendendum contra atheismum usque ad martyrium. Deprehensus, est in carcerem Butyrki, Moscuae situm, ductus, in quo decem menses mansit, non paucas passus indignitates et molestias. Liberatus, dioecesim repperit foedere Rigensi in duas partes divisam, alteram in finibus Russicis positam, alteram in Polonicis, in qua Servus Dei sedem collocavit suam, et quidem Novogrodeki. Condicionem cleri spiritalem et culturalem augendam curavit, parvum seminarium condidit, puerorum, iuvenum, familiarum educationi religiosae et morali consuluit; consociationes beneficas excoluit, in opera socialia institit, christianorum unitatem persecutus est et orthodoxorum conversionem, doluit propter illam gregis sui portionem, ad quam aditum habere non poterat, utpote Russiae dominio obnoxiam.

Die 28 mensis Octobris anno 1925 Summus Pontifex Pius XI per Litteras Apostolicas sub plumbo datas *Vixdum Poloniae unitas* liberae Poloniae dioeceses aliter disposuit. In territorio dioecesis Minscensis, quae ad Poloniam pertinebat, nova instituta est Pinskensis dioecesis, cuius Servus Dei primus episcopus est creatus. Cum animi robore et prudentia omnes constituit necessarias structuras ad vitam novae ecclesiasticae circumscriptionis, multiplicem apostolatum cum fervore explicavit, consilia iniit ut sacerdotes formaret et fideles, confraternitates condidit et consociationes religiosas, opera scripsit naturae theologicae et pastoralis eademque publicavit, oecumenicam fovit navitatem, dioecesanam celebravit synodum.

Ex improviso morbo correptus, est in valetudinarium deductus bisque sectus. Novem dies dolores continuaverunt, per quos Dei Servus magnum ostendit spiritum fidei, fortitudinis et humilitatis. Sacramentis confirmatus e vita discessit tempore postmeridiano diei 26 mensis Martii anno 1932, sabbato sancto.

Eius vita sacerdotalis et episcopalis continuum fuit fidelitatis erga Deum, Ecclesiam, patriam testimonium. Sui ipsius immemor, summis opibus egerat ut Christi regnum aedificaret ac per apostolatum animis servierat, itemque per sacrificium et eminentium virtutum exemplum. Alios sanctificando se ipsum sanctificaverat et quae sacerdotes populumque docuerat ipse primus summa cum cura, perseverantia et spiritali gaudio explicaverat. Semper fidei lumine illustratus vixerat et operatus erat pariterque Dei et proximi amoris igne inflammatus. In solo Deo spem reposuerat suam, et in suo munere exsequendo forti animo patientique aegritudines toleraverat, difficultates atque persecutiones. Cor a bonis terrestribus alienum servaverat, ab honoribus et commoditatibus; immo vero semper conatus erat talenta multiplicare, quae caelitus acceperat et spiritus bona sempiterna, perfecte Dei voluntatem faciendo et in sanctitatis via progrediendo. Suam aluerat vitam interiorem laboresque apostolicos fecundaverat coniunctione cum Domino, pia divinorum mysteriorum celebratione, deprecatione, studio et Sacrarum Litterarum aeternarumque veritatum meditatione, fervida pietate erga Eucharistiam, Passionem et Cor Iesu ac Virginem Mariam, continentia atque cuiuslibet peccati et vitii generis fuga.

Quam ob rem in vita et post mortem Servus Dei sanctitatis fama fuit insignis; quocirca canonizationis Causa initium factum est. Annis 1957-1962 apud Vicariatum Urbis instructus est processus ordinarius informativus, ad quem octo adiuncti sunt processus rogatoriales, apud totidem numero curias episcopales celebrati. Pridie Nonas Décembres anno 1980 decretum promulgatum est super Causae introductione et die 5 mensis Martii anno 1982 decretum de horum processuum auctoritate et vi. Post alias tabulariorum inquisitiones, suscepta est Positionis, super virtutibus praeparatio, quae, ad finem perducta, est ex more considerata. Exitu cum prospero, die 10 mensis Decembris anno 1992, Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus, cui praefuit Rev.mus Dominus Antonius Petti, Fidei Promotor Generalis. Mensis Martii die 9, anno 1993, Patres Cardinales et Episcopi, in Congregationem Ordinariam collecti, Causae Ponente Em.mo Cardinali Andrea Maria Deskur, Servum Dei Sigismundum Loziñski virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in modum exercuisse concesserunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Sigismundi Lozinski, Episcopi Minscensis et Pinskensis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 2 mensis Aprilis A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

£8 Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 20 Octobris 199S. — Titulari episcopali Ecclesiae Tamatensi, R. D. Vitalem Massé, Vicarium generalem dioecesis Ioliettensis, quem deputavit Auxiliarem dioecesis Sancti Hieronymi Terraebonae.

— Cathedrali Ecclesiae Edmundstonensi, R. P. Franciscum Thibodeau, e Congregatione Iesu et Mariae.

die 27 Octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Natalensi Exc.mum P. D. Hectorem de Araújo Sales, hactenus Episcopum Caicoënsem.

— Cathedrali Ecclesiae Caruaruensi Exc.mum P. D. Antonium Soares Costa, hactenus Episcopum titularem Sinnadensem in Mauretania et Auxiliarem Metropolitanae Ecclesiae Natalensis.

die 30 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Thomae in Insulis Virgineis, R. D. Eliam G. Thomas, e clero dioecesis, hactenus eiusdem Administratorem dioecesanum.

die 8 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Vergensi R. D. Gerardum Jakob, e clero dioecesis Trevirensis, hactenus Vicarium generalem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 11 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Barrancabermeiensi R. ***D.*** Iacobum Prieto Amaya, e clero dioecesis Facatativensis, hactenus templi cathedralis parochum.

— Cathedrali Ecclesiae Ogdensburgensi, Exc.mum P. D. Paulum S. Loverde, hactenus Episcopum titularem Octabiensem et Auxiliarem archidioecesis Hartfortiensis.

— Cathedrali Ecclesiae Tulsensi, R. D. Eduardum J. Slattery, e clero archidioecesis Chicagiensis, atque praefectum societatis dictae « Catholic Church Extension ».

die 12 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Davenportensi, Exc.mum P. D. Villelmum E. Franklin, hactenus Episcopum titularem Suristensem et Auxiliarem archidioecesis Dubuquensis.

— Cathedrali Ecclesiae Desmoinensi, Exc.mum P. D. Iosephum L. Charron, hactenus Episcopum titularem Bencennensem et Auxiliarem archidioecesis Paulopolitanae et Minneapolitanae.

die 20 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Pereiranae Exc.mum R. D. Fabium Suescun Mutis, hactenus Episcopum titularem Iomnitensem et Auxiliarem Bogotensem.

— Episcopum coadiutorem dioecesis Lamacensis R. D. Americum do Couto Oliveira, e clero archidioecesis Bracarensis, hactenus apud Congregationem pro Episcopis Officio praepositum.

— Metropolitanae Ecclesiae Rosariensi Exc.mum P. D. Eduardum Vincentium **Miras,** hactenus Episcopum titularem Ambiensem et Auxiliarem Bonaërensem.

die 23 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Uzalensi, R. D. Bernardum Iosephum Harrington, e clero archidioecesis Detroitensis, curionem paroeciae Sancti Renati Goupil in oppido vulgo Sterling Heights, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Adami Iosephi Maida, Archiepiscopi Detroitensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Oescensi, R. D. Coëmgenum Michaelem Britt, e clero archidioecesis Detroitensis, hactenus officialem Praefecturae Rerum Oeconomicarum Sanctae Sedis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Adami Iosephi Maida, Archiepiscopi Detroitensis.

die 24 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Cratensi Exc.mum R. D. Neotonium Holanda Gurgel, hactenus Episcopum titularem Gummitanum in Byzacena et Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Neo-Friburgensi, Exc.mum R. D. Alanum Mariam Pena, O.P., hactenus Episcopum Itapevensem.

die 27 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Casensi Calanensi R. D. Richardum Valenzuela Ríos, parochum paroeciae, vulgo nuncupata « Virgen del Rosario », quem constituit Auxiliarem archidioecesis Sanctissimae Assumptionis.

NOMINATIO

Lato decreto a Congregatione pro Episcopis Ioannes Paulus Pp. II nominavit:

die 18 Novembris 1993. — Auxiliarem archidioecesis Durangensis Exc.mum P. D. Ioannem de Deo Caballero Reyes, Episcopum emeritum Hueiutlensem.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 5 Aprilis 1993. — Cathedrali Ecclesiae Palangkaraiensi, noviter erectae in Indonesia, R. P. Iulium Aloisium Husin, Congregationis Missionariorum a S. Familia sodalem.

— Cathedrali Ecclesiae Samarindaënsi R. P. Florentinum Sului Hajang Hau, Congregationis Missionariorum a S. Familia sodalem.

die 4 Maii. — Episcopum coadiutorem Exc.mi P. D. Matthiae A. Chimole, Episcopi Lilongvensis, Exc.mum P. D. Tarcisium Gabrielem Ziyaye, hactenus Episcopum titularem Macontanum ac Auxiliarem Dedzaensem.

die 28 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Castellomedianitanae R. P. Iacobum Pérez Sánchez, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, hactenus Vicarium Provincialis eiusdem Societatis, quem Vicarium Apostolicum Caronensem nominavit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Numanensi R. D. Antonium Chiminello, Congregationis Missionariorum Oblatorum B.V.M, sodalem, hactenus parochum in Karasburg, quem constituit Vicarium Apostolicum Keetmanshoopensem.

— Cathedrali Ecclesiae Islamabadensi-Ravalpindensi Exc.mum P. *D.* Antonium Theodorum Lobo, hactenus Episcopum titularem Oescensem.

— Cathedrali Ecclesiae Simdegaënsi, noviter erectae in India, R. D. Iosephum Minj, e clero archidioecesano Ranchiensi.

— Cathedrali Ecclesiae Gumlaënsi, noviter erectae in India, R. P. Michaelem Minj, Societatis Iesu sodalem, rectorem Seminarii maioris apud civitatem Ranchiensem.

die 1 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Mansaensi R. D. Andream Aaronem Chisha, in praesens Vicarium generalem Kasamaënsem.

— Cathedrali Ecclesiae Overriensi, R. D. Antonium Obinna, e clero eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Srikakulamensi, noviter erectae in India, Exc.mum P. D. Innayya Chinna Addagatla, hactenus Episcopum titularem Nalgodaënsem ac Auxiliarem Hyderabadensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Taparurensi R. D. Petrum Gabrielli, Societatis S. Francisci Salesii sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum Mendezensem.

die 18 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Maiduguriensi R. P. Senanum Ludovicum O'Donnei, Ordinis Fratrum Sancti Augustini sodalem, hactenus Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » eiusdem dioecesis.

die 18 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Atakpamensi R. D. Iulianum Mawule Kouto, hactenus Congregationis pro Gentium Evangelizatione officialem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tacapitanae R. D. Carolum Martinum Wamika, hactenus Vicarium generalem Tororoënsem, quem constituit Auxiliarem Tororoënsem.

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Congregatio pro Gentium Evangelizatione ad suum beneplacitum renuntiavit:

die 23 Aprilis 1993. — R. P. Iacobum G. Gould, S.I., primum Apostolicum Praefectum Insularum Marshallensium.

die 17 Iulii. — Exc.mum P. D. Leonem Soekoto, S.I., Archiepiscopum Giakartanum, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » Bogorensis dioecesis.

die 8 Augusti. — Exc.mum P. D. Nicolaum Huynh Van Hghi, Episcopum Phanthietensem, Administratorem Apostolicum « sede plena et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Hochiminopolitanae.

die 15 Septembris. — Exc.mum P. D. Andream Rodríguez Maradiaga, S.D.B., Archiepiscopum Tegucigalpensem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis de Sancto Petro Sula.

— Exc.mum P. D. Christophorum Munzihirwa Mwene Ngapo, S.I., Episcopum Kasongoënsem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » Bukavuensis archidioecesis.

die 24 Septembris. — Exc.mum P. D. Edmundum Mununu Kasiala, O.C.R., Episcopum Kikuitensem, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » Popokabakaënsis dioecesis.

die 15 Octobris. — Exc.mum P. D. Erasmum N. J. Perera, hactenus Episcopum titularem Gadiaufalensem et Auxiliarem Gallensem, Administratorem Apostolicum « sede plena et ad nutum Sanctae Sedis » eiusdem dioecesis Gallensis.

die 8 Novembris. — Exc.mum P. D. Emmanuelem Vieira Pinto, Archiepiscopum Nampulensem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » Pemba.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 28 Ottobre **1993**, S. E. il Signor **LOVE MTESA**, Ambasciatore di Zambia presso la Santa Sede.

Giovedì, 28 Ottobre **1993**, S. E. il Signor **MPUMELELO JOSEPH NDUMISO HLOPHE**, Ambasciatore di Swaziland presso la Santa Sede.

Giovedì, 28 Ottobre **1993**, S. E. la Signora **MARY SEET-CHENG**, Ambasciatore di Singapore presso la Santa Sede.

Giovedì, 28 Ottobre **1993**, S. E. il Signor **NURELDIN MOHAMMED HAMMED SATTI**, Ambasciatore del Sudan presso la Santa Sede.

Giovedì, 28 Ottobre **1993**, S. E. il Signor **ALPHONSE NIANGOULA**, Ambasciatore del Congo presso la Santa Sede.

Giovedì, 28 Ottobre **1993**, S. E. il Signor **FRÉDÉRIC ASSOMPTION KORSAGA**, Ambasciatore di Burkina Faso presso la Santa Sede.

Giovedì, 28 Ottobre **1993**, S. E. il Signor **SHIRCHINJAVYN YUMJAV**, Ambasciatore di Mongolia presso la Santa Sede.

Giovedì, 28 Ottobre **1993**, S. E. il Signor **LAMINE BOLIVOGUI**, Ambasciatore della Repubblica di Guinea presso la Santa Sede.

Giovedì, 28 Ottobre **1993**, S. E. la Signora **AUA ODINA**, Ambasciatore di Lettonia presso la Santa Sede.

Sabato, 6 Novembre 1993, S. E. il Signor LÉONARD H. LAGAULT, Ambasciatore del Canada presso la Santa Sede.

Sabato, 20 Novembre 1993, S. E. il Signor HENRI ANTOINE TURPIN, Ambasciatore del Senegal presso la Santa Sede.

Lunedì, 22 Novembre 1993, S. E. il Signor LUCAS G. CASTILLO LARA, Ambasciatore del Venezuela presso la Santa Sede.

Giovedì, 25 Novembre 1993, S. E. il Signor ALAIN PIERRET, Ambasciatore di Francia presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Venerdì, 29 Ottobre 1993, S. E. il Signor VOHAN PAPAZIAN, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica di Armenia.

Venerdì, 29 Ottobre 1993, S. E. il Signor Luis FISHMAN ZONZINSKI, Ministro dell'Interno, della Polizia e della Sicurezza pubblica di Costa Rica.

Venerdì, 29 Ottobre 1993, S. E. la Signora AIDA FAINGERICHT WAISLEDER DE FISHMAN, Ministro della Cultura, della Gioventù e dello Sport di Costa Rica.

Sabato, 30 Ottobre 1993, S. E. il Signor BLAISE COMPAORÉ, Presidente della Repubblica di Burkina Faso.

Sabato, 6 Novembre 1993, S. E. il Signor ALECOS MICHAELIDIS, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica di Cipro.

Sabato, 6 Novembre 1993, S. E. la Baronessa CHALKER DI WALLASEY, Ministro di Stato per gli Affari Esteri e Ministro per lo Sviluppo d'Oltremare della Gran Bretagna.

Lunedì, 15 Novembre 1993, S. E. il Signor NICEPHORE SOGLO, Presidente della Repubblica di Benin.

Martedì, 16 Novembre 1993, S. E. il Signor NABIH BERRI, Presidente dell'Assemblea Nazionale del Libano.

Giovedì, 18 Novembre 1993, S. E. il Signor **ROBERT MUGABE**, Presidente della Repubblica dello Zimbabwe.

Sabato, 27 Novembre 1993, S. E. il Signor **EDOUARD BALLADUR**, Primo Ministro di Francia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

13 novembre 1993. Mons. Peter Paul Prabhu, Arcivescovo tit. eletto di Tituli di Numidia, *Nunzio Apostolico in Zimbabwe.*
» » » Mons. Peter Stephan Zurbriggen, Arcivescovo tit. eletto di Glastonia, *Delegato Apostolico in Mozambico.*
7 dicembre » Mons. Jean-Paul Gobel, Arcivescovo tit. eletto di Galazia, *Nunzio Apostolico in Georgia ed Armenia.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

31 maggio 1993. L'Em.mo Signor Cardinale Giacomo Biffi, *Membro della Congregazione per la Dottrina della Fede.*
» » » P. Mariano Martin Ortega, O.S.A., *Custode del Sacrario Apostolico.*
21 ottobre » Mons. Italo Taddei, *Consultore della Congregazione per i Vescovi.*
» » » Le LL.EE. i monsignori Julian Herranz Casado, Mario Francesco Pompedda; mons. Vincenzo Carbone; i padri Umberto Betti, O.F.M.; Jean Beyer, S.I.; Nicola Cerasa, O.F.M., *Consultori della Congregazione per i Vescovi « in aliud quinquennium ».*
» » » Le LL.EE. i monsignori José Saraiva Martins, Paul Josef Cordes, Pierre Duprey; i padri Benoit Duroux, O.P.; Umberto Betti, O.F.M.; François Von Gunten, O.P.; Prosper Grech, O.S.A.; Jesús Castellano Cervera, O.C.D., *Consultori della Congregazione della Dottrina della Fede « in aliud quinquennium ».*

22 ottobre 1993. Il sac. Walter James Edyvean, *Capo Ufficio nella Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

23 » » L'Em.mo Signor Cardinale Giovanni Saldarmi; le LL.EE. i monsignori Gilberto Agustoni, Arciv. tit. di Caorle; Vincenzo Fagiolo, Arciv. em. di Chieti e Vasto; Joseph Eric D'Arcy, Arciv. di Hobart; Johannes Dyba, Arciv.-Vescovo di Fulda, *Membri della Congregazione per i Vescovi.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Jean-Marie Lustiger, Rosalio José Castillo Lara, Lucas Moreira Neves, Eduardo Martínez Somalo, Achille Silvestrini, Angelo Felici, *Membri della Congregazione per i Vescovi « in aliud quinquennium ».*

29 » » S. E. mons. Louis Pelâtre, Vescovo tit. di Sasima, *Membro del Pontificio Consiglio per il Dialogo Inter-Religioso.*

30 » » Mons. Mounged El-Hachem, *Capo Ufficio nella Sezione Affari Generali della Segreteria di Stato.*

» » » S. E. mons. Cipriano Calderón Polo, Vescovo tit. di Tagora, *Vice Presidente della Pontificia Commissione per l'America Latina « in aliud quinquennium ».*

3 novembre » S. E. mons. Ernesto Fiore, *Membro del Pontificio Consiglio per l'Interpretazione dei Testi Legislativi.*

» » » S. E. mons. Mario Francesco Pompedda, *Presidente della Corte d'Appello dello Stato della Città del Vaticano.*

» » » Mons. Winfried Schulz, *Giudice della Corte d'Appello dello Stato della Città del Vaticano.*

» » » Mons. Francesco Bruno, *Giudice della Corte d'Appello dello Stato della Città del Vaticano « in aliud quinquennium ».*

» » » Avv. Tommaso Bruno, *Promotore di Giustizia, presso la Corte d'Appello dello Stato della Città del Vaticano « in aliud quinquennium ».*

10 » » Mons. Giovanni Rossi, Sottosegretario della Congregazione per i Vescovi e mons. Carmelo Nicolosi, Sotto-Segretario della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti, *Periti permanenti della Pontificia Commissione « Ecclesia Dei ».*

13 » » Mons. Pietro Monni, *Osservatore Permanente della Santa Sede presso l'Organizzazione Mondiale del Turismo.*

22 » » Il prof. Fabrizio Bisconti, *Membro della Pontificia Commissione di Archeologia Sacra e Segretario della medesima Pont. Commissione.*

25 » » Il sac. Francesco Maria Tasciotti ed il padre Fiorenzo Bugin, OCD, *Giudici esterni « ad quinquennium » del Tribunale regionale del Lazio per le cause di nullità di matrimonio.*

Si rende noto che in data 6 novembre 1993 il dott. Angelo Scelzo è stato nominato *Vice-Direttore de « L'Osservatore Romano ».*

NECROLOGIO

2	settembre	1993.	Mons. Carl A. Fisher, Vescovo tit. di Tlos.
30	ottobre	»	Card. Paul Grégoire, del titolo di Nostra Signora del Ss. Sacramento e Ss. Martiri Canadesi.
7	novembre	»	Mons. Luiz Gonzaga Peluso, Vescovo di Cachoeiro de Itapemirim *(Brasile)*.
»	»	»	Mons. Clemente Gaddi, Arcivescovo, Vescovo em. di Bergamo *(Italia)*.
10	»	»	Mons. Casimir Gnanadickam, Arcivescovo di Madras e Mylapore *(India)*.
11	»	»	Mons. Andrew G. Grutka, Vescovo em. di Gary *(Stati Uniti d'America)*.
22	»	»	Mons. Amédée W. Proulx, Vescovo tit. di Clipia.
7	dicembre	»	Mons. Raffaele Macario, Vescovo em. di Albano *(Italia)*.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

I

INDEX GENERALIS ACTORUM

(AN. ET VOL. LXXXV)

I - ACTA SUMMI PONTIFICIS

II - ACTA CONGREGATIONUM

II
INDEX DOCUMENTORUM CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

I - ACTA IOANNIS PAULI PP. II

I - LITTERAE ENCYCLICAE

II - EPISTULA APOSTOLICA

III - SACRA CONSISTORIA

IV - LITTERAE DECRETALES

V - LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

VI - CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

VII - LITTERAE APOSTOLICAE

VIII - EPISTULA

IX - CONVENTIONES

X - HOMILIAE

XI - ALLOCUTIONES

XII - NUNTII GRATULATORII

XIII - NUNTII SCRIPTO DATI

XIV - ITINERA APOSTOLICA

EX HABITIS DUM SUMMUS PONTIFEX QUASDAM AFRICAE OCCIDENTALIS DICIONES PERAGRAT DELECTAE ALLOCUTIONES

XV - SECRETARIA STATUS

II - ACTA CONGREGATIONUM

I - CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

II - CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

III - CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

IV - CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

V - CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

III - ACTA PONT. CONSILIORUM

PONT. CONSILIUM AD UNITATEM CHRISTIANORUM FOVENDAM

IV - ACTA TRIBUNALIUM

VICARIATUS URBIS TRIBUNAL REGIONALE LATII

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE

ROTA ROMANA

ECCLESIASTICUM CIVITATIS VATICANAE

m

INDICES NOMINUM

I • INDEX NOMINUM PERSONARUM

(OMITTUNTUR NOMINA ACTIBUS SUBSCRIPTA)
(CUM PARVA CRUX f ADEST, DE NUNTIO MORTIS AGITUR)

A

C

D

H

I

M

N

Q

R

T

II - INDEX NOMINUM DIOECESIUM, VICARIATUUM, ETC.

T

U

V

Y

Z

IV

INDEX RERUM MAIORIS MOMENTI

C

H

I

N

T

U

V

Y

Z

CORRIGENDA

in vol. LXXXV (1993) Commentarii ACTA APOSTOLICAE SEDIS

pag. 550, linea 23: loco *Consilium provehit concursionem salvifici nuntii Evangelii atque aetatis nostrae culturae Institutorum incredulitate saepe religionisque lentitudine conspicuorum, ut ipsa* legatur *Consilium provehit concursionem salvifici nuntii Evangelii atque nostrarum culturarum incredulitate saepe religionisque lentitudine conspicuorum, ut ipsae.*

pag. 631, linea 24: loco *Mwalamynensis* legatur *Maulaminensis*

pag. 876, 877 ubique loco *Praelatura* legatur *Praefectura.*

pag. 888, linea 11: loco *servabus Dei* legatur *beatis.*

pag. 888, linea 12: loco *Beatorum* legatur *Sanctorum.*

pag. 1162, linea ultima: loco *ad veritates morales cognoscendas* legatur *ad veritates morales secure cognoscendas.*

pag. 1291, linea 29: loco *Tommaso Bruno* legatur *Tommaso Mauro.*

OCTOGESIMUM QUINTUM VOLUMEN
COMMENTARII OFFICIALIS « ACTA APOSTOLICAE SEDIS :
ABSOLVITUR DIE XXXI DECEMBRIS MCMLXXXXIII
TYPIS VATICANIS